R. BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE V. E. II
55
2 1 C
34
ROMA

M.
224

55, 2, C. 34

DOMINICI SOTO,
SEGOBIENSIS,

Philoſophi, ac Theologi præſtantiſsimi, in inclyta Salmanticenſi Academia profeſſoris, & Sacræ Cæſareæ Maieſtatis à ſacris confeſſionibus,

SVPER OCTO LIBROS PHYSICORVM ARISTOTELIS *ſubtiliſſimæ Quæſtiones.*

Cum Indice locupletiſſimo.

Venetiis, apud Franciſcum Zilettum.
M D LXXXII.

Digitized by Google

DOMINICI SOTO,

SEGOBIENSIS,

Philosophi, ac Theologi præstantissimi,

in inclyta Salmanticensi Academia profes-

soris, & Sacræ Cæsareæ Majestatis

à sacris confessionibus,

SUPER OCTO LIBROS

PHYSICORUM ARISTOTELIS

Subtilissimæ Quæstiones.

Cum Indice locupletissimo.

Venetiis, apud Franciscum Zilettum.

M. D. LXXXII.

Digitized by Google

DOMINICO BOLANO
IACOBI FILIO,
PATRICIO VENETO,

Ex Prædicatorio instituto Lectori dignissimo; Prouinciæ vtriusque Lombardiæ, fide, pietate, & eruditione celeberrimo.

FRANCISCVS ZILETTVS VENETVS BIBLIOPOLA FAELICITATEM.

DOMINICVS Soto, genere Hispanus, ex præclarissima familia ortus, professione Theologus, vir omnifariam præstantissimus, & ad omnia bona natus, dùm in Salmanticensibus Athenis summa cum laude, atque admirabili omnium

expectatione, frequentiq; auditorum cœtu, quàmplurima in omnium disciplinarum genere partim publicè dictasset, partim domi collegisset, quæ in studiosorum, doctorumq; omnium emolumentum Typis commissa fuere, atque per vniuersum orbem vulgata, quæ talem & tantum peperiere fructum, vt mente concipi possit, at non re ipsa narrari. Inter quæ (Eruditissime Pater) non vulgarem locum ipsius Quæstiones super octo Libros de physica Auscultatione obtinent, quas tibi dicare promisi, & nunc sub tuo nomine in publicum prodeunt. Huius nos Clarissimi Theologi Quæstiones has sicut & alia ipsius opera, cùm à doctissimis quibusque summè optari, & probari intelligeremus, multo nostro studio & diligentia, quæsitis hincinde, collatisq; exemplaribus, eò tandem, quæ ad physicam attinent, perduximus, immensisq; ac fœdissimis erroribus expurgauimus, restitutis auctori suo suis, ut à studiosis legi iam possint, & liberè per eruditorum manus vagari. Nam cùm antea infinita inter legendum occurrerent, quæ obscuro sensu ambagem dumtaxat uerborum turpissima referrent, & cuncta quisquilijs & rude-

ruderibus essent impedita, adhibita eruditorum opera curauimus, ut contra, dilucida, & expedita apparerent omnia, ita, vt integra legerentur, & suum locum obtinerent. In quibus omnibus præstandis quantùm sit laboratum, mente concipi potest, at non verbis exprimi; vt tu ipse, qui doctissimus & eruditissimus es, & Dominici Soto lectione delectaris, multum aduertes. Nam cùm viderem THEOLOGI CELEBERRIMI DOMINICI SOTO QVAESTIONES super physicam Theoriam ne dùm à studiosis hominibus, verùm ab omnibus expeti, non id solùm præstiti, ut eas denuò Typis nostris commissas in omnium commodum ederem, verùm Indice Quæstionum locupletissimo eas exornando curaui, ut demptis Typographyæ erroribus prodirent in publicum sub patrocinio tuo. Consultò enim id factum esse arbitror, ut tanti patris monumenta tuo nomini committerentur, qui ex eodem es instituto, ex clarissima familia Bollana natus, sicut Dominicus Soto ex præclarissima prosapia genitus, eisdem virtutibus decoratus, pari studiorum similitudine conciliatus, eodem lacte nutritus, eodem pane educatus,

tan-

tandemq; in eadem D. THOMAE latinorum, Doctorumq; omnium facilè principis Schola eruditus, vt ipse Soto: Quarè nulli commodiùs dicari poterant quàm tibi, tùm si eruditionem tuam spectemus, tùm si nobilitatem tuam aduertamus, necnon si egregias cum animi, cùm corporis tui diuinas virtutes considéremus. Nec ego has Quæstiones alteri inscribere debebam, quàm tibi, ut id opere præstarem, quod verbis dudùm promiseram, sectatus in hoc cùm Euantis Persæ doctrinam, tùm etiam Chilindi Aegyptij monita. Præcepit ille, & mandauit iste, vt nec Deo Optimo Maximo, Naturæ, rerumq; omnium Satori, nec viris spectatissimis vlla in re deessemus. Nam mentiri Deo perniciosum, Clarissimis verò viris deesse, nefarium est. Illud mentem, hoc verò corpus offendit: Illud animum, hoc verò corpus deturpat. Quarè, cùm me tibi maiora daturum agnoscam pro tua virtute atque nobilitate, hæc, quæ promisi, nunc dare decreui, maiora daturus in dies, cùm temporis occasio offeretur. Nihil enim mihi antiquius est, quàm vt tuis studijs, & nobilitati inseruiam. In quo magnam mihi gratiam relatam existimabo, si

ope-

operam meam, & diligentiam tibi non displicuisse intellexero, & ad maiora aggredienda læto ac hilari animo accingar. Interim Clarissime Dominice Dominico Soto vteris. Nam nemo certè eruditorum & tuo, qui eruditissimus es, iudicio, DOMINICO SOTO puriùs & nitidiùs Aristotelis mentem est interpretatus, nemo eo fidiùs & doctiùs physicam Theoriam est commentatus. Has itaque ipsius Quæstiones tibi dicatas læto vt suscipias animo rogo, atque obtestor: daturus in dies sub tuo nomine maiora. Vale. Venetijs. in festo Sancti Marci Euangelistæ, huius Serenissimæ & Inuictissimæ Reipublicæ Venetæ Tutellaris, Anno redemptionis nostræ M D LXXXII.

INDEX LOCVPLETISSIMVS RERVM OMNIVM MEMORABILIVM, QVAE IN HOC OPERE CONTINENTVR.

A

ABstractionibus & immaterialitatis gradus quot, & qui. 13.c
Academia, quando, & à quo initium sumpserit. 7.d
Academicorum & Peripateticorum diuisio quando ortum habuerit. 7.e
Accidens, in sacramento seruat accidentia sine subiecto. 76.a
Accidens unum numero, an esse possit in plurib. subſtantiis non tactentib. unum ens. 124.a
Accidens, est ens entis. 265.a
Accidens, cur non dicatur ens. 92.a
Accidens, an dicat semper rem distinctam. 251.f
Accidentia subiectari in materia, quid sit. 76.d
Accidentium esse, quid denotet. 73.a
Accidētia, cur sint in toto compositō. 83.f
Accidentia, in quo recipiantur. 372.a
Accidentia, quæ per alterationem præcedunt generationem, non habent rationem principiorum. 70.a
Accidentia omnia sunt in subſtantia. 249.e
Accidentia, à quo dependeant. 76.b
Accidentia intensibiha & remissibilia, quæ posuerint antiqui. 66.f
Accidentis nō datur minima extēsio. 58.a
Accidentia, an terminentur ad maximum & minimum naturaliter. 46.a
Accidens est propter subſtantiam. 60.a
Accidens non est ens, sed entis ens. 150.b
Accidentia, quid sint. 190.b
in Accidentibus, an detur minimum quoad intēsionē, & quo ad extensionē. 54.d
Accidentia, an moueantur per se. 220.e
Acquisitio & deperditio, an sint duo motus. 291.a
Actio cōtrariorum est circa aliquod subiectum. 67.a
Actio, est motus in passo. 83.b
Actio & passio debent proportionari in omnibus. 171.c
Actio & passiō sunt duo generalissima. 171.d
Actio & passio in actu, quomodo dicātur. 140. f. item in quo differant. 141.a
Actio & passio, an sint idem motus. 175.a, item quomodo sint relatiua. 175.c
Actio, quibus attribuatur. 67.b
Actio & passio, an differant numero, sicut differant genere. 185.c
Actio, quomodo augeatur, aut diminuatur. 151.d
Actiones naturales, per quem motū fiant. 150.c
Actiones & generationes sunt circa singularia. 31.c
Actiones non sunt nisi suppositorum. 371.f
Actiuitas ex multitudine formæ, an attendatur. 142.f
Actus & potentia non possunt esse in eodem subiecto. 376.f

Actus motuum proprij qui. 291.c
Actus subsequitur esse rei. 372
Actus & forma, quando sint prorsus idē. 73.f
Actus aliquid esse, est forma illius quod est. 74.a
Aequinoctialem versus, an detur velocissimus motus. 44.b
Aer, an possit augmentum consequi, & maior fieri. 46.c
Aer, nec vnciam plumbi potest in altum sustinere. 363.d
Aer, quomodo cōservetur. 227.c
Aeris illuminatio, an sit motus propriè. 267.a
Aeris impetus, quando fortius moueat. 370.a
Aeternitas, in quo consistat. 361.b
Aeuum, quid sit. 258.f
Agens intendit agere simile sibi. 82.c
Agens unde denominetur. 177.c
Agens, & patiens debent esse simul. 322.c
Agens, quomodo agat. 61.a. 323.a
Agens, quomodo agat. 323.a
Agens & patiens non potest esse idē. 85.c
Agere immediatè quotupliciter accidat. 321.c. & infra.
Agere propter finem tripliciter dici potest. 165.f
Agere, vnde oriatur. 371.f
Agere propter finem, quotupliciter contingat. 156.b
Aggregatum ex terra & aqua reputatur unus globus, & una sphæra. 226.f
Albedo est forma, per quam subiectum est album. 73.a
Albedo, cur esse nequeat in minori subiecto. 61.a
Albedo & quantitas in quo differat. 326.b
Album realiter fit ex non albo. 98.f
Aliquid, nisi aliud tangat, non agit. 321.c
Aliquid, quot modis, & quibus in alio misit. 216.c
Alteratio incipit in instanti per vltimum non esse. 246.a
de Alterationis motu, opiniones variæ. & quæ. 180.c
Alteratio, est via generationis & corruptionis. 323
Analogia an opus sit, ad formas cognoscendas. 81.b
Analogia, quid sit. 89.c
Angeli perfectio, an sit infinita. 190.b
Angeli vident faciem Dei. 232.c
Angelos esse in loco, quibus rationibus probetur. 232.c
Angeli custodes, an aliquando nos deserant. 232.d
Angeli possunt naturaliter esse tam in vacuo, quàm in pleno. 234.c
Angelus est extra genus quantitatis. 232.a
Angelus nec propriè continetur, nec circunscribitur. 232.a
Angelus, cur perfectior anima rationali. 191.d. item, an sit simpliciter infinitus. 191.d
Angelus, an possit mensurari in loco. 225.a
Angelus, an possit sine medio moueri de cœlo ad terram. 244.a
Angelus, an sit vbique sicut deus. 232.c
Angeli, an locum deserant, veniant, & recedant. secundum D. Thomam. 232.c
Angelus superioris speciei, est perfectior angelo inferiori. 349.c
Angelus, an sit diffinitiuè in parte loci sui. 234.c.
Angelo conuenit esse in loco diffinitiuè. 377.f
Angeli, an loco circunscribuntur. 377.a
Angeli, an moueantur corporeo motu. 109.c
Angelus mouetur localiter. 314.c
Angelus, cur incorruptibilis. 81.c
Angelus custodit nos. 160. f. 234.d
Angelus, in locum occupet. 237.f
Angelus, an sit indiuisibilis. 231.f
Angelus, est finita essentia. 233.a
Angeli, non mutant locum, nisi propter aliquem finem. 233.c
Angeli, an possint in nihilum redigi. 379.b
Angeli sunt finitæ essentiæ & uirtutis. 233.c
Angelus, an possit esse in loco diuisibili. 317.d.f
Angelus, an possit moueri motu cōtinuo. 317.c. item, an possit moueri in instanti. 388.c
Anima, quousque moueatur. 314.a
Animal, quo pacto differat à corpore, & ab anima. 37.a
Anima, quandiu est in corpore, quomodo intelligat. 90.b

Anima, qua ratione conseruatur à materia, & suis dispositionibus. 91. f
Anima est media inter angelos, & formas corporales. 92. a
Animæ natura, quæ sit. 92. c
Anima rationalis, quomodo producatur. 90. e
Animam per se subsistere, quid sit. 90. f
Animam rationalem sine corpore durare, sua natura est. 90. f
Anima rationalis cur prius natura sit, quàm insit materiæ. 93. c
Animæ, an sint actu infinitæ. 190. b
Animæ definitio. 372. d
Anima, an per se moueatur. 373. a
Anima rationalis, cur perfectior anima bruti. 191. c
Animalia, an agant ex deliberatione. 162. d
Anima, an sit diffinitiuè in pede. 234. b
Anima rationalis à solo deo producitur. 148. e
Anima, quomodo nutriat, & augeat se. 115. d
Animalium proprium, quodnam sit. 110. a
de Animæ productione, Aristot. quid senserit. 91. c
Anima cœli, an possit esse intellectualis. 373. f
Animalis forma, quomodo sit simul & natura, & efficiens causa. 132. d
Anima, quid sit. 170. d
Animal est notius natura, quàm homo. 20. d
Anima, est actus corporis. 139. f
Animæ, an actu sint infinitæ. 190. f
Ante quodlibet moueri, præcedit mutatum esse. 309. d
Antipodes, ubi viuant. 228. c
Antiqui pro comperto habuere deum nō posse fugere infinitum. 199. f
Antiqui non agnoscebant substantias spirituales. 237. f
Antiqui philosophi qua ratione credebant omnia fieri ex nihilo. 353. d
Antiquorum opinio de principio materiali entis, ab Aristot. confutata. 74. c
Appellare ad pactū & beneplacitum Dei, quid sit. 89. c
Appetitus, in quo differat à potentia. 77. f. & infra.
Appetitus dicit ordine ad finem, potentia uerò ad effectum. 78. f
Appetitus cōplacētia in quo differat. 78. c
Appetitus in animalibus, quid sit. 79. c
Applicatio an fiat per motum. 60. f
Aqua, an esse possit absq; frigiditate. 118. b
Aquæ calidissimæ, an insit ulla frigiditas. 118. d. & infra.
Aqua magis intendit se reducere ad frigitatem, quàm ad densitatem. 117. f
Aqua, an possit manere suspensa. 228. f
Aqua plus semper cōtinet frigoris, quàm caliditatis. 119. a
Aqua, quot modis reducatur ad frigiditatem. 116. f. & infra.
Aqua, cur corruptibilis. 66. d
Aqua calefacta, quomodo intrinsecus moueatur. 105. d
Arbores & uiuentia, quo pacto augeantur. 115. f
Aristot. cur fuerit solicitus quærere locum primi mobilis. 231. c
Aristot. quia asseruit cœlum esse animal, malè audit à multis. 373. f
Aristot. cur peripateticus cognominatus. 2. c
Aristot. creationem admisit. 354. f
Aristot. quomodo uenerit in cognitionē primæ causæ. 3. f
Aristot. ignorauit legitimum emanationis rerum modum è deo. 36
Aristot. nunquam fuit satis certum de animarum productione. 264. a
Aristot. locus, ubi ait cœlum esse animatum.
Aristot. cur condemnet antiquos ob uarietate principiorum.
Ariolandi ars apud Gentiles erat dæmonum fallacia. 11
Ars saltandi & citharizandi, an sit principium motus naturalis. 122. c
Ars, est auxilium naturæ. 12. d
Artifex est uniuersalior quàm medicus in prædicando. 135. d
Artifex semper aliquid agit. 125. f
Ascendere, quid sit. 228. c
Ascensus & descensus sunt motus contrarij. 188. b
Astrologia, unde emanarit. 8. c
Græci, à q̄bus prius literas receperint. 8. e
Astrologia, de quibus tractet. 126.

Astrum densius est, suo modo, quàm reliqua orbis pars. 238. a
Augmentatio, quomodo fiat. 267. f
Aues an oua esse prius necessarium fuerit. 355. b
Augmenti & decrementi terminum, in quibus posuerit Aristoteles. 52. d
Augmentum repugnat naturæ infiniti. 210. d
Augmentum, quale terminetur ad maximum. 52. b
Augmentationis motus, an possit esse cõtinuus. 59. & infra.
in Augmentatione, an detur aliquis terminus, ultra quem possit progredi. 45. d
D. Augustinus, cur prohibeat Christianis frequenter uti nomine fortunæ. 178. a
D. Augustinus, cur ignorasset quid esset tẽpus. 250.
Aurum & marmor an habeant principiũ passiuum, naturale. 105. b
Aurum, lignum, lapidem, aut aliud mutans in aliam formam, an producat nouum accidens. 124. d

B

Bilis prima naturalis philosophiæ, quæ sit. 82. f
Beatorum locus, qui, secũdum Christianos. 231. b
do hominis, in quo consistat. 5. b
, quale sit. 140. a
quomodo finem agnoscant. 166. a
quomodo agant propter finem d. & an memoria sint prædita. f

C

Caietani error, de igne. 48. a
Calcem, aut statuam facere, quid propriè sit. 122. c
alefactio: is motus, quid realiter sit. 181. d
alefactio & frigefactio, quid sint. 188. p
alefactio, an sit per se à calore; & an generatio formæ, sit à forma substantiali. 150. c
Calabria, & Apulia, quo nomine antiquitus appellatæ. 7. c
Calefactiuum, quomodo debeat applicari passo. 312. c
Calidum, quodnam sit. 267. b
Caliditas, & frigiditas in qua specie ponãtur ab Aristot. 320. c
Caliditas, & frigiditas in genere qualitatis sunt prima contraria. 69. f
Calor, cur non possit resistere formæ subiecti, in quo est. 119. d
Calor productus ab igne in aqua, an expellat frigiditatis gradum sibi cõtrarium, effectiuè. 149. c
Calor naturalis in animali, quid operetur. 148. b
Calor, & frigus, cur contraria propriè dicantur. 66. c
Calor separatus ab igne, an producat omnino eundem effectum. 150. d
Calor, & motus, in quo sint prædicamento. 182. c
Calor, quo pacto producat ignem. 148. b
Calor, an conuertatur in frigus. 68. b
Calor, quando possit rarefieri. 153. a
Caro, an sit separabilis etiam ex minima carne. 52. c
Casus fortuitus, quomodo contingat in his, quæ sunt propter finem. 155. f
Catholica fides, quid nobis conferat: & quantum ei debeamus. 6. f
Causa uniuersalis mouet ista inferiora. 319. d
Causa efficiens, quæ sit. 142. f
Causæ efficientis effectus, qui. 129. d
Causas, qualis naturæ condiderit Deus. 144. c
Causarum particularium alia principalis, alia instrumentalis. 138. c
Causarum efficientium alia positiua, alia priuatiua. 139. b
Causa finalis, quæ sit. 139. c
Causa per se, quæ dicatur. 155. c
Causa per accidens, quæ sit. 155. c
Causa, quando occasio dicatur. 155. d
Causæ proximæ & remotæ diuisio. 135. a
Causa mediata, & immediata, quæ. 135. b
Causæ uniuersalis, & particularis diuisio. 135. b

Causare, an sit agere. 131.a
Causa, & effectus relatiue dicuntur. 128.d
Causæ uniuersales, quo pacto agant. 151.e
Causæ secundæ, an quicquam agant. 143.a
Causa naturalium effectuum unde proueniat. 168.e
Causarum ordo, qui. 140.d
Causa, quid sit. 140.e
Causa in actu, & effectus in actu conuertuntur. 140.f
Causa efficiens, an finem præcedat. 163.a
Causarum genera, quot, & quæ. 140.e. & infra.
Causa efficiens producit sibi simile. 93.d
Causæ per accidens, cur non cadant sub arte. 264.e
Causa uniuersalis in prædicando an sit uniuersalis in causando. 135.e
Causæ efficientis definitio. 132.b
Causa aliqua, quotupliciter effectus creet. 95.f
Causare, quid denotet. 128.b
Causarum genera, quot posuerit Plato in Timæo. 129.e
Causa prima, quæ sit. 198.e
Causa efficiens, & formalis, in quo differant. 93.b
Causæ, quò cõcurrant in suo genere. 146.f
Causandi finis, qui sit proprius modus. 140.b
Causa ampliationis, quæ sit. 141.e
Causarum concursus, an asserendus. 142.b
Causæ diuisio, quæ sit. 132.f
Causa per se, quæ sit. 132.f
Causæ uniuersales, sunt causæ omnium inferiorum. 133.a
Causa per accidens, quotuplex, & quæ. 134.a
Causa sine qua non, quæ sit. 133.d
Causa per se principalis caloris, quæ sit. 134.b
Causa per se conuertibiliter, respõdet per se effectui. 134.c
Cœlum, quo pacto materiam habeat. 112.c
Cœlum, si quiesceret, non esset mirum. 112.c
Cœli, ut perpetuò moueantur, est lex naturalis. 112.e
Cœli motus, quando cessabit. 112.e
Cœlum, cur habeat motum naturalem inuariabilem, & uniformem. 113.a
Cœli natura, quæ sit. 113.a
Cœlum, quando dicat quiescere. 113.d
Cœli natura, an sit principium quietis. 113.e
Cœlum quiescere, cur non timendum. 114.a
Cœlum, quomodo dicatur quiescere, secũdum nonnullos. 114.b
Cœli suapte natura sunt incorruptibiles. 242.a
Cœli partes, an possint per se subsistere. 56.b
Cœlum, an sit animal, & an moueatur, & uiuat. 110.a. & infra.
Cœlum non habet qualitates primas, nec secundas. 238.a
Cœlum asseritur ab omnibus esse perpetuum. 374.a
Cœlum, an includat intelligentiam. 110.c
Cœlum, quomodo moueatur. 244.d
Cœli sunt creati ex nihilo. 63.d
Cœlum, an habeat particulare contrarietatem cum elementis. 227.e
Cœlum naturaliter mouetur. 111.d
Cœlum, cuius sit figuræ. 113.a
Cœlum, quæ substantia sit. 112.a
Cœli, & terræ nomine, quid intellexerit Augustinus. 82.e
Cœlum est perfectè sphæricum. 316.a
Cœlum repletum est Angelis, quàm primum creato empyreo cœlo. 232.e
Cœlum, an agat se solo. 241.a
Cœlum nunquàm esse potest extra suam dispositionem naturalem. 110.e
Cœlum, cur incorruptibile. 66.d
Cœlo, an possit fieri additio. 50.a
Cœlum est forma simplex. 314.e
Centrum terræ est locus grauium: concauum Lunæ est locus leuium. 221.f
Certitudinem sententiarum, in quibus opus sit quærere. 10.a
Christianis, de fortuna loqui, quomodo liceat. 157.b
Christus, an dimiserit quicquam eorum, quæ semel assumpsit. 40.a, & an dimiserit humanitatem. ibidem.
Circularis motus, an fiat ab aere. 370.b
Circunscribi, pertinet ad corpus. 177.c

Citra infinitum, an sit maximus numerus. 43.d
Cognitio nostra, unde incipiat. 26.b
Cognitio causarum per accidens, an sit necessaria ad cognitionem rei. 24.d
Cognitio nostra, vnde incipiat. 26.c
Cognitiones uniuersales, cur minus perfectæ. 28.c
Cognitio rerum naturalium, an sit necessaria & vtilis. 2.b
Cognoscibilitas, quæ sit. 22.b
Cognoscibile quod non est, per nullam potentiam fieri potest. 199.c
Colerici & desidiosi natura, quæ. 159.f
Color magis innotescit nobis, quàm uisibiles species. 29.c
Color est causa specierum. 20.c
Color est genus ad multas species. 276.d
Colores & sapores medij participant ratione extremorum. 64.c
Comprehendere aliquam rem, quid denotet. 25.a
Comparatio debet esse in eodem genere. 82.c
Comparatio inter quæ fiat. 107.f
Conceptus entis est primus, quē concipiat intellectus. 29.f
Conceptum confusum, qualem vocemus. 30.c
Conceptus primus, quis sit. 30.d
Conceptus distinctus, quis sit. 30.d
Condēsatio & rarefactio, an possint esse sine acquisitione materiæ, & sine iacuo. 240.c
Consequentia, quomodo debeat intelligi. 129.b
Consequentiæ extrema, quomodo accipi debeat. 129.b
Constellationes cœlestes, an aliquid agant ad mores hominum. 159.f
Constellationes cœlestes, quo pacto agant in hæc inferiora. 229.c
Continuum est in infinitum diuisibile. 202.d
Continuum ex indiuisibilibus esse, an sit possibile. 297.f
in Continuo, sunt infinitæ partes. 199.a
Continuum, est diuisibile in infinitum. 197.c
Continui an ulla pars possit esse longior, aut maior. 43.c
Continuum, est vnum in actu, & multa in potentia. 87.a
Continua, quæ sint. 259.b.297.c
Continuum, an habeat partes in potentia. 202.f
Continuum, quomodo sit diuisibile in infinitum. 293.c
Continuum diuidi in omnem suam partem, est impossibile. 342.c
Continuum ex quibus componatur. 300.f
Contrarietas, quantum ad rem spectat, quot modis accipiatur. 266.c
Contrarietas, inter quæ sit. 61.d
Contrarietas quid sit. 321.a
Catraria, quæ sint. 66.c
& ubi sint. ibidem.
Contrarietas, quid sit. 66.f
Contraria debent esse eiusdem generis, 294.f
Contraria duo, an possint adinuicem agere & pati. 68.c
Contraria duo, an sint satis omni generationis. 69.b
Contrarietas principiorum est diuersa. 69.c
Contraria prima, quot modis intelligi possint. 69.d
Contrarietas motuum, quot, & quibus modis possit considerari. 289.c
Contraria in quot sint generibus. 267.d
Contraria, quo pacto se compatiantur. 289.a
Continua, quæ sint. 297.c
Contrariorum eadem est disciplina. 237.c
Contraria, in generatione, quot sint. 64.d
Contrarium non appetit suum contrariū. 101.d.
Contrarium unum, quomodo fiat ex altero. 10.68.c
Cor prius viuit in homine, & ultimo moritur. 58.c
Cor mouet alias partes. 108.c
Corpus, quod commensuratur loco. quomodo veniat de extremo ad extremum. 243.f
Corpus, an possit esse album sine albedine. 72.b
Corpus pedale, an possit esse in loco adæquatè pedali. 233.a
Corpus Christi, in sacramento altaris, an sit diffinitiuè. 234.c
Corpora, quomodo naturaliter moueantur. 215.c

Corpus

Corpus physicum, quale sit. 194.d
Corpus, oportet ut sit maius re, quàm continet. 224.a
Corpus continuè & regulariter motum, est tempus. 248.b
Corruptio, an reducatur in finem. 168.f
Corruptio non fit, nisi per separationem. 286.d
Corruptibilitatis causa, quæ. 81.d
Corruptibilitas, quot modis fiat. 81.d
Corruptio unius, cur sit generatio alterius. 291.b
Corruptio aquæ ab igne, an sit res naturalis. 122.b
Corruptio, quid sit. 71.d
Corruptibile, non potest suapte natura durare infinito tempore. 362.c
Creare, quid sit. 97.a
Creare ex nihilo, quid importet. 360.f
Creationis nomen, quid designet. 95.d
Creatura, an sit comprehensibilis ab alia creatura. 25.a
Creatio ex nihilo fuit incognita Aristoteli. 361.d
Creatio, quid sit. 361.c
Creatio, unde sumat denominationem. 264.c
Creaturæ nõ possunt habere essentiam infinitam, nec uirtutem, nec accidentis. 192.c
Creaturæ omnes sunt factibiles à Deo. 11.c
Creatura, cui non possit esse infinita. 192.a
Creaturæ, an possint esse infinitæ secundũ essentiam. 191.f
Creatura infinitæ perfectionis, an creari possit. 210.c
Creatio, quid sit. 94. & infra. 251.c

D

DEceptiones multæ fiunt à sensu. 10.c
Democritus, & eius sequaces, in quo ponebãt vacuum. 239.a
Democritus ignorauit causam efficientẽ. 129.d
Densitas, unde fiat. 117.f
Dei cognitio exacta, unde petenda. 376.c
Deus solus est infinitus. 289.d
Deus, per essentiam est ubique. 321.a
Deus in mundi creati one an operatus fuerit solus. 143.c. & infra
Deus, an facere potuerit, hominem non esse animal rationale. 144.c
Deus est perpetuus seipso. 358.c
Deo placet conseruare perpetuo cœlos & Angelos: inferiora uerò minimè. 358.e
Deus ex se solo, an possit facere, quod fit per causas secundas. 148.d
Deus, an possit iterato entitatem præteritam producere. 250.f
Deus est res simplicissima. 147.c
Deus quomodo cognoscat distinctè infinitas partes continui. 201.c
Deus, ut quicquid in illo est, æternum est. 258.c
Deus, cur à natura sua immaterialis. 191.c
Deus est prima causa efficiens, & ultimus omnium finis. 169.d
Deus, ad quem finem creauit mundum, & deinde hominem. 169.d
Deus est magnus consilio, & incomprehẽsibilis cogitatu. 25.c
Deus est comprehensibilis à se solo. 25.d
Deus concurrit ubique. 144.f
Deus prouidet omnibus. 144.f
Deus finit res agere suos motus. 144.f
Deus, an possit facere hominem nõ rationalem, non risibilem. 49.c
Deus, an possit facere uluentia adeò magna, ut sunt cœli. 49.c
Deus, an possit seruare hominẽ & equum sine debita quantitate. 49.c
Deus potest per miraculum conseruare quãcunque rem, etiam sub quacunque minima quantitate. 54.c
Deus, an possit creare speciem creaturarũ perfectam. 193.c
Deus est creator primæ materiæ. 353.f
Deus agit quæ uult, & quando uult. 356.d
Deus est infinitæ uirtutis. 354.a
Deus, quomodo sit præsens omnibus rebus. 145.b
Deus, an sit diffinitiuè in mundo. 234.c
Deus, cur suapte natura summè cognoscibilis. 22.b
Deus, an possit diuidere continuũ in quaslibet suas partes. 203.a
Deus agere prius natura, q d designet. 147.b
Deus fecit omnia ex nihilo. 77.c
Deus agit sine resistentia. 237.c
Deus, an ponatur in genere. 292.c
Deus est infinitè perfectus. 191.f

Deus, an agat per modum naturæ. 355.c. & f. & 356.c
Deus, an agat per intellectum, secundum Aristot. 355.d
Deus & natura, an agant propter finem. 355.d
Deus, quomodo omnia ex se protulit. 355.c
Dies, quid sit. 253.c
Differentia inter tẽpus & motum. 252.a
Diffinitio temporis. 252.f
Deus fuit ab æterno. 129.b
Deus disposuit omnia pulcherrimo ordine. 225.c
Deus, an possit creare dimensiones separatas sine subiecto. 241.f
Deus, an possit facere chimeram. 199.f
Deus, quot modis possit facere infinitum, iuxta Gregorii sententiam. 200.b
Deus nihil agit, nisi numero, pondere & mensura. 363.f
Deus solus per se est. 359.e
Deus potest dæmonem inuitum in loco tenere. 233.d
Deum esse omnium immobilem, quomodo intelligatur. 376.d
Deum, idæam, & hylem fuisse perpetuã, erat sententia Platonis. 358.a
Deus, an possit agere ut aliquid moueatur sine accidente distincto. 250.b
Deus fecit orbem, & quæ in eo sunt, quando sibi placuit. 356.f
Deus est finis omnium. 356.c
Deus nihil vult de necessitate. 356.f
Deus est actus adeò purus, ut in eo nulla excogitari possit potentiæ ratio. 378.c
Deus quicquid uoluit, ab æterno semper uoluit. 378.f
Deus, an habeat principium sui motus. 109.c
Deus fecit mundum propter hominem: hominem autẽ proter suam ipsius beatitudinem. 357.c
Deus non dicitur nec fortuna, nec fatum. 160.c
Deus est causa gubernans & ordinans. 260.c
Deus, an sit mobilis. 375.d
Deus, an possit seruare materiam sine formæ. 76.& infra.
Deus & natura nil frustra operantur. 240.a
Deus potest corruptum reproducere: seruare homines, & efficere eos participes suæ beatitudinis. 211.d
Deus, an possit esse circunscriptiuè in duobus locis. 235. item an possit duo corpora & infinita simul ponere in eodem loco. ibidem.
Deo nihil negandum. 76.d
Deus, an possit hominem seruare absque entitate. 76.e
Deus, quomodo possit seruare corpus extensum sine quantitate. 77.a
Deus, an possit agere, ut motus incipiat per primum sui esse. 311.c
Deus & intelligentiæ, an sint entia naturalia. 109.c
Deus omnia suauiter disponit. 142. forma, an agat. 142.d
Deus, an possit ens ex non ente producere: & uniuersum creare. 95.c
Deum esse primam rerum causam, quis nobis ostendit. 3.c
Differentia, specie & genere, an sint eadem numero. 185.d
Diffinitiuè esse in loco, quid sit. 234.a
Dies, an sit causa lucis. 129.b
Diffinitio, quæ sit. 153.d
Diogenes Cynicus fuit mundi contemptor. 7.c
Diffinitio quando dicit veram quidditatem, quid agat. 238.c
Diffiniri, quid sit. 235.a
Diffinitio specifica non diuiditur in infinitum. 198.c
Diffinitio loci. 216.e
Differentia specifica, quæ sit. 103.f
Diffinitio fortunæ. 255.b
Disciplina, quæ species sit. 280.a
Discrimen inter uiuentia, & non uiuentia. 94.a
Dispositiones aliarum formarum attingunt productionem earum. 89.f
Dispositio hominis maxima, quæ. 51.c
Tinctio rerum, unde fiat. 120.d
Distantia loci à centro, quid sit. 228.a
Distinctio realis, quotuplex, & quæ sit. 182.c
Diuisiones efficientes causæ, quot & quę. 132.c
Doctrina debet incipere in nobis ab uniuersalioribus. 28.f

Dogma stoicorum potissimum, quale. 7.f
Duo contraria quomodo se adinuicem expellant. 66.b
Duæ medietates, cur non sint simpliciter duo. 40.c
Duo potentia, quot in potentia sint. 40.f
Duo puncta spatij non possunt esse immediata. 309.b
Duo puncta in eodem spatio, an possint esse immediata. 227.a
Durandus, qua ratione negauit intellectū agentem. 26.f
Durities ossis & oculorum mollitudo, unde præueniant. 162.f

E

Ducit de potentia materiæ, quid sit. 90.b
Effectus per accidens reducitur ad causam per se. 156.c
Effectus agentis, quomodo producatur à summo gradu ad non gradum. 60.d
Effectus fortuitus, qui sit. 154.a
Efficiens cur agat. 164.
Efficiens, & finis, an numerentur inter principia. 71.a
Effectibus necessarijs causas attribuit necessarias Deus. 157.d
Eidos, quid significet. 74.f
Elementa, & alia mixta non uiuentia, an terminentur naturaliter ad maximum. 46.b
Elementa, ex quibus generatur mixtum, an sint prima principia. 62.f
Elementum, & cœlum, an possint esse symbola. 227.f
Elementa, quo pacto conseruentur in suis sitibus. 228.a
Elementis, an ascribatur quinta uirtus. 227.a
Elementum esse naturam habet in se. 114.c
Embrio, quo pacto uiuat. 20.d
Ens naturale, quomodo in proposito accipiatur. 107.c
Ens unum per se cur fiat ex materia, & forma, non autem ex subiecto, & accidentibus. 73.b
Ens quodcunque naturale uendicat sibi aliquam naturam. 43.d
Entia mobilia, in rei ueritate, quæ sint. 18.f
Ens mobile nullum est, nisi sit corpus. 192
Ens, an dicat unum conceptum. 17.f
Ens naturales, an habeat principium naturale. 115.a
Entia naturalia, cur dicantur apta aut inepta ad artificialia. 115.b
Ens simpliciter fieri, aliud est, quàm fieri ens inquantum ens. 95.c
Ens naturale, quale sit. 15.a
Ens mobile, quale sit. 15.b
Ens mobile, an sit subiectum physicæ. 18.c
Entia, quæ produci nequeunt nisi per creationem, quæ sint. 96.f
Entia, cur dicuntur realia. 99.a
Entia naturalia, an terminentur ad maximum. 44.d. & infra.
Entia naturalia, utrum terminentur ad maximum, & ad minimum. 41.c. & infra.
Entia naturalia, quæ dicantur. 107.f
Entia non producuntur, sed comproducuntur. 95.c
Entia permanentia, unde incipiant. 60.b
Enti cōpleto in actu, quid aduenial. 74.c
Entelechia, quid significet. 74.f
Entelechia, quomodo scribenda. 74.f
Esse in loco, quotupliciter accipiatur. 233.c
Esse, est propter operari. 145.a
Esse, an sit prius in toto, quàm in partibus. 32.f. & infra.
Essentia potest esse finita & infinita. 190.f
ad Essentiam non pertinens, nec naturæ pertinet. 144.a
Eucharistia est tota cum sua quantitate, & sub qualibet particula. 54.d
Ex duobus entibus non fit simpliciter unum. 73.b
Exemplar quotuplex, & quale. 13.d
Extra cœlum, an sit uacuum. 240.c

F

Faber lignarius redigens lignum quadratum ex rotundo, an de nouo producat. 223.a
Factibile, quid sit. 200.d
Fatum, Priscis, quid sit. 159.a. & infra.
Fatum Astrologis, quid sit. 159.c
Fatum, an sit asserendum. 154.b

Fatum, unde dictum. 154.a
Fatum, quale censebāt Philosophi. 154.b
Fati nomine, quo iure possimus uti. 161.d
Fieri aliquid quotupliciter accidat. 94.d
Fieri ex non ente, quid denotet. 95.a
Figura, an possit esse aliud accidens, præter quantitatem. 123.c
Figura quandoque producitur per motum localem. 271.c
Figura sphærica competit cęlis. 126.f
Figura circularis est perpetua. 126.f
Figura, an sit qualitas distincta realiter à superficie. 124.f
Figura, an sit ipsamet superficies exterior quantitatis. 123.f
Figura domus, an sit diuisibilis. 124.a
Figuræ nihil est contrarium. 262.a
Filius in diuinis processit à patre. 362.d
Finis generationis est suppositum substantiæ. 273.b
Finis quotuplex, et qui. 163.f
Finis hominis qui sit. 164.a
Finis, est prima omnium causa. 169.a
Finis quomodo agat. 322.f
Finis ultimus hominis, qui sit. 2.b
Finis, quomodo sit principium, unde motus incipit. 132.d
Finis, an sit primum mouens. 19.d
Finis, & forma in naturalibus coincidunt. 128.d
Finem negare, insania est. 165.d
Finis, an dicatur necessarius. 158.c
Finis mouet agens, antequàm sit. 132.a
Filius, i diuinis, an sit effectus patris. 129.b
Finis nomen, idem sonat, quod ultimum. 139.c
Finis, quo pacto mouet. 139.f
Finis diffinitio secundum Philosophum. 139.f
Finis mouet appetitum, & tamen non tangit eum. 319.c
Finis ultimus hominis, qui. 5.b.d
Finitum, & infinitum sunt passiones quātitatis. 189.d
Flumina semper descendunt. 229.c
Forma est duplex, & quæ. 106.a
Forma, quomodo introducatur in animali. 55.d
Formæ accidentalis diuisio, quæ. 131.c
Forma domus, unde resultet. 124.b
Formæ, quot occurrāt in generatione. 66.d
Forma, quomodo acquirat esse in toto. 132.b
Forma, & subiectum cur semper maneant duo non facientia unum. 73.b
Forma, quid sit. 131.b
Forma, an habeat illimitationem. 191.b
Forma, quo immaterialior, eo perfectior. 191.c
Forma substantialis requirit determinatas dispositiones: accidēs uerò non. 54.f
Forma, & eius priuatio, cur possint dici contraria. 67.c
Forma fit ex materia tanquam ex subiecto. 63.b
Forma est principium agendi. 147.d
Forma, an sit principium, quo causa efficiens operatur. 142.f. & infra.
Forma inducitur successiuè in materiam, & quomodo. 261.d
Forma, & finis non sunt idem. 167.a
Formæ uiuentium proprium, quale sit. 102.d
Formæ artificiales, quid sint. 125.a itē an distinguantur à quantitate, & substantia. 125.a
Formæ artificiales, an possint esse causa motus. 122.b
Forma artificialis, per quod significetur. 125.c
Forma, & quidditas rei, quo uniuersalior est in prædicando, eo ad plures pertingit effectus. 135.f
Forma, quomodo sit in materia. 84.d
Forma perpetua corporeitatis, an sit in materia. 84.d
Forma, an producatur ex forma contraria præcedente in materia. 84.f
Forma omnis an prius sit in se quàm inhæreat. 93.a
Forma prius dat esse composito. 93.b
Formæ omnes, præter animam rationalē fiunt dependenter à materia. 90.c
Forma omnis quo pacto intrinsecè terminetur. 45.b
Formæ generabilium, præter rationalem, educuntur omnes de potentia materiæ. 91.b
Forma, cur determinet sibi quantitatem.
Forma, utrum educatur de potentia materiæ. 83.a & infra.
Formam educi de potentia materiæ, quid sit. 83.b. 97.f
Formalis distinctio, quæ sit. 125.b
Forma est magis natura, quàm principium. 107.c

Forma est terminus motus. 107.d
Forma est actus cognoscibilis. 80.c
Forma accidentalis & substantialis, in quo differant. 86.f
Formæ secundum Aristot. cur non producantur. 92.d
Forma, cur non dicatur appetere materiam. 79.a
Forma cadaueris producitur ab accidentibus. 148.f
Formæ inchoationem, quam appellet Albertus Magnus. 84.c
Formas substantiales non cognouerunt antiqui. 105.d
Formam esse in potentia materiæ quid denotet. 90.c
Forma, quomodo dat, esse materiæ. 39.b
Forma perfectiori modo causa est, quàm materia. 106.d
Formam educi de potentia materiæ, quid sit. 89.a
Fortitudo & temperantia, in quo appetitu sint. 320.f
Fortunam, cur antiqui colebāt, tanquàm deum. 155.a
Fortuna, quid sit. 155.a
Fortunæ qualitates, quæ. 156.f
Fortunæ epythera, quæ. 157.a
Fortuna, cur cæca, insana, volubilisque dicta. 157.a
Fortuna, an in artibus dominetur. 157.f
Fortuna, vnde dicatur. 154.d
Fortuna, quæ causa sit. 261.c
Fortuna & casus, in quibus sunt. 158.a
Fortunæ minus est, vbi intellectus abundat: & econtra. 157.c
Fortuna, quorum sit. 156.a
Fortuitu, quale dicatur. 122.b
Fortuna, & fatum, in quibus differant. 160.a
Fortuna & casus, in quo differant. 156.b
Fortuna, quid sit. 153.d
Fortuna, in quibus sit. 153.c
Frigiditas formalis, an insit in aqua, quātuncunque calida. 119.a
Friditas minus sentitur, quàm caliditas. 119.c
Frigiditatis perditio, & caloris acquisitio, quid propriè sint. 290.c
Frustra per plura fit, per pauciora fieri potest. 181.d
Frustra per plura fit, quod per pauciora fieri potest. 68.c
Furnum ardentem intrantes, cur non lædantur. 141.c
Futura, an Deo præscita. 153.d

G

GEOMETRA, quæ contineret. 126.c
Generatio & corruptio sunt mutationes specie differentes. 277.b
Generatio, quomodo retineat nomen mutationis. 265.c
Generationis, & corruptionis diffinitio. 71.c
Generationem simpliciter nō esse motum, quibus rationibus probetur. 265.b
Generatio esse nequit, nisi præuia alteratio. 56.c
Generatio non est productio substantiæ, sed illius, quæ prius latebat, manifestatio. 86.d
Generatio, quid sit. 71.d
Generatio non fit, nisi aliud contrarium corrumpatur. 64.d
Generatio hominis unde contingat. 66.a
Generatio, an sit motus. 174.c. 261.d
Gentiles, quomodo fabulas suas contingerent. 8.b
Gentiles negabant fortunam. 153.c
Genus, & species cuius lineæ esse debeant. 213.a
Genus, quomodo diuidatur. 261.c
Generationis principia cur contraria. 261.f
Globus, cur facilius descendat, quàm quadratus lapis. 122.c
Graue, cur moueatur. 117.c
Grauis, qua ratione dicatur principium passiuum. 116.d
Grauia, à quo moueantur. 115.c
Graue, motu eius naturali, nil aliud appetit, quàm centrum. 287.c
Grauium, & leuium finis, qui. 4.f
Grauitas & leuitas vnde veniunt. 225.d
Gratia Christi, an fuerit finita. 49.f
Grauia & leuia, quo pacto moueantur. 306.b
Græci iactant se inuentores scientiarum. 7.b

H

Omnes suapte natura scire appetunt. 2.a
Homines, quomodo sint beati. 25.e
Hominem generari, quid sit. 105.f
Homo, secundum naturales, continet quater cubitum suum: sexies uerò pedem. 130.a
Homo cur dicatur bene & male fortunatus. 160.e
Homo bene uel malè natus, quando dicatur. 160.f
Homo, cum corrumpitur per diminutionem caloris, quid accidat. 53.f
Homo, si corrumpatur per maciem, & consumptionem, an detur minima quantitas. 53.f
Homo dependet ab infinitis hominibus. 19.e
Homo, ex qua creatus sit materia. 197.f
Homo maximus, quomodo intelligatur. 50.e
Homo, si reduceretur ad quantitatem grani sinapis, an exercere posset vitales operationes. 54.d
Homo constat anima simul & corpore. 36.a
Homo, quid sit. 71.e
Homo, ante mundi creationem, an fuerit esset animal rationale. 123.f
Hora, an sit numerabilis per quamlibet suam partem. 203.e
Hora, quota pars dici sit. 253.e
Humanitas an contineatur ex anima & corpore. 32.e

I

Iacvlvm proportionatū nostris uiribus, cur uehementius & ad maiorem distantiam proiiciamus, quàm exiguum lapillum. 370.a
Id, quod fit, non est. 359.e
Igni, si applicetur stuppa, an augeatur. 46.e
Ignis, quanto maior est, tanto magis actiuus est. 47.a
Ignem inter & niuentia, quale sit discrimen. 47.b
Ignis, an conseguatur augmenti terminum. 47.e
Ignis nihil inflammat, nisi materiam sibi uniendo. 55.e
Ignis concaua superficies, quid in se comprehendat. 214.e
Ignis contrariatur aeri. 224.e
Ignis finis, qui. 367.f
Ignis, an moueatur sursum à seipso. 368.b
Ignis, quantuscunque sit, est actiuus. 41.d
Ignis, quem locum sibi determinat. 228.b
Ignis & homogenea quomodo terminentur, quo ad augmentum. 54.f
Ignis, quousque augmentum accipiat. 55.a
Ignis, quomodo ignem generet. 58.b
Ignis, an habeat infinitam uirtutem. 190.d
Ignis, quomodo possit producere infitos calores. 198.d
Ignis, cur non possit ab aliis calefieri. 377.d
Ignis, quo pacto producat ignē. 332.b
Ignis, an igniat proximum aerem in sua sphæra. 227.d
Ignis finis, qui sit. 162.a
Ignis, an contineat se frigiditatem. 118.e
Ignis perpetuus in templo Vestæ, unde ortum traxerit. 8.b
Ignis, an producat quicquam. 180.f
Imaginatiua bruti nō ē collatiua unius ad aliud. 166.a
Immutationes naturales, unde fiant. In alicuius potestate aliquid esse, quomodo intelligatur. 90.d
Inclinatio naturalis omnis non potest esse nisi ad bonum. 2.b
Indiuisibile, an habeat partes. 316.d
Indiuisibile, quando non possit per se moueri motu continuo. 316.d
Indiuisibile, quomodo moueatur per accidens. 319.e
Indiuisibile, quando potest per se moueri. 315.e
Indiuisibile, an possit augeri. 315.e
Indiuisibile additum alteri, non reddit maius.

maius. 201. d
Indiuisibile, an moueatur per se. 314. d
Indiuiduum numero quale dicatur. 314. c
Indiuisibile, an habeat ultimum. 298. a itē, an posit esse contiguum. ibidem.
Indiuisibile alteri additum, an faciat maius. 298. d
Indiuisibile, quot modis dicatur. 297. c
Indiuisibile, quot modis accipiatur. 301. c
Inæqualitatis actionem non fieri à proportione minoris, quomodo intelligatur. 119. c
Inferiora ista, ad quem motum mouentur. 315. a
Infinitum esse non implicat contradictionem. 198
Infinitum in actu, quale sit. 200. b
Infinita multitudo, quæ sit. 200. c
Infinitas, in quo consistat. 210. c
Infinitum, an pertransiri possit. 211. a
Infinita multitudo an sit factibilis. 211. c
Infinitorum nullum est primum. 177. a
Infinitum, quando accipiatur nominaliter & cathegorematicè. 198. c
Infinitum, quot modis implicet contradictionem. 213. c
Infinitum an sit omnino possibile. 363. c
Infinitum esse, quid sit. 353. d
Infinitum in actu, quale sit. 192. f
Infinitum, quid sit. 192. f
Infinitum in potentia, quale sit. 193. b
Infinita uelocitas, quæ sit. 209. f
Infinitum accipitur dupliciter. 190. c
Infiniti diuisio, quæ sit. 189. c
Infimum, quando cognoscamus. 29. c
Infinitum nullam potest habere figuram. 224. f
Infinitum, an transeat in actu. 190. a
Infinita non possunt naturaliter cognosci. 29. c
Infinitum, quomodo cognoscatur. 195. c
Infinitum, quale sit. 195. c
Infinitum non est producibile. 363. f
Infinitum implicat contradictionem. 199. c
Infinitas dei, quibus rationibus probetur. 192. b
Infirmitas denotat disproportionē humorum. 236. d
Impossibilia deo, quæ sit. 200. e
Intellectus, quodnam primum de reconcipiat. 28. a
Intellectus agit uniuersalitatē ī rebus. 27. a
Intellectus, qui sit. 26. d
Intelligentia, an uniatur orbi. 110. b
Intellectus prius iudicat esse animal, quàm esse homo. 30. a & infra.
Intellectiones & uolitiones in instāti producuntur. 308. a
Intelligentiæ, an sint entia mobilia motu physico. 18. d
Instans, quomodo distinguatur à mobili. 253. d
Instans, cui comparetur à philosopho. 257. c
Instrumentum, quando reducatur ad genus causæ efficientis. 116. c
Intensio & extensio minima, an dari possint. 60. a
Intelligentias esse perpetuas, cur posuerit Aristoteles. 91. d.
Inter formas substantiales est repugnātia non tamen contrarietas. 67. b
Intensio caloris: & remissio frigoris, quando fiant. 288. c. d
Inter esse, & non esse, nullus est ordo. 361. a
Intensio, quid sit. 182. c
Interrogationes eorum, quæ uere scimus, quot, & quæ sint. 229. itē & causarum. ibidem.
Ira, tristitia, & gaudiū, ī quo cōsistāt. 324. b
Inuisibile, quando nullatenus per se moueatur. 315. d

L

Libertas agendi dicit perfectionem in creaturis. 356. f
Libri de cœlo sunt meriè physici. 162. b
Ligni quātitas, an sit identicè, quid est substantia. 125. b
Linea circularis & recta, quo pacto differant specie. 287. c
Linea indiuisibilis nō datur separata. 57. b
Linea giratiua, an sit infinita in potentia. 202. b. & infra.
Locus, quomodo sit æqualis locato. 223. a
Locus, est mēsura extrinseca locati. 223. d
Locus, quid sit. 212. b
Loci negocium, cui incumbat. 212. c
Locus, ex natura sua, an dicat aliquid positiuum. 212. c

Locus, an sit æqualis locato. 213.c
Locus, quotupliciter dicatur. 213.c
Loca propria nedum elementis uerum, & mixtis conueniunt. 214.a
Locus, an sit corpus. 215.f
Locus debet esse æqualis locato. 216.a
Locus, an sit materia, & forma locati, an aliquod accidens. 216.b
Locus continet locatum. 216.b
Locus, an sit materia. 216.b
Locus naturalis elementi, in quo sit. 228.b
Locus, est terminus continentis immobilis primus. 216.d
Locus, quot modis æquiuoce dicatur. 216.f
Locus, quid sit secundum nominales. 183.f
Locus adæquatus ignis, qui sit. 226.f
Locus aeris, quomodo sit ignis. 226.f, & infra.
Locus, uel spacium, an possit esse motus. 184.c
Locus, quotupliciter accipiatur. 184.c
Locus, an sit superficies distinctu à corpore. 218.c
Locus, an sit terminus continentis. 218.d
Locus est potius passio quantitatis, quàm directè quantitas. 219.f
Locus, est res absoluta secundum esse, & relatiuum secundum dici. 220.a
Locus pro quo supponit. 221.b
Loci immobilitas, in quo consistat. 221.b
Locus non est durationis mensura. 248.c
Locus, & tempus distinguuntur. 248.c
Locus aeris, cur non terminetur ad concauum ignis. 227.b
Locus naturalis elementi terræ, est concauum aquæ. 225.c
Locus naturalis, qui sit. 224.f
Locus est terminus continentis. 231.c
Locus terræ proprius, an possit signari. 224.d
Locus dicit rationem mensuræ. 225.a
Locus est illud quod primum circuit, & ambit locatum. 230.f
Locus, quotuplicem relationem dicat. 218.a
Locus naturalis aeris, qui sit. 226.e
Locus, quotuplex, & qui. 222.f
Locus, an sit natura immobilis. 220.d
Locus an sit aliquid positiuum. 214.e
Lumen fidei est summopere necessarium ad philosophiam comparandam. 13.a
Lumen fidei, quid operetur in nobis. 7.a
Luna, est planeta frigidus. 224.e

M

MAGNES, quo pacto attrahat ferrum. 350.a
Magnes, quando ferrum non trahat. 323.b
Magnitudo, qua ratione erit infinita. 203.b
Malorum, quæ nobis contingunt, quæ sit causa. 161.a
Mare, cur non ascendit, neque descendit. 229.d
Martyrum patientia, quando efficiebatur fortior. 155.c
Materiam sine forma substantiali, an possit seruare deus. 77.
Materiam esse sine forma: an formam cũ materia, quale maius miraculum. 77.e
Materiam creatam esse sine forma in creatione, an sit concedendum. 77.e
Materia an sit actiua. 82.b
Materia quomodo habeat esse. 38.f
Materia, an sit prior, quàm finis. 163.a
Materia manet in genito priuatio uerò non. 186.a
Materiæ comparatio ad subiectum accidentium. 72.f
Materiæ diffinitiones uariæ. 73.f
Materia, quomodo formam sustineat, & conseruet. 73.a
Materia nõ potest naturaliter esse in actu, nisi per formam. 63.b
Materia, an habeat actualitatem. 73.f
Materia nec est quid, nec quale, nec quantum. 75.c
Materia, an habeat figuram aliquam quadratam, seu circularem. 75.e
Materiam sine forma, an possit seruare deus. 75.e
Materia, est subiectum ad omnes formas idoneum. 74.d
Materia non est nisi per formam. 74.d. itẽ continetur à forma. ibid. item efficitur, ut sit in ea pe actum. ibid. item materia appellatur hyle: forma autẽ entelechia. ibid. item in naturalib. quid significet. 74.c
Materia, an sit puta potentia. 71.f
Materia, quid sit per se. 75.a
Materia, an speciem habeat. 75.a

Materia, an esse posset sine forma. 75.b
Materia, & forma non sunt genitæ. 39.d
Materia & priuatio, quomodo distinguantur. 102.a
Materia & priuatio, cum sint unum numero, an sint unum specie. 103.d
Materiæ diuisiones, quot, & quæ. 130.a
Materia, & forma sunt principium substātiæ. 15.f. item entis. ibid.
Materiam sine forma creare, an poterat deus. 335.b
Materia, an infinitum habeat. 191.a
Materia, cur sit ingenerabilis, & corruptibilis. 81.b
Materiam rerum naturaliū, quot modis inuestigarint antiqui. 80.f
Materiæ & formę sunt res eiusdem speciei. 41.a
Materia, an careat plurimis, & est in potentia ad plures formas. 102.f
Materia, quo pacto formam apprehendat. 93.d
Materiæ themata, quot, & quæ. 82.f
Materia, quomodo possit demonstrari. 105.d
Materia est subiectum à forma distinctum. 80.d
Materia an sit per se ignota. 80.d
Materia est pura potentia. 80.d
Materia quomodo diffiniatur. 80.c
Materia & priuatio sunt idem numero. 99.a. item differunt ratione. 99.a
Materia, an requirat accidentales dispositiones, ad recipiendum formam. 79.c
Materia, ex Aristot. diffinitione, quid sit. 87.
Materia sine forma utrum possit seruari in puncto, an in loco extenso. 77.a
Materia appetit formam. 77.f
Materia, utrum habeat appetitum naturalem ad rationalem animam. 79.f
Materiæ, an sit melius esse per unam formam, quàm per aliam. 80.a
Materia, quomodo sit agnoscibilis per analogiam. 80.b
Materia, à quo dependeat. 76.b
Materia, an actum inducat. 74.a
Materia, an sit substantia. 74.b
Materia, quid sit. 71.f. item differt à priuatione. 72.a. item habet ex se proprias ueras passiones. 72.a. habet formæ appetitum. ibidem habet etiam potentiam, unde forma educitur. ibid.
Materia, est principium per se. 72.a
Materia, & forma sunt duæ res numero distinctæ. 72.c
Materiam sine forma, an possit deus conseruare. 72.c
Materia, an de se sine forma existat. 72.c
Materia, est fundamentum naturalis scientię. 72. idem est primum subiectū uniuscuiusque. ibid.
Maximus de facto numerus, & finitus, qui sit. 43.d
Medicina, quot, & quas habeat partes. 12.d.e
Medicina, an sit potens sanare per se. 122.c
Medicina, quo pacto contineatur sub physica. 12.c
Medium inter duo contraria, exercet vices duorum contrariorum. 289.c
Medicina, cur sit quædam pars philosophiæ. 3.c
Medicus incipit, ubi physicus definit. 3.c
Medicina, quid à doctorib. censeatur. 3.d
Medium, an detur inter hominem, & animal. 190.c
Mens est pars intellectiua animæ. 91.c
Mensis, quot dies contineat. 253.c
Mensura debet esse regularissima in unoquoque genere. 112.b
Metaphysica, quando sit postrema scientiarum. 29.f
Methaphysicus, cur abstrahat à materia. 161.f
Metaphysica, in quo superet mathematicam. 127.c
Minima quantitas, an possit successiue disponi. 58.c
Minimum, an detur in generatione rei naturalis. 57.f. & infra.
Minimum in singulis speciebus, quale sit. 43.b
Mixta, an necessarium erat, ut crearet deus ex materia. 355.b
Minus minimo per se subsistens, an detur. 58.c
Mobile, cur moueatur per totum tempus. 309.c
Mobilis, an ulla sit resistentia. 243.c
Mobilitas, est passio, de qua tractat physica. 16.f
Modus concurrendi formæ, qui. 231.c
Monstra, quid sint. 167.c. & quibus de causis contingant. 167.d
Monstrum, an sit miraculum. 168.b

Monstra, cur non tot contingant in plantis, quot in animalibus. 168.b
Montes multi attingunt sphæram aeris. 229.b
Monstrum, unde producatur. 162.c
Monstra quo alio nomine appellentur. 162.c
Monstrum, an sit res naturalis. 122.a
Morbida pars corrumpit sanam. 108.c
Mortalitatis minime cognitio potest nos allicere ad rectè operandum. 3.c
Motus, an sit in aliquo certo prædicamento. 170.c
Motus an concedi debeat, quòd sit actio. 182.c.f
Motus proiecti, quandiu durat, durat item & proicientis. 183.b
Motus est distincta à rebus aliorum prædicamentorum. 178.d
Motus, an acquiratur per motum. 179.b
Motus, est actus mobilis, inquantum mobile. 174.d
Motus an fiat in instanti. 305.b
Motus non incipit per primum sui esse, sed per ultimum non esse. 307.f
Motus non est præter res, ad quas est motus. 172.c
Motus, quid sit. 172.d.173.b
Motus, per quid compleatur. 173.a
Motis nobis, mouentur omnia, quæ in nobis sunt. 375.c
Motus uelocissimus uel tardissimus, an sint dabiles. 343.c
Motus dicit fluxum: actio uerò relationem. 182.c
Motus est acquisitio qualitatis, uel quantitatis. 182.f
Motus diuiditur per motũ alterationis, & augmentationis. 183.a
Motus localis, cur sic dictus. 275.b
Motibus, an competant proprietates contrariorum. 288.f
Motus, an sit præter res, ad quas est motus. 180.f
Motus primi mobilis est nobis absconditus. 252.c
Motus diffinitio. 180.d.e
Motus, in quo consistat. 180.e
Motus cœli, an sit naturalis. 110.c
Motus, quomodo conueniat alicui per se simpliciter. 262.c
Motus, quomodo cõueniat formæ. 268.d
Motus, non est accidens distinctum. 304.a
Motus sortitur speciem à termino ad quem & quomodo. 264.d
Motus, an per se sit ad relationem. 268.d
Motus exequutio, unde incipiat. 132.
Motus, & mutatio, à quo determinentur 261.b
Motus retardatio unde proueniat. 242.f
Motus, fit in tempore. 309.f
Motus progressiuus animalis, qui sit. 109.b
Motus sursum, & motus deorsum, an possint simul esse. 239.a
Motus specie differentes sunt in triplici differentia. 239.b
Motus naturalis principium, quotuplex, & quale. 367.c
Motus in animali, unde incipiat. 375.c
Motus alterationis, quando sit propriè. 302.a
Motus, est actus entis in potentia. 365.c
Motus, quotupliciter consideratur. 283.c
Mutuum quantitatem per quæ cognoscamus. 249.a
Motus, an sit tempus. 249.b
Motus tot sunt, quot res, quæ mouentur. 249.b
Motus cœli, quo pacto sit ei naturalis. 112.b
Motus, tantus est, quantum est spatium. 304.b
Motus planetarum, qui sint. 113.c
Motus cœli est causa omnium motuum inferiorum. 113.b
Motus localis, an distinguatur realiter à mobili. 183.c
Motus, an omnes sint uelocitate comparabiles. 326.c
Motus in non tempore, quomodo fiat. 245.b
in Motu, quot, & quę cõsiderentur. 263.d
Motus rectus, an sit perpetuus. 371.d
Motus, quot modis contingat. 260.b
Motus rotæ ancipitis trepidationis, quid sit in causa. 370.b
Motus per se, ad quot sit prædicamenta. 269.c
Motus, & qualitas sunt prædicamenta diuersa. 185.a
Motus localis, an sit ubi. 185.b
Motus alterationis, & augmentationis, quid sint. 185.c
Motus uniformis, & difformis, qui. 338.a
Motus impertinentes, qui. 289.c
Motus quotupliciter considerari queat. 289.d

Motus, qui fiunt apud nos, quid sint. 255.c
Motus est id, quo mobile mouetur. 184.b
Motuum genera, quæ in uiuentibus considerãda. 372.c. & infra.
Motus proiectorum, quando sit intensior. 369.c
Motor orbis cui parti assistat. 378.a
Motus existentiæ opiniones uariæ. 186.b
Motus, an distinguatur a mobili, & an sit ens successiuum. 187.b
Motus localis, in quo consistat. 187.d
Motus, an sit in mobili. 187.f
Motus, an acquiratur per motum. 188.a
Motus ratio, quomodo percipiatur. 188.a
Motus circularis & rectus nullo modo sũt contrarij. 293.b
Motus omnis contrarius est quieti. 294.c
Motus & quies apponuntur priuatiuè. 194.c
Motus nec solam dicit acquisitionem: nec solam dependitionem. 290.f
Motus est à quodam in quiddam. 290.f
Motus & quies, est prima & potissima passio, de qua physicus considerat. 16.d
Motus & terminus ad quem simul acquiruntur. 294.d
Motus naturalis. an possit durare perpetuo. 255.d
Motus & qualitatis res coincidunt in eandem rem. 185.d
Motus sursum, an sit uiolentus. 121.f
Motus grauis, cui attribuatur. 115.f
Motum præexistit motui. 355.a
Motus, est duplex, & qui. 365.b
Motus, in quo sit. 171.c
Motus unde incipiat. 311.c
Motus species quot, & quæ. 267.c
Motus, quomodo dicatur naturalis. 114.f
Motus unde incipiat. 41.c
Mouens & motum, bifariam mouentur. hoc est per se, & per accidens. 365.a
Mouentia immaterialia, quę non possunt tangere corpora, quæ. 320.a
Mouens, an sit intrinsecum graui. 367.d
Moueri non apta, non propriè quiescunt. 294.c
Moueri secundum partem, an sit simpliciter moueri. 260.d
Moueri, an sit passio. 17.a
Moueri, quid sit. 261.a
Multitudo formæ, quomodo attendatur. 151.c
Multitudo natura quomodo cognoscatur. 151.f
Multitudo formæ semper est eadem. 152.f
Mundus, an fuerit fabricatus in initio tẽporis. 351.d.& infra.
Mundum fuisse creatum in temporis initio, debemus confieri & credere. 352.c
Mundum fuisse à Deo creatum, est optimo Aristot. 352.f
Mutari aliquid, quot modis contingit. 263.f
Mundus inferior, quo pacto contiguus sit lationibus superioribus. 240.a
Mundus, an potuerit fieri ab æterno. 359.c.f
Mundus utrum inceperit cum tẽpore, an in tempore. 357.b
Mundus, an fuerit semper. 269.d
Mundus, quomodo erat in Deo, antequã fieret. 90.d
Mundum habuisse principium, cur Aristot. nequiuit agnoscere. 11.a
Mundus, an in infinitum duraturus. 193.f
Mundus est conditus propter nos, nõ propter Angelos. 234.c
Mundus ad quos usus creatus. 5.f
Musica, de quibus agat. 226.d
mutari aliq̃d quot modis cõtinga t. 264.f

N

Nasci, quæ dicantur. 105.c
Natus abscissus, quomodo reparetur secundum Chrisungos. 287.c
Natura, cur indigeat extrinsecus adiuuari medicinis. 119.f
Naturæ nomine quidnam intelligendum. 120.b
Natura, an sit principium motus. 105.d
Natura nomen, quid denoret. 105.c. 107.a
Naturæ intentio semper est ad perpetuum. 31.c
Natura, quo pacto se habeat ad naturam. 105.f
Natura cõstantium omnium terminus est & ratio magitudinis & augmenti. 44.c

Natura, ignorato motus, an agnosci queat. 170. b
Natura, est principium motus simpliciter. 122. d. 170. b
Naturæ quomodo cõsiderantur à metaphysico. 131. c
Naturalia, an ab artificialibus distinguantur. 120. c
Natura, quo pacto fiat materia & forma.
Naturam agere propter finem, quibus rationibus probetur. 165. a. 107. f. & infra.
Natura, quomodo dicatur græcè. 106. a
Naturæ diffinitio, quæ sit. 104. b
Natura cur non agat propter finem. 162. b
Natura constantia, quæ sint apud Aristotelem. 47. c
Natura, est deo obedientissima. 359. c
Natura, quotuplex, secundum Philosoph. Aristot. 373. f
Naturæ notius, quodnam sit. 23. c
Natura sua repugnare, quid dicatur. 201. a
Naturale minimum, uix aut nunquam potest naturaliter contingere. 55. c
Natura, quid sit. 107. a
Naturæ opus, est opus intelligentiæ. 166. c
Natura, an dicatur uniuocè. 107. d
Naturale agens, quando per se intendat corruptionem. 117. c
Naturalis uiuentium status, in quo consistat. 116. a
Naturalia ab artificialibus in quo differant. 121. a
Naturale, ut & uoluntarium, fit à principio intrinseco. 121. d
Natura agit propter finem. 356. c
Nauis, qui superaret aquæ, unde fiat. 121. c. item cur tam facile moueatur à uentis. 122. c
Necessitas, an sit à fine. 162. f
Necessarium, & per se, sunt idem. 71. b
Negocium physicum, quale. 128. f
Nemo dat quid non habent. 93. b
Neque omnis motus actio: neque omnis actio est motus. 183. b
Nigrum, est priuatio alibi. 69. c
Nihil appetit, nisi suum simile. 84. f
Nihil, fit ex nihilo. 84. a
Nihil à natura distinctum, est perpetuum in ea. 85. a
Noe docuit Italos cognitionem humanarum & diuinarum rerum. 8. a
Non est potentia neutra. 111. a. b
Nomen rei artificialis, quid supponit. 24. c
Notium naturæ quę sint. 20. d
Notitia, unde incipiat. 311. a
Notitia rerum, quotuplex, & quæ. 22. c
Notius naturæ quotupliciter dicatur. 21. c. & infra.
Nulla pars est minor sua medietate. 297. b
Nulla res est, in qua non sit deus. 377. f
Numerica individuorum diuisio, unde oriatur. 87. c
Numerus, quotuplex sit. 253. b
Numerus, an possit esse infinitus. 203. c
Numerus maior continet minorem. 331. a
Numerus, an propriè in deo insit. 376. a
Numerus, quando sit infinitus. 43. d
Nutritio, quibus proprie fit. 148. b
Numero differentia, an possint esse continua. 277. f
Numerus causarum, an cognitus antiquis. 129. c
Nunc temporis, cur dicatur diuidere præteritum & futurum. 259. a
Nunc, esse indiuisibile, quibus rationibus probetur. 304. a. & infra.
Nunc temporis respondet mobili. 258. d
Nunc, fluxus, qui sit. 258. d
Nutritiæ, quid propriè sit. 148. b

O

OBIECTA sensus, quæ sint. 23. c
Obiecta sunt priora quã actus 264. b
Obiectum mathematici, quale. 126. b
Omne continens, est maius cõtento. 223. f
Omnipotentia dei, an terminetur. 200. c
Omne, quod mouetur, ab alio moueri, quomodo intelligatur. 365. c
Omnis motus est à contrario in contrarium. 265. e

Omne quantum natura sua est aptum terminari. 190.f
Omne, quod mouetur, est diuisibile. 316.f
Omnes habitus sunt intensibiles, & remissibiles. 321.a
Omne agens in agendo repartitur. 119.f
Omne mouēs producit sibi simile in subiecto, ubi est eius priuatio. 108.b
Omne quod mouetur, ab alio mouetur. 103.a
Omnia fieri ex contrariis, quomodo probetur. 64.a
Opiniones antiquorum, de num. & principiorum contrarietate, quot, & quæ. 63.d
Opiniones de causarum efficientia, quot, & quæ. 143.a
Operatio, quid sit. 176.e
Operari quid sit. 151.b
Orbes cœlestes, quo pacto sint in suis locis naturalibus. 230.c
Orbes cœlestes, an possint naturaliter capaciores, & ampliores esse. 46.c
Orbes cœlestes, quomodo habeant esse fixum. 230.f
Orbes cœlestes natura sua permanent ubi sunt. 231.a
Orbis Veneris continet intra se orbem Lunæ. 200.d
Ordo cognitionis aduersatur ordini productionis. 19.d
Ordo cognitionis confusæ, contrarius est ordini compositionis. 24.c
Ordines de aliqua re tradenda, quot, & qui. 21.a
Organizatio, an sit pars essentialis hominis. 49.d
Oximel, quomodo conficiatur. 130.c

P

PALMVS, quot digitos contineat: & pes, quot contineat palmos. 330.a. item quota pars sit totius hominis: pedis & cubitus eiusdem. ibidem.
Parcæ, cur sic dictæ: cur sic effictæ: & quid designarent apud Gentiles. 161.c
Pars nulla tam parua est, quin sit diuisibilis in infinitas. 207.a
Pars pedalis nō potest esse longior quàm pedale. 43.c
Pars, quæ uiuere incipit, an sit minima. 58.c
Pars extremalis corporis, quæ sit. 218.b
Pars aliquota, quanto minori numero denominatur, tanto est maior. 334.b
Pars aliquota, & non aliquota, quæ dicantur. 330.b
Pars, quæ per se non subsistit, an sit ens. 201.f
Pars infinita in potentia, quæ dicatur. 201.f
Partes lineæ continuantur per puncta: partes uerò temporis per instantia. 186.a
Partem minimi per se esse utrū repugnet ab intrinseco, an ab extrinseco. 56.c
Partes, an aliquid consumant. 59.c
Partes integrales, quo ordine continuentur. 77.c
Particulę in definitione fortunę quot sint, & quæ. 156.c
Partes omnes quo pacto se habeant. 37.c
Passum uim conferre, quotupliciter capiatur. 121.d
Passum, & agens à quo denominentur. 176.a
Passum, an conferat uim motui. 370.f
Pater in diuinum multo tempore est ante filium. 129.b
Pater, an sit filii causa. 129.a
Pedes prius moriuntur in hominem, quā pectus. 58.c
Per formas cognoscimus differentias. 81.a
Periodus uitæ unicuique designata est. 161.c
Perspectiua, de quibus tractet. 4.a
Perspectiua, de quibus tractet. 126.d
Philosophorum initia & capita, quę. 7.c
Philosophi, cur in lumine naturali non glorificarunt deum. 6.c
Philosophi antiqui, cur raras habuerint rerum ueritates. 10.f
Philosophia naturalis, quid sit. 5.c
Philosophia moralis, cur adiuuenta. 11.f
Philosophia moralis, & physica de

quibus tractent. 12. a
Philosophia naturalis, an possit esse genus ad mathematicas, & methaphysicam. 13. d
Philosophia & physica, quo pacto se adinuicem habeant. 14. d
Philosophia naturalis, quo tempore ortũ habuit. 2. c
Philosophia, an sit scientia. 2. c
Philosophia, quæ commoda mortalib. tribuat. 6. a
Philosophiæ encomium, quale. 6. b
Philosophia expetenda propter se. 6. d
Philosophiæ diuisio, quæ. 4. a
Philosophari, unde cœperint homines. 5. a
Philosophi ueri, in quo locauit summam felicitatem. 5. a
Philosophi, cur non crederent deum creasse mundum in tempore. 356. b
Philosopho naturali, quid incũbat. 163. b
Philosophia, est homini necessaria. 4. c
Philosophia moralis, an sit practica. 11. c
Philosophia naturalis an prosit ad bene uiuendum. 2. c
Philosophi, in quibus differant à nominalibus 182. b. & infra.
Philosophorum de fortuna opiniones uariæ. 154. c
Physicus debet considerare de motu & cur. 171. c
Physica, an per se de intelligentiis tractet. 18. d
Physicę prima passio, quæ. 4. b
Physica, an sit species methaphysicæ. 18. a
Physica consideratio, ad quæ extendatur. 4. b
Physico incumbit demõstrare per omnes causas. 161. f
Physica, an sit scientia speculatiua. 3. b
Physica, quæ considerat. 11. f
Physica, de quibus rebus sit. 2. c
Physica, an sit scientia. 2. f
Physicus & Astrologus, de quibus tractet. 9. f
Physica, de quibus tractet. 3. c
Physica, quas opiniones contineat. 3. c
Ens mobile, an sit subiectum physicæ. 3. c
Physicus, quomodo differat de uacuo. 237. c
Physica, an sit una scientia. c 13. b
Physici obiectum quale. 126. c
Physica, an sit speculatiua. 11. b
Physicus & astrologus, quibus rationibus probent orbem esse rotundam. 127. f
Physica, quia differat à mathematicis. 126. b
Physica, est de rebus diuersis. 14. c
Plantis & animalib. datus est certus terminus augmenti & decrementi. 44
Plato, fuit discipulus Socratis. 7. d
Platoni fuit commercium cum Iudæis. 358. b
Plato, credidit initium mundi, sed non plane iuxta catholicam ueritatem. 358. b
Plato nusquàm asseruit cœlum seipsum mouere 374. f
item negauit animam pro se moueri. 375. a
Plato & Aristot. philosophiam ad uerum redegerunt. 10. f
Platonici credebant mundum habuisse initium, sed non habiturum finem. 357. d
Pluma, cur tanto impetu non uolat, quanto quicquam aliud magis graue. 370. b
Ponere differentiam inter scientias, ad quid pertinet. 126. a
Poni secundum rationem causæ, quòd sit. 141. b
Portio diuersorum circulorum non est regula certa. 327. b
Possibilitates, an lateant in materia. 84. c
Potentia materiæ, quid sit. 78. c
Potentia calidum, & potẽtia infrigidum, an contrarientur. 291. c
Potentia & appetitus materiæ, ad formam, utrum sint res & inter se, & à materia aliquo modo distinctæ. 77. c
Potentiarum definitio. 77. f
Potentia, quando frustra sit. 189. c
Potentia, quidnam sit. 189. c
Potentia & actus, quomodo dicantur ex oppositio distingui. 73. c. & infra.
Potentia cognitiua ab appetitiua, in quo differat. 5. b
Polos uersus, an detur tardissimus motus. 44. a

Potentia duplex, & quæ. 194.b
Potentia, quotuplex sit. 174.d
Potentia obedientiæ creaturæ ad deum, an impleri queat. 50.a
Potentia & actus debent esse eiusdem generis. 79.c
Prima sphæra est in loco per accidens. 230.f
Primum mobile, non est in loco per se. 230.d
Primum & secundum ordinem, quomodo statuat Aristoteles. 20.f
Primum instans animæ, an detur in toto corpore. 312.c
Primum mobile, an moueatur. 184.a
Primum efficiés, quo pacto cognoscamus per negationem. 80.f
Primi motoris natura, quæ. 376.b
Primum in generatione, quodnam sit. 58.f
Primus motor destinauit in suos cuiusque proprios fines, & omnia in se ipsum. 356.d
Primæ sphæræ locus, vbi sit. 230.d.e
Prima causa, est omnium causa. 359.d
Primum mobile versus quas partes moueatur. 261.b
Primum mobile, an sit cessaturum in fine mundi, & quot horas cessarit tempore Iosue. 256.b
Primum mobile, an mutet locum. 231.c
Principia, an sint infinita. 70.b
Principia debent esse simplicia. 68.b
Principia, quot, & quæ sint. 61.f
Principia rerum naturalium esse contraria, quomodo intelligatur. 64.c
Principia rei naturalis, quæ sint. 61.c
Principia per se, quæ sint. 62.a
Principium solum dicit ordinem, causa uerò dicit etiam influxum. 62.d
Principiorum definitio. 62.c
Principium motus, an sit in cœlo. 104.d
in Cœlo, an sit principium quietis. 105.a
Principium indiuiduationis formarum, qualenam sit. 88.c
Principia, an sint contraria omnia. 70.f
Principia substantiæ, an sint accidentia. 68.a
Principium dicit ordinem. 106.c
Principium lineæ, & temporis, qualenam sit. 106.d
Principium rerum moralium, quale sit. 11.c
Principium & natura, quomodo impertinenter se habeant. 232.c
Principia entis naturalis, quæ sint. 71.d
item, cur aliqua sint per se principia generationis. 71.d
Principia rei naturalis, quot sint. 68.d. & infra.
Principia, an sint infinita. 68.d
Principia rerum naturalium, an sint in nobis. 11.c.d
Principia rei sunt notiora naturæ, nobis verò minus nota. 19.b
Principia vniuersaliter in composito permanent. 68.c
Principium naturale motus progressiui, quale sit. 109.c
Principiorum à cognitione, cur in physica non inchoandum. 19.c
Principia per accidens, cur non cadant sub scientia. 71.b
Priuatio, quomodo distinguatur à materia. 100.b
Priuatio, an maneat sub suo contrario. 101.b
Priuatio contrariatur formæ, materiæ verò non. 101.b
Priuatio proxima, quæ sit. 65.a
Priuatio & forma sunt duo principia contraria necessaria ad generationem. 65.b
Priuatio accipitur aliquando pro toto, quod corrumpitur in generatione. 65.c
oppositio priuatiua est termini significantis idem subiectum. 65.f
Priuatiuus terminus prius verificatur de materia, quàm positiuus. 65.f
Priuatio, est terminus à quo generationis. 61.f
Priuatio, quomodo dicat per se, & per accidens. 71.c
Priuatio, vbi sit. 68.f
Priuatio, an sit res realiter vera, à materia distincta. 98.d.& infra.
Priuatio est per se terminus à quo realis motus. 98.c
Priuatio, est negatio in subiecto apto. 99.b
Priuatio particularis entis saluatur in aliquo subiecto. 95.b
Priuatio, quid sit. 78.b

Priuatio, est ens rationis. 102.a
Priuatio est carentia formæ in materia. 102.d
Priuationis definitio. 98.f
Priuatio, an sit mera negatio. 103.c
Priuatio nulla est in Deo. 376.a
Priuatio, an maneat simul cum forma. 68.c
Priora, quæ sint. 21.d
Prius & posterius sunt idem subiecto, sed ratione differunt. 251.f
Prius & posterius, quo pacto habeant rationem temporis. 252.b
Priuatio formæ quæ gignitur, cui nam cõueniat. 67.c
Prius & posterius, quomodo possint explicari. 253.a
Prius & posterius, æquiuoca esse, quomodo probetur. 253.a
Priuatio, est principium per accidens. 70.c
Productio luminis, an formaliter sit motus. 183.b
Produci, quid sit. 85.f
Producere essentias, quomodo intelligatur. 86.a
Proiectum, vnde moueatur. 368.b
Produci quicquam, quid denotet. 140.d
Proiectum, quodnam moueat. 368.d. & vltra.
Propria passio, est necessaria. 71.b
Proportio inter quot quantitates constituatur. 332.f
Proportionis definitio, iuxta nomen. 329.a
Proportionis diuisio, quæ. 329.c
item, an sit relatio. ibid.e
Proportionis rationalis species quot, & quæ. 330.c. & infra.
Proportio à proportionalitate, in quo differat. 332.f & infra.
Proportionalitas, quotuplex sit. 333.a
Prudentia, est sufficiens futurorum causa. 158
Punctum est principium quantitatis. 300.c
Punctum habet positionem in continuo. 231.f
Puncta, cur non sint immediata in spatio. 316.c
Punctum, an sit vacuum. 238.b
Punctum in continuo, est idem quod unitas in numero. 296.b
Punctum & unitas non diuiduntur. 296.b
Punctum nullius subiectum est. 303.c
Punctum, an sit diuisibile. 238.b
Pythagoras, quando Italiam uenerit: & ubi inhabitauerit. 7.c
Pythagoras, cur noluit appellari sapiens, sed sapientiæ studiosus. 3.a

Q

QVALITAS temporis parte sunt infinita instantia. 257.c
Qualitas, quomodo est in esse quieto, quid operetur. 184.e
Qualitas summa infinita, an dari possit. 48.c
Qualitas quomodo maneat sub ratione qualitatis. 185.f
Quantitas minima, quæ sufficiat ad conseruationem minimi, non datur. 56.f
Quantitas minima, an detur in corruptione rerum, quæ fit secundum naturalem ordinem, sub qua res potest conseruari. 53.d
Quantitas cuicunque competit, conuenit & diuisio. 55.b
Quantitati nihil est contrarium. 261.f
Quantitas, cur non recipiat magis & minus. 262.a
Quantitas, cur de se nullam certam extennem determinet. 41.d
Quatuor modi de uelocitate motus. 345.d
Quidditas & species idem sunt. 279.c
Quidditas agentis naturalis, quæ sit.
Quies non est in instanti. 303.c
Quies, quando desinat. 318.d
Quies unde necessario proueniat. 294.c
Quiescere, quid sit. 244.f
Quietis & motus principium, an conueniat omni naturæ. 105.a
Quod ab æterno est, nunquàm incepit. 362.f
Quodcũque producitur, à suo simili producitur. 84.f
Quodcunque agens diuidens minimum, corrumperet illud. 56.d
Quot in motu consideranda. 345.b

Rarefa-

R

RARE FACTIO aut condẽsatio, an sit possibilis sine uacuo. 237. a

Ratio mediorum, unde sumatur. 148. a

Ratio necessitatis, unde sumatur. 168. c

Ratio ratiocinata, quæ sit. 177. c

Ratione differre, quid sit. 78. c

Recessus à puncto orientis, & accessos ad illud, qui motus sint. 113. b

Redacta de potentia in actum, quo pacto procedant. 28. c

Regula uelocitatis motus, quæ. 245. f

Rei descriptio unde sumatur. 234. a

Relatio, an distinguatur numero à subiecto. 269. c

Relatio quotuplex, & quæ. 271. d

Relatio omnis extrinsecus aduenit. 272. f

Relatio, an sit æqualis locato. 217. f

Relatio, non est causa substantiæ. 150. a

Relatiuum secundum dici, quale sit. 175. c. item secundundum esse. ibidem.

Rem moueri per accidens, quid sit. 315. b

Rem mouere aut moueri, aut motum terminare, quotupliciter contingat. 262. d

Rem mouere seipsam est proprium officium uitæ. 366. d

Resistentia motus unde proueniat. 243. a. & infra.

Rerum quãtitates, quomodo metiamur. 223. c

Rerum augmentum, utrum terminetur intrinsecè, an extrinsecè, per maximũ, aut minimum. 45. a

Res non potest esse in duobus locis simul distinctis. 243. d

Res nobilior, an producat nobiliorem. 148. c. & infra.

Res, quo pacto mensurare possimus. 252. c

Res creata, an possit esse cœterna suæ causæ. 360. a

Res, an terminentur ad paruitatem per minimum. 52. c

Res, eodem modo se habet ad produci, sicut ad esse. 91. a

Res omnes, tam corporeæ, quàm incorporeæ incipiunt per primum sui esse. 311. b

Res ubi natura est collocata, illic est eius sedes. 230. b

Res aliter sunt in sphæra, aliter in tempore. 248. c

Res, quo pacto corrumpantur. 323. f

Rem alterari, quid sit proprie. 323. c

Res permanentes, quomodo incipiant, & quomodo desinant. 51. c

Res nulla exagere potest ultra suam speciem. 147. f

Res successiuæ incipiunt per ultimum non esse, permanentes uerò per primũ sui esse. 308. c

Res per nimiam concussionem corrumpuntur. 53. b

Res fieri ex nihilo, est contra mẽtem Aristotelis. 91. b

Res naturalis, quo pacto diffiniatur. 71. c

Res, quas Deus condidit, quo ordine administret. 144. c

Res duas finitas, in infinitum distare, est impossibile. 205. c

Res naturales, quomodo possimus facere. 11. c

Res indiuisibiles, quæ. 310. c. item diuisibiles. ibid.

Res, an terminentur quò ad paruitatem. 52. d. 53. c

Res sortitur speciem à forma. 131. c

Res: quomodo naturaliter agant. 89. c

Res, quando dicatur inuisibilis. 314. f

Res, quando sciatur proprie. 23. f

Risibilitas conuenit toti homini. 33. d

S

SAgitta fecit maiori uehemẽtia remotius, quàm propinquus. 369.c
Salamandram uiuere in igne, dubium est. 230.a
Salomon obtinuit à deo sapientiam. 6.d
Sanatio, quod genus motus sit. 122.d
Sanationis, & ægritudinis diffinitio. 324.b
Sanitas, quodnam relatiuum sit. 324.c
Sanitatis diffinitio. 320.c
Sapientia huius mundi, est stultitia apud deum. 2.d
Sapientis opus est cognoscere ordinem ad finem. 356.c
Sientia rerum naturalium, an esse possit. 8.f.9.b
Scire, quid sit. 9.b
Scientia de cœlis, an sit. 9.d
Scientia de incorruptibilibus, an esse possit.
Scientia, cur non sit relatio. 274.d
Scientia, est distincta rei cognitio. 23.f
Scientia physica, in quo differat à mathematica. 120.f
Scientia speculatiua, & practica, in quibus differant. 11.b
Scientia practica, & speculatiua, an distinguantur in Deo. 11.c
Scientiæ mathematicæ, appellantur ab Aristot. certissimæ. 20.a
Scientia de fortuna, an detur. 153.d
Scientia omnis, aut mortalibus utilis, aut necessaria est. 2.a
Scientia, quæ sit. 2.c
Scientiarum inuentio à quo dimanauit. 8.a
Sententia, an sit sensibilium. 10.b.c
Scientia, unde procedat. 264.c
Scientia practica, quæ sit. 3.b
Semen, an formam contineat. 148.c
Semen in potentia est corpus iuuenis. 148.c
Semen non est non ens, sed non homo. 9.f
Seminis mutatio, cui attribuatur. 320.a
Sensibilia communia, quot, & quæ sint. 179.b
Sensus est necessarium adminiculum ad scientias acquirendas. 10.c
Sensus, an percipiat subitaneam quietem. 371.a
Sensus, est potentia actiua materialis. 27.a
Sensus, à quo moueatur. 366.a
Sensus Aristotel. de instantibus, qui sit. 257.f
Septem sapientes, quo tempore floruerint. 8.d. item cur dicti inuentores scientiarum. ibid.
Similitas, quid sit. 71.c
Simus, & aquilus, quid denotent. 14.b
Singularia sunt sensibus propinquiora, quàm uniuersalia. 29.b
Singulare, & uniuersale, quomodo accipiantur ab Aristot. 26. a.b. & infra.
Singulare, est nobis prius cognoscibile, quam uniuersale. 26.c
Socrates, cur sapiens iudicatus oraculo Apollinis. 3.a
Sol, an sit ultimum agens producens plantam, aut minerale. 322.f
Sol, & homo generant hominem. 319. d
Sol, quo pacto gignat, & foueat terrena. 322.b
Species motus, quot, & quæ sint. 238.d
Species motus Aristoteli, quot sint, & quæ. 269.a
Species motus attenditur penes terminũ ad quem. 291.c
Species, est forma. 75.d
Species unius tot sunt, quot species entis. 125.d
Species, est principium, & causa motus. 147.c
Sphæræ cœlestes, sunt incorruptibiles. 224.f
Sphæra actiuitatis agentis, quomodo terminari possit. 60.d
Sphæras, quot posuerit Aristoteles. 231.b
Sphæratum cœlestium quælibet est in sibi proximè superiori. 230.a
Spiritualia, an sint in loco. 225.a
Spirituale, non tangitur à materiali. 354.f
Statuarius, quomodo sit causa statuæ. 134.c
Stoici, unde dicti. 7.f
Subiectum sententiæ, quale sit. 16.c
Subiecto corrupto, corrumpuntur, & ea quæ in ipso sunt. 220.
Subiectum philosophiæ est corpus mobile.

mobile. 15.c
Subiectum methaphisicæ, quale sit. 15.d
Subiectum phisicæ, quale sit. 14.f
Subiectum sine relatione seruare, an possit deus. 75.d
Subiectum prospectiuæ, quale sit. 16.c
Subiectum musicæ, quale. 16.c
Subiectum, ac forma an designent aliquã distinctionem. 125.a
Subiectum accidentium, quomodo dicatur. 73.c
Subiectum recipere maius accidens, non arguit nouam virtutem in illo. 49.f
Substantia non componitur ex accidentibus. 61.c
Substantiæ nihil est contrarium. 61.c
Substantia, cum sit vnius generis, debent & talia esse principia. 69.a
Substantiæ, cur nihil sit contrarium. 67.a
Substantiæ spirituales quam habeant naturam. 109.f
Substantiæ non viuentes, quæ dicantur. 108.f
Substantiæ, cur nihil sit contrarium. 66.b
Successio quotupliciter motui competat. 316.c
Successionis motus, quid sit in causa. 244.d
Superficies duæ, an possint esse immediatè. 124.c
Superficiem de nouo produci, quando accidat. 124.c
Superficies corporis continentis mouetur ad motum ipsius corporis. 213.b
Superficies, quid sit. 218.a
Superficies est de genere quantitatis. 213.a
Superficies aquæ, an sit totus terræ locus. 224.
Superficie corrupta, corrumpitur accidens quod est in alia. 222.b
Sursum & deorsum, an sint species loci naturalis. 215.d
Sursum, est locus conseruatiuus leuium: deorsum vero est locus conseruatiuus grauior. 215.c
Sursum & deorsum, de quo genere sint. 213.a

T

TActvs, est propria conditio materiæ. 321.f
Tactus non est nisi duorum quantitatum. 320.a
Tactus, est conditio quantitatis corporeæ. 323.d
Temperantiæ & fortitudinis definitio. 264.a
Temporis continuitas, quæ. 252.b
Tempus, quomodo partiamur. 252.c
Tempus, in rei cœcitate est continuum. 252.d
Temporis diffinitio. 246.d. 247.c
Tempore nihil nobis notius, aut familiarius. 247.c
Tempus, quid sit, explicare, nihil difficilius. 247.d
Tempus cur ponant aliqui esse in cœlo. 247.c
Tempus, est corpus primi mobilis. 248.a
Tempus, quando dicatur multum & paucum, longum & breue. 253.b
Tempus, quod genus numeri sit. 253.b
Tempus est mensura naturalis rerum. 255.d
Tempus, nomen, cur non supponatur pro motu. 253.c
Tempus est in infinitum diuisibile. 309.d
Tempus, quomodo sit mensura quietis. 257.b
Tempus est ens naturale, 256.a
Tempus, est mensura successiua motus. 223.d
Tempus, an sit aliquod accidens distinctũ in cœlo. 251.c
Tempus, quo pacto distinguatur à motu 251.d
Tempus, est propria passio motus cœli 256.d
Tempus vtrum sit mensura motus primi mobilis. 256.a
Tempus & mensura motus secundũ prius & posterius. 257.a
Tempus & instans habent se conuertibiliter. 259.d
Tempus cognoscimus motu, sicut muti tempore. 355.c
Tempus, an distinguatur numeris à motu. 240.f

Tempus, an sit motus, & an reperiatur sine motu. 249.b
Tempus, est mora illa, qua motus fit. 249.c
Tempus, est motus ipsius primi mobilis. 249.a
Tempus, cur ponatur in motu primi mobilis, potiusquam in motu alterius orbis. 255.f
Tempus, quod genus numeri sit. 253.c
Tempus, æuum, & æternitas, in quo differant.
Tenebræ, quid sint. 99.c
Termini, qui quadam in se habere videntur similitudinem, qui sint. 154.c
Terminus alterationis, est generatio substantiæ. 310.a
Terminus continentis, quid sit. 217.c
Termini, quomodo debeant prædicari. 291.b.
Termini ad quos differunt specie. 264.c
Terræ, aquæ, aeris, ignis facultates, quæ. 225.c
Terræ situs, vbi sit. 228.c
Terra semper determinat sibi infimum locum: ignis verò supremum. 229.c
Terra, vt se habet ad aquam, ita aer se habet ad ignē dignitate & symbolo. 226.c
Terræ, quomodo sit principium motus. 214.c
Terra est infimum elementorum. 225.d
Terra, quæ locum sibi determinat. 228.a
S. Thomæ opinio, an substantia Angeli uerè sit in loco. 232.b
Totum quodcunque est maius sua parte. 200.d
Totum, si terminetur, etiam partes terminantur. 60.a
Totum, an sit partium conseruatio. 32.d. 38.d
Totum, & partes, quomodo habeant se. 38.d
Totum, an à suis partibus distinguatur, 20.c. & infra.
Totum, est duplex, actuale scientiam & potentiale. 22.f
Totum notius est nobis, quàm partes. 29.c
Totum, quot modis dicatur. 34.b
Tumor & inflatio quando fiant. 50.c

V

Vacuum, quid sit. 214
Vacuum, si interesset inter agēs & patiens, nulla actio contingeret. 321.f
Vacuum, an sit possibile. 236.c
Vacuum, quid sit. 236.f. 357.d
Vacuum non dari, quot probetur rationibus. 239.b
Vacuum, an detur simpliciter. 239.c
Vacuum, quotupliciter imaginari possit. 238.c
Vacui definitio. 220.c
Vbi, dicit respectum extrinsecus aduenientem. 217.c
Vacuum, in quo differat à loco. 237.d
Vacui definitio, iuxta Neotericos. 238.b
Vacui definitio, secundum Antiquos. 237.f
Velocitas motus, quomodo attendatur. 325.b
Velocitas, vel tarditas motus, quomodo pacto debeat attendi. 243.b
Velocitas, vnde attendatur. 245.f
Velocitatum proportio sequitur proportionem spaciorum. 326.f
Viæ cognoscendi rem aliquam, quot, & quæ sint. 337.f
Vinum, an sit materia aceti. 72.e
Violentum opponitur naturali & voluntario. 121.d
Violentum, quodnam sit. 85.a
Virtus vnita fortior est seipsa diffusa. 152.c
Virtus alterans semen & materiam, in quibus detur. 85.b.c
Virtus potentiæ, vnde attendatur. 199.d
Virtus Dei est infinita. 199.c
Virtus seminalis hominis tam attingit generationem hominis, quàm virtus equi generationem equi. 89.c
Virtus nutritiua animalis, quando conuertat cibum in substantiam aliti. 58.b
Virtus actiua motus, an sit in cœlo. 113.c
Virtus maior non requiritur ad effectum producendum, quàm sit perfectio ipsius effectus. 83.c
Virtus seminis, quæ sit. 116.c
Virtutes seminales solum uiuentibus concedendæ. 94.b

Visus, & auditus definitio. 264.a
Viuere, in quo consistat. 108.a
Viuens tandiu viuit, quandiu mouetur. 367.c
Viuentium proprium, quale sit. 104.d
Viuentia, an habeant certum tempus durationis. 45.c
Viuentium differentia, quæ. 108.d
Viuentium status & perfectio, in quo consistat. 108.d. item in quo consistat status non viuentium. 108.d
Vltima felicitas, in quo consistat, iuxta Aristotelem. 5.c
Vnio, est nomen æquiuocum. 273.c
Vnitas mobilis, quomodo dicat respectũ proximum ad tempus. 257.f
Vnitas specifica termini, an sufficiat. 277.c
Vniuersalia, cur nobis cognitu difficilia. 29.b
Vnumquodque agit inquantum est actu. 171.b
Vniuersaliores effectus vniuersalioribus causis competunt. 56.d
Vnitas temporis tam requiritur in motu contiguo, quàm in contiguis. 284.c
Vnitas scientiæ vnde sumatur. 12.c
Vnum, quando dicat negationem alterius. 69.c
Vnum, est principium numeri. 376.a
Vnumquodque agit, vt esset sibi simile. 356.c
Voluntas Dei, est omnipotens. 375.f
Voluntatis Dei nulla sit causa. 357.c
Voluntas nomina, an fortunæ, uel casui subdita sit. 161.b
Vox, est obiectum auditus. 190.c
Vtrum vnum & idem sit nunc fluens per totum tempus. 357.c

FINIS.

F I N I S.

DOMINICI SOTO SEGOBIENSIS,

Theologi, ordinis Prædicatorum, in inclyta Salmanticensi academia professoris super octo libros Physicorum Aristotelis,

QVAESTIONES.

PROLOGVS.

EST opus alterum: quod in ipso statim fronte Commentariorum super octo libros Physicorum Aristotelis polliciti sumus: nempe vt quæstionum volumen adhiberemus, quò (id quod breuitas illius modusq; expositionis non sinebat) maiora dubia differamus. In qua quidem disputatione nihil mihi amplius authoritatis arrogari volo, quàm si eorum, quæcunque dixero, aut Aristotelis testimonio, aut argumentis naturali ratione profectis, fidem fecero. Liberum tantùm lectorem deprecor: sanè qui in verba magistri non adeo iurauerit, ut nè pluris authorum nomina æstimet, quàm pondus rationum perpendat. Eò præsertim, quòd nominalium realiumq; diuersa nomina in opinionibus penitus de vniuersalibus, & ferè de distinctionibus metaphysicis locum habent: in reliquis verò, quæ ad naturalem philosophiam attinent, non est, cur hæc factionum symbola fouere contendamus. Hæc autem dixerim, nè quis scripta nos nostra scholis tantummodo S. Tho. accommodare putet, quin vt in dialecticis, ita & hîc cunctis in vniuersum cuiusq; viæ studiosis consultum iri diximus. Igitur, utrem nostram diuino fauore auspicemur, de iis quæ in prologo Commentariorum super libros Physicorum diximus, nempe philosophiam naturalem scientiam esse de ente mobili speculatiuam, mouetur prima quæstio.

A QVAESTIO PRIMA.

VTRVM PHILOSOPHIAE naturalis, quæ speculatiua scientia est, subiectum sit eius mobile.

APARTE negatiua arguitur. Et primo contra id, quod titulus primum supponit, philosophiam .s. naturalem esse scientiam. Scientia omnis, aut necessaria mortalibus est, aut saltem vtilis: nam B authore Aristot. in prologo metaphy. omnis homo suapte natura scire desiderat: & naturalis hominis inclinatio, nisi ad bonũ, esse non potest: at cognitio rerũ naturaliũ nec necessaria, nec vtilis est: ergo non est scientia. Probatur minor, finis vltimus hominis est cognoscere Deũ cognitione illa, quæ nos ad uisionẽ ipsius perducat, ℘ m illud Ioan. 17. hæc est uita æterna, ut cognoscant te. &c. cognitio uerò rerum naturaliũ parum, aut nihil ad hoc conducit: quippe cũ plurimos rusticos bonos esse uideamus, plurimosq; ex aduerso philosophos esse prauos: quod Paulus ad Rom. 1. testatur dicẽs philosophos illos gẽtiles scientiarum naturaliũ plenos, Deumq; naturali lumine C cognoscẽtes, non sicut Deũ glorificasse. Quinimo ut ipsorũ id philosophorum testimonio cõprobemus, præter Diogenem in uita Socratis, Cicero etiam lib. 1. acade. quæst. eò (inquit) Socrates philosophia naturali neglecta ad moralem se transtulit, ℘ cœlestia. i. cęlorum & eorũ, quæ sub illis continẽtur, natura aut procul est à cognitione nostra, aut si maximè esset cognita, nihil tamen ad benè uiuendum conferret. ¶Et confirmatur primũ argumentum, ℘ non solùm philosophia naturalis ad benè uiuendũ non profit, sed sit etiam pernicioſa. Negantibus.n. patrẽ & filium in diuinis personas esse distinctas eiusdẽ essentię, Deum uerũ uerè esse hominẽ, corpus Christi in hostia latere, uirginẽ parere incorrupta manente, mundum esse ex nihilo creatum, aliaq; id genus, philosophia hæc omnia diſſuasit, eo ℘ rerũ naturis uideantur cõtraria: cũ tamen sint supra nõ contra naturã. Vnde Apostolus ad Colos. 2. Videte (inquit) ne quis uos decipiat per philosophiã & inanẽ fallaciã, secundùm traditionẽ hominum secundùm elemẽta mũdi. &c. ubi Hiero. contra philosophos (inquit) loquitur, quorũ omnis plenè disputatio de elementis est. Vnde 1. Corinth. 1. illud citat Esaiæ 29. Perdam sapientiam sapientum, & prudentiã prudentum reprobabo, adiungens, ℘ stultam fecit Deus sapientiã huius mundi: quia nõ cognouit mundus per sapientiã Deũ. ¶Et secundum cõfirmatur argumẽtũ. Philosophia & scientiæ illæ naturales dicuntur orũ habuisse eo tẽpore, quo sepẽ illi sapientes Athenis floruerũt: si tamẽ res fuisset tàm necessaria, nunq; Deus permisisset, ut tot antea sæculis fuissent homines huiusmodi scientiarũ ignari: ergo. Secundò principaliter arguitur, ℘ philosophia nõ sit sciẽtia. Scientia.n. non est nisi eorum quæ nõ possunt aliter se habere. 1. post. tex. 5. unde infert illic Aristot. tex. 43. ℘ scientia non est sensualiũ obiectorum. Physica uerò, ut asserit in hoc prologo Cõmen. est de rebus sensibilibus, & F per consequens est de rebus mutabilibus, & quæ possunt aliter se habere. v.g. de ortu & occasu & cõiunctione astrorum, quæ nõ sunt semper, sed certis temporibus, & possunt deficere, ut patet in fine mundi: & de eorum defectibus, puta ℘ hieme sint frequentes pluuiæ, ℘ in æstate sint ardentes soles, ℘ homo nascatur bipes & similia, quę nonnunquam deficiunt: ergo Physica non est scientia.

¶Et cõfir. ex ipsis antiqs philosophis: nã hac ratione Heraclitus & Cratilus, quos 4. methaphysicorũ tex. 22. Arist. commemorat, negabant scientiam ullam

A ullã rerũ naturaliũ esse possibilem, q uidelicet res sensibiles cõtinuo motui essent subiectæ. Vnde Socrates, ut lib. 1. academicarum quæst. refert Cicero, inde maximè præ alijs omnibus Apollinis oraculo sapiens enunciatus est, quod nihil se scire dixit, nisi hoc ipsum, quòd nihil sciebat. Atqui ut Lactantius libro 3. adnotauit, propterea Pythagoras noluit sapiens, sed sapientiæ studiosus appellari, quod intellexerat cognitionem rerum naturalium non esse scientiam. Quod re uera ueteres ipsi philosophi re ipsa testantur, qui de rebus naturalibus tam uaria tamque diuersa placita & com-
B menta dixerunt, ut satis comprobauerint, nullam habuisse ueram sciẽtiam. ¶Tertiò principaliter arguitur contra alterum in titulo suppositum, scilicet Physicam esse sciẽtiam speculatiuam. Scientia practica est illa, quæ nos dirigit ad operandum, ut habetur 3. de anima, tex. 49. & 2. metaphysi. text. 3. sed talis est physica: ergo physica non est scientia speculatiua, sed practica. Probatur minor: primò quia physica est de obiecto operabili, est enim de his, quæ in nobis fiunt, atque adeo aliqua pars eius est de natura actuum & habituũ intellectualium & sensualium,
C qui in nobis generantur, quæ in libris de anima posita est. Et præterea quia physica ostendit nobis Deum esse primã rerum causam, unde nos nostraq; pendẽt, nosque natura esse mortales: quæ quidem cognitio in cõtemptum rerum & amorem Dei, atque adeo ad rectè operandum allicere nos potest. ¶Et confirmatur argumentum. Medicina est pars quædam philosophiæ, tum quia huius subiectum est corpus sanabile, quod est inferius ad corpus mobile, tum etiam quia tractat de naturis herbarum, de corporum cõplexione & similibus naturalibus, & ideo ubi definit physicus, incipit medicus, de sensu & sensato capitu. 1. sed medicina censetur à doctoribus esse practica, ut docet S. Thom. opusc. 70. q. 5. D
articulo 1. super Boetium, ergo & physica est scientia practica.

¶Quartò principaliter arguitur. Physicę non est unicum subiectum, ergo titulus supponit falsum. Antecedens probatur, quia aliàs sequeretur physicam esse unam sciẽtiam, quia ut habetur 1. post. tex. 43. & 4. metaphy. tex. 2. ex unitate subiecti sumitur unitas scientiæ, consequens tamen est falsum. nam Physica idem est, quod scientia naturalis, sed res de quibus tractãt & Metaphysica, & Mathematicæ sunt res naturales: ergo physica comprehendit sub se Metaphysicam & Mathe
maticas, & per consequens non est di- E
stincta ab illis, ut prologo Commentariorum dictum est.

¶Et confirmatur. Physica etiam, ut distinguitur à Metaphysica, & Mathematicis, tractat nõ solum diuersas conclusiones, sed res diuersissimas, scilicet de materia, de motu, de loco, de cœlo, de anima, &c. ergo constat ex pluribus habitibus, & per consequens non est una, sed aggregatum ex pluribus habitibus.

¶Et confirmatur 2. Physica continet in se multas opiniones, ut an elementa maneant formaliter in mixto, an sit possibile infinitum, an intentio F
fiat per radicationem subiecto, &c. & tamen non potest unicus habitus esse scientia, & opinio, ergo physica non est una scientia.

¶Quintò principaliter arguitur, q ens mobile non sit subiectum huius scientię. Ens non est genus. ut in principio prædicamẽtorũ ostendimus, qa est analogũ, ergo nõ est simpliciter unus cõceptus, & per consequens non põt esse unũ subiectũ. ¶Et confirmatur. si ens mobile esset subiectũ physicę, sequeretur, q physica esset aut pars metaphysicæ, aut saltẽ illi subalterna. nã si ens mobile accipiat loco unius conceptus simplicis absoluti, tunc ens mobile ẽ iferius quidditatiuè ad ens,

A & per conſequens phyſica eſt ſpecies metaphyſicæ, ſicut ſcientia de triangulo eſt geometria: ſi aũt mobile ſit conditio accidentalis, quæ additur enti, tũc phyſica eſt ſubalterna metaphyſicæ, ſicut perſpectiua, quæ tractat de linea uiſuali eſt ſubalterna geometriæ, quę tractat de linea: utrũq, tamen eſt falſum, cùm ſit ex æquo diuiſa philoſophia in metaphyſicam & phyſicam.

¶ Sextò tamen & poſtremò arguitur. Corpus mobile congruẽtius ponitur ſubiectũ phyſicæ, q̃ ens mobile: ergo ens mobile non eſt ſubiectũ. Probatur antecedẽs. Primò quia ſi ens mobile ponatur ſubiectũ, ſequitur phyſicã tra

B ctare de intelligentiis, quippe quę ſint entia mobilia localiter: conſequens tamẽ eſt cõtra Ariſt. 2. phyſi. tex. 26. ubi ait conſiderationem phyſicam non extendi ultra formas, quæ ſunt actus corporum: quare intelligentiarum conſideratio non eſt phyſica, niſi quatenus ſunt orbium motrices, quæ quodammodo pertinent ad phyſicam.

¶ Et 2. probatur antecedens. Motus & quies eſt prima paſſio phyſica: ergo ſubiectum talis primæ paſſionis eſt ſubiectum talis ſcientiæ: ſed ſubiectum adæquatũ motus eſt corpus: ut patet ex Ariſt. 6. phyſic. text. 32. ubi probat omne mobile eſſe diuiſibile, & per

C conſequens corpus: ergo corpus mobile potiùs quàm ens mobile eſt ſubiectum huius ſcientiæ. Quod hic Commen. inſinuat dicens res ſenſibiles eſſe materiam huius ſcientiæ.

¶ Et 3. confirmatur idem antecedens: quia in tota philoſophia non tractatur, niſi aut de corporibus, aut de pertinentibus ad corpora: ſcilicet de cœlis, mixtis, & de elementis, de anima inquantũ eſt actus corporis, de motu inquãtùm eſt eius paſſio: de materia & forma, non certè inquantũ ſunt entia mobilia, ſed inquantùm ſunt principia entis, id eſt corporis mobilis.

¶ Sed in contrariũ eſt Ariſt. qui. 6. meta. tex. 1. phyſica, inquit, eſt circa id genus entis, in quo principiũ eſt motus D & quietis: & lib. 11. c. 3. Phyſica ſpeculatio de ente eſt, non prout ens eſt, ſed prout motu participat: ex quibus locis aliisque ſimilibus colligitur ens mobile eſſe ſubiectum Phyſicæ.

¶ Superuacaneum duximus tot hic quæſtiones proœmiales quot in in dialectica, multiplicare. nempe an philoſophia naturalis ſit neceſſaria, an ſit ſcientia, an ſit una, an ſit ſpeculatiua. Io introitu enim illic rationalis ſcientiæ neceſſarium fuit uniuerſos hos terminos exponere, quos ſubinde non opus eſt hic iterato repetere. At ſuppoſitis terminorum illiuc expoſitionibus, quas quicunq; libuerit reuiſere E poteſt, ad hæc omnia quinque concluſionibus iuxta ordinẽ argumentorũ, quæ poſita ſunt, reſpondebimus.

¶ Prima concluſio. Philoſophia naturalis eſt homini & ſuapte natura, & ad eius finem conſequendum neceſſaria. Dupliciter namq; (inter alias acceptiones) diximus illic. q. 1. accipi neceſſarium. ſ. & intrinſecæ ex natura rei ſicut homini neceſſarium eſt eſſe riſibile, & rõne finis, & hoc dupliciter uel ſimpliciter ad illum adipiſcendũ, ſicut cibus ad uitam: uel ad commodè conſequendum, ſicut equus ad iter. Proba Probatur ergo concluſio in primo ſenſu. Omne illud, ad quod hominis natura integra & incorrupta propriè inclinat eſt illi intrinſecè neceſſarium: ſed rerum naturalium cognitio eſt ex huiuſmodi inclinatione naturali: ergo eſt illi neceſſaria. Minor conſtat ex illo. 1. metaph. omnis homo naturaliter ſcire deſiderat. Vbi quantum fert mea opinio nõ exprimitur qualiſcunq; appetitus naturalis hominis, uti ſunt comedere, ambulare, & reliqua quę ſunt homini naturalia: aut tãq̃ media ad ſeruandã uitã, aut tanquã officia uitæ: ſed exprimitur ultimus finis hominis, ut quemadmodũ ultimus finis grauiũ eſt deſcendere ad centrũ, & leuiũ eſt ferri ſurſum in quibus locis quieſcunt,

Prima cõcluſio. *Philoſophia ẽ neceſſaria.*

ita

A ita vltimus finis, in quem hominem natura produxit, est, vt rerum veritates agnoscat. Quod vel vsus ipse satis testatur, cùm cognito effectu quocunque, suapte natura homo cupit cognoscere causam: propter admirationem .n. suapte ingenio cœperunt homines philosophari. 1. metaphy. cap. 2. Nec tanto moles impetu ad centrũ tendit, quanto homo ad cognitionem propẽditur veritatis. ¶Hinc natura magistra philosophi, qui hoc nomine digni cẽsentur, in rerum contemplatione summam felicitatem collocarunt, vt 10. ethic. cap. 7. & 8. author est Aristote. Vnde manifestè constat non esse homi nibus tam naturalis & necessarius ap-
B petitus ridendi, quàm sciendi. ¶Hoc sæpe soleo argumento vti in confirma
Visio Dei beatitudo tionẽ huius, q̃ hominis beatitudo in visione potiùs diuinæ essentiæ, quàm in amore cõsistat. Vltima.n. hominis fœlicitas, idem est quod eius vltimus finis: sed finis vltimus hominis est scire, qui tunc satiabitur, cùm in Deo omnia viderit: ergo videre potius Deum est essentia beatitudinis, quàm eum amare. ¶Quod præterea confirmatur: nam beatitudo consistit in Dei comprehensione iuxta illud Apostoli. 1. ad Corinth. 9. Sic currite vt comprehendatis: sed inter potentiam cognitiuã
C & appetitiuam hoc interest, q̃ cognitiua est apprehensiua obiecti, appetitiua verò potiùs trahitur & tenetur ab obiecto amato, quàm teneat ipsum: ergo in actu potiùs intellectus tenẽtis Deum consistit beatitudo iuxta illud August. lib. de vita beata. Beatus est qui Deum habet. Addiderim nec abs re verbum hoc ad comprobandum finẽ vltimum hominis esse scire. ¶Hoc tamen differt inter philosophos illos, qui reuelatione Christi seruatoris nostri non fuerunt digni, & nos Christianos, quòd illi non cognoscentes fœlicissimam illam supernaturalem rerũ cognitionem in verbo fœlicitatem collocarunt in contemplatione naturali dignissimarum substantiarum, scilicet
D intelligentiarum, vel in hoc sæculo, qui aliam vitam nõ cognouerunt, vel qui aliam crediderunt in sæculo venturo. Fides verò & religio nostra est, q̃ vltimus finis & hominis fœlicitas in intuitiua illa contemplatione Dei, vbi omnia cognoscuntur, consistit.

¶Sed arguis, quid ergo ad rem probare philosophiam esse hominibus naturalem? Respondetur, philosophiam rerum naturalium esse hominibus naturalem, non tanquàm vltimum finẽ, sed tanquàm medium ad illum consequendum. Vnde notanter ait Aristote. q̃ omnis homo naturaliter scire de
E siderat: non hoc, aut illud, sed res vniuersas. At vero. 10. Ethico. dicit fœlicitatem vltimam consistere, non in rerum veritatis inquisitione, sed in rerum potiùs iam inuentarium contemplatione. ¶Hinc facilè probatur secunda pars conclusionis, nempe q̃ Philosophia ad finem hominis, scilicet Dei veram cognitionem & amorem conducat. Naturale enim est hominibus per cognitionem effectuum ad cognitionem causarum peruenire, quod Paulus ad Romanos. 1. affirmat dicens, inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt intellecta conspici: sed philosophia naturalis nihil aliud est, quàm rerũ, quæ
F sunt effectus Dei, cognitio: ergo illa confert ad cognoscendum Deum. Ad hos namque duos vsus mundus creatus est, & in dominiũ hominibus traditus. Primò vt eius ministerio vita hominis alatur & conseruetur: & præterea vt eius contemplatione in Dei notitiam perueniat homo, & amorem alliciatur. Per cognitionẽ.n. motus venit Aristote. in cognitionem vnius primæ causæ, à qua hominum vita suspensa semper est: & ex intellectus operatione, quæ à materia non pendet, cognoscitur animã esse immortalem: & ex magnitudine cœlorum, eorumq; affluentia bonorũ, quæ in subsidiũ huius vitæ mortalis nobis diuina prouiden-

Philosophia necessaria.

Ad duo philosophia necessaria.

A tia largita est, ratiocinari possumus, quàm sint incomprehensibilia, quę in vita illa immortali præparauit diligẽtibus se. Quæ profectò, plurima q; alia, quæ longum esset recensere, homines, qui modo saxa non essent, in amorem & obsequium vnius Dei satis pellicerent. Et hoc est, de quo Paulus philosophos reprehendit, nempe q̃ cùm Deum cognouissent, non sicut Deum glorificauerunt.

¶Adde quòd obueniunt mortalibus à philosophia naturali multa alia commoda. Nam cognitio herbarum, temporum & complexionis humanæ medendis corporibus apprimè confert: aliarum q; multarum rerum cognitio

B nes ad alios sunt hominum vsus maximè vtiles, vt Valerius Maximus lib. 8. & hic Commen. & Themist. commemorant.

¶Accedit ad conclusionis confirmationem, q̃ Deus primum parentem nunquàm omnium scientiarum genere ornatum creasset, si scientiæ rerum naturalium non tam essent mortalibus necessariæ.

Philosophiæ encomium. ¶Hinc apud philosophos tam multis philosophia laudibus passim effertur, vnde Cicero libro 1. Tusculan. quæst. philosophiam ait donum esse, aut inuentũ Deorum. & libro quinto. O vitæ, inquit, philosophia dux, virtutis indagatrix, expultrixq; vitiorum, non modò nos, sed nec omnino vita hominũ sine te esse potuisset. &c. Et Seneca ad Lucillum libro secũdo, epistola decima sexta. Philosophia nos tueri debet, hæc adhortabitur, vt libẽter Deo pareamus, vt fortunæ contumaciter resistamus. Hæc docebit vt Deũ sequaris, feras casum. &c. & lib. 14. Epistola. 19. Deorũ, inquit, immortalium munus est, q̃ viuimus, philosophię autem q̃ benè viuimus: vnde tãtò plus philosophiæ quàm dijs deberemus, quantò maius beneficiũ est benè viuere quàm viuere, nisi & philosophia ipsa munus etiam esset Deorum. Loquitur autem Stoicorum more de philosophia, quę D studium & sapientiæ & simul virtutis est: quas adeo coniunctas esse censebant, vt nomine sapientiæ, virtutem intelligerent. Atqui Aristot. 10. ethico. per philosophiam, inquit, homines sese immortales faciunt: cuius delectationes & firmissimę sunt & purissimę: quippe cùm de rebus sunt, & incorruptibilibus, & à sensibili materia abstractis. ¶Quapropter quãquàm ad nullum alium finem studium philoso- Philosophia propter se expetenda. phiæ vtile esset, at propter se tamen esset supra humana omnia exercitia expetendum. In summa Commenta. hic per hyperbolem affirmat nomen hominis æquiuocè dici de sapiente & de eo, qui ad sapientiam ineptus est. Nec E solùm ab ethnicis testimonia petere possumus, cum Salomon ille Rex, cui Deus quicquid peteret pollicitus est, nihil aliud quàm sapientiam postulauit: qua proinde præ omnibus mortalibus diuinitus donatus est: de cuius subinde laudibus duos prouerbiorũ, ac sapientiæ integros libros composuit. ¶Veruntamen quo amplius con- Ad 1. principale. cluſio elucidetur, respondetur ad primum principale argumentũ. Cui negatur philosophiam nõ conducere ad rei cognitionem: nam si philosophi in lumine naturali Deum non glorificauerunt, non fuit ex defectu scientiæ, F sed quia affectiones illorũ excæcarũt illos, & impedimẽto fuerunt, nè Deũ, sicut cognoscebant, colerent. Et hoc docet Apostolus. Qua ratione modò & sapientissimos Christianos prauos esse contingit, si prauus dignus est sapientiæ nomine. Et q̃ è conuerso rustici maximè nunc inter Christianos Deũ & cognoscunt & colunt, id certè fidei catholicæ debetur, quæ breuissimo compendio tradit nobis veram & supra naturalẽ cognitionem Dei, quã philosophia naturalis non attingit. Quocirca ita intelligamus conclusionẽ, vt q̃is singulis personis non sit ne- Qũo necessaria. cessaria philosophia, sit tamen necessaria

A saria reipublicæ: nempe vt sint aliqui scientiis naturalibus instructi, qui reliquo sint populo velut oculi. Ad confirmationem primam respondetur, ꝙ philosophia naturalis ad cognitionem eorum, quæ Deo, inquantum creaturarum principium est, conueniunt, simpliciter est utilis: puta ad cognoscendum ꝙ sit vnicus Deus, cui creaturę obsequium debent, & alia id genus: tamen ad mysteria fidei, licet multũ Christianis conducat, qui fidei reuelatione illuminati sunt, tamen illis, quibus fides non erat infusa, aut nõ erant in ea firmi, impedimento fuit in primitiua Ecclesia ad recipiendam fidem, propterea ꝙ illa quæ Christus supra cognitionem naturalem prædicauit, contra naturam esse putabant. Et inde hæreses pullularunt: atque adeo philosophi naturales hac de causa apud sanctos malè audiunt. ¶ Ad secundam confirmationem qua petitur sententiarum ortus, Græci hanc sibi gloriam arrogarunt, vt inuentores se scientiarum prædicarent. Vnde dialecticã dicunt ortum habuisse à Zenone, & perfectam fuisse à Platone. Philosophiam verò moralem à Socrate, quẽ Cicero lib. 5. Tusculanarum quæst. è cœlo eam deuocauisse asserit. Philosophiam verò naturalẽ à Thalete vno ex septem sapientibus, quem Arist. 1. metaphysi. cap. 3. huius philosophiæ principem appellat. Quam postea Pythagoras auxit, vt ibidem cap. 5. habetur. Vnde vt Sanctus Tho. illic lectione septima: sed latiùs Diogenes libro. 1. explicat: duo fuerunt antiquitus philosophorũ initia & capita: alterum Ionicum à Thalete sic denominatũ, qui fuit Ionicus à Mileto: alterum verò Italicum à Pythagora, qui vt Cicero libro 1. Tuscula. quæstio. refert, regnãte Tarquino superbo in Italiam venit: illamq; oram tenuit, qui magna Græcia tunc dicebatur, modò autem Calabria & Apulia. In secta Pythagoræ successerunt Xenophanes, Parmenides, Xenocrates, Leucippus, Democritus, usque ad Epicurum. In secta verò Thaletis successerunt Anaximander, Anaxagoras, Socrates. A quo tres, iam inde celebres viæ hoc modo derinatæ sunt, Plato namq; discipulus fuit Socratis. In quo defuit iã nomen Ionicum, & cœpit academia vetus à nomine Gymnasij, in quo legebat. Tametsi à Socrate exiliment aliqui nomen academiæ incœpisse: nã potissimum dogma, quod academicis ascribitur, est illud Socratis, ꝙ nihil contingit scire. A discipulis verò Platonis Xenocrate & Aristotele, vt libro primo academicarum quæstionum commemorat Cicero, cœpit diuisio academicorum & peripateticorum. Nam Xenocrates cùm in eodem gymnasio successisset, nomẽ retinuit scholæ, ut scilicet eius discipuli dicerẽtur academici. Aristo. verò, qui in Lyceo cœpit docere, nomẽ seruauit deambulãdi, quo modo docebat Plato: atque adeo dictus est peripateticus, quod est deambulatiuus. Vnde (ut inquit illic Cicero) academici & peripatetici solo nomine in principio differebant.

¶ Alter discipulus Socratis fuit Anthisthenes, cui successit Diogenes ille Cynycus, qui fuit mundi contemptor. Deinde Zeno, qui princeps fuit tertiæ sectæ, scilicet Stoicorum: cui successit Chrysippus. Dicti sunt Stoici ab stoa stoas, quod est porticus, legebat nãq; Zeno in porticu Poecili. Diogenes verò Laer. lib. septimo, in uita Zenonis dicit fuisse cœuum & auditorem Xenocratis. Horum potissimum dogma fuit ꝙ nulla cadit in sapientem passio: nã sapientes appellabant eos tantùm, qui habebant uirtutes in gradu heroico, quam uiam constantissimè secutus est Seneca. Hac ergo ratione tres viæ academicorum, peripateticorũ, & stoicorum separatæ sunt. ¶ At verò ut ad scientiarum initium & ortum redeamus, quemadmodum Iosephus aduersus Appionem libro 1. & Eusebius de

Ad 1. confir. Philosophiæ ortus.

Ad 2. confir. Philosophiæ ortus.

" Philosophorum capita.

Stoici.

Aca. Peri. Stoi.

A præpa. Euang. lib. 10. egregiè demonstrant, scientiarum inuentio nõ à Græcis, sed à Chaldæis & Hebræis quin potius à Deo per Adam dimanauit. Cum enim Adam tanquam naturæ caput omnium scientiarum plenus fuisset creatus, verisimile est in eius semper posteritate semen fuisse scientiarũ. Vnde vt Berosus lib. 3. author est, Noe postquam Armenos scientijs & virtutibus instituit, Italiam venit: quam etiam humanarum & diuinarum cognitionem docuit. Cui Iano appellato antiquissimum templũ pacis post multa tempora Romæ dedicauerunt. Cuius filius Saturnus scientiarum Deus

B habitus est. Vnde solennis illa religio perpetui ignis in templo Vestæ postea ortum habuit. Nam vxor Noe, Hesta appellabatur. Et quia Iudæis, ut patet Leui. 6. solenne erat, ut ignis perpetuus nunquam in altari deficeret, inde finxerunt Vestam fuisse Deã, quæ hunc ritum puellas suas docuit. Hoc enim modo Gẽtiles fabulas suas, & ritus ex sacra hystoria confinxerunt, vt recens quidam bonus author in sua philosophia perenni doctè & copiosè disserit. Postmodum verò Abraham, & deinde Moyses in Aegyptum penegrinãtes, astrologiam aliasque scientias eos docuerunt. Quapro

C pter historiographi ab Aegyptijs consentiunt Astrologiam emanasse. Vnde Diogenes i vita Thaletis ab Aegyptiis asserit eruditum esse præcepta geometricæ. Et libro quinto idem affirmat de Pythagora, nempe q̃ patria relicta literarum amore Aegyptum petiit, & apud Chaldæos conuersatus est, ibiq; philosophiam edoctus. Et libro tertio in vita Platonis idem affirmat de Platone, videlicet quòd in Aegyptum ad prophetas sacerdotesque se recepit studiorum gratia, quod itidem in prologo Bibliæ Hieronymus retulit. Quamobrem certum est Græcos ab Aegyptiis & Caldæis, qualis fuit Abraham & Moyses, literas recepisse, Pa-

D triarchæ enim illi multo antea fuerunt in Aegypto quàm septem sapientes fuissent in Græcia: nam sapientes, vt refert in de temporibus Eusebius ab olimpiade trigesima octaua, usque ad quinquagesimam floruerunt, nempe sexcentos annos ante aduentum Christi post diluuium Thessalicum sub Deucalione, quod multò post tempora Moysi deleuit totam Græciam. Sed dicuntur illi sapientes inuentores scientiarum, vt Themistius ipse Græcus hic etiam meminit, quia post illud diluuium studium philosophiæ in Græcia instaurauerunt & excitauerunt.

E ¶Hæc plusculis q̃ instituera verbis dicta sint, vt qui philosophiam profitentur, Deum intelligentes & authorem primum scientiarum, etiam naturalium, fuisse, & vltimum esse earum finem sciant. Philosophiam aliasque naturales scientias, nisi ad Dei amorẽ & cultum dirigantur, nihil aliud esse, quàm vnam ex vanitatibus quæ sub sole sunt, & laborem & afflictionem spiritus, vt sapientissimus ille Ecclesiastes concionatur. Sed tunc admodum esse vtiles: si qui sapientiæ à timore domini initium sumant, vt creaturarum contemplatione ad amorem creatoris excitati, ad eius tandem fœlicitatem perueniant.

F

SECVNDA CONCLVSIO.

2. cõclusio. Physica ẽ scientia.

PHYSICA est verè & ꝓpriè scientia. Cõtrariũ fuit dogma academicorũ, vt modò dicebamus, inter quos fuit Heraclitus. De quo themate Cicero scripsit academicas quæstiones, & Augustinus libros tres cõposuit aduersus academicos, quibus conclusionẽ hanc nostram demonstrauit: nẽpe q̃ sit possibilis scientia etiam rerum naturalium. Supponatur hic vsque ad quintam conclusionem, nomine rerum naturalium intelligere nos corpora hæc sensibilia, vt cælos, elemẽta, & mixta.

Item

A Item ex secũda quæstione procemiali super dialecticam, & ex secundo post latius quæstione prima, supponamus nomine scientiæ intelligere habitum conclusionis necessariæ per demonstrationem acquisitum, uidelicet quo cognoscimus conclusionem & eius causas. Tunc primò probatur conclusio authoritate Aristote. qui. 1. poste. tex. 21. ait, ꝙ scientia non est corruptibilium per se, sed per accidẽs, quales sunt res naturales: & 3. physic. tex. 24. ait quòd scientia naturalis uersatur circa magnitudines, motum, & tempus: & 2. metaph. tex. 3. ait quòd philo
B sophiam scientiam ueritatis appellare, rectè se habet. & lib. 4. tex. 23. irridet Heraclitum & alios negãtes scientiam rerum naturalium, & tandem lib. 6. tex. 2. diuidit scientiam contemplatiuam, in Metaphysicam, Physicã, & Mathematicas. ¶ Et probatur præterea ratione, primò quia ut habetur 1. poster. tex. 5. & in hoc lib. tex. 6. scire est rei causas usq; ad prima principia cognoscere, sed rebus naturalibus cõueniunt passiones, quæ ex propriis rei causis procedunt, ergo res naturales sunt uere scibiles, & per consequẽs illarum potest esse scientia.

¶ Secũdò. De mathematicis est scien
C tia certissima, ut ꝙ omnis triangulus habeat tres angulos æquales duobus rectis. &c. sed tam necessarium & perpetuę ueritatis est hominem esse animal, aut ignem suapte natura esse calidum: ergo istorum est etiam scientia propriè.

¶ Item tertiò, ut uidetur arguere Aristo. 4. metaphysi. aduersus Heraclitum. Si aliquid obstaret quominus de rebus naturalibus posset esse scientia, hoc esset maximè quia sunt mutabiles, sed quando res mutatur, ideſt acquiritur, tunc non est, sed hoc nõ obstat: primò quia si res tunc cum mutatur non est sub illa forma, ad quam mutatur, iam hoc est scibile, quod non fit, & quod mutatur: immo profecto tam scibile est, res istas sensibiles esse mu- D
tabiles, quàm intelligentias esse imutabiles, & per consequens sicut de immutabilitate scientiarum potest esse scientia, ita de mutabilitate rerum. Neque obstat rationi scientiæ totalis, quòd habeat admixtas aliquas opiniones, ut q. citata super dialecti. meminimus. & concluſ. quarta statim dicturi sumus. Et præterea de cœlis manifestũ est esse scientiam, cùm non sint naturaliter mutabiles generatione, aut corruptione, aut alio motu, quàm locali.

¶ Vnde ad secundum principale re- Ad 2. principale.
spondent recẽtiores Dialectici, quòd
E scientia quanquàm sit de rebus corruptibilibus primò intentionaliter, est tamen de incorruptibilibus, secundò intentionaliter, ideſt de propositionibus. Attamen 1. poster. tex. 21. apertè monstrauimus hunc modum loquendi non satis consequi mentem Aristot. Nam quanuis ita sit, scilicet scientiam naturalem esse de propositionibus necessarijs tanquàm de obiecto immediato, tamen est de rebus tanquàm de obiecto principali. Et maximè quia isti non censent hanc propositionem, omnis ignis est calidus, & similes esse necessarias, nisi in sensu modali, quod Aristote. nunquam somniauit. Mens ergo eius illic est, ꝙ scientia est de incorruptibilibus per se, corruptibilibus uerò per accidens, ideſt de rebus
F quatenus per intellectum abstrahuntur à singularibus, & fiunt uniuersales. Quæ quidẽ uniuersalia, inquãtũ abstracta, nõ sunt corruptibilia: sed inquãtũ sunt in singularibus, ut 1. q. de uniuersalibus super Porphyr. exposuimus. Sciẽtia de incorruptibilibus.

¶ De illis uerò, quòd sol oritur sol occidit, & de coniunctionibus sydorum, iam diximus 1. poste. q. 2. ad 3. argumentum. & quæst. 3. ad primum, ꝙ est scientia de illis, eò ꝙ naturaliter ista non possunt deficere quin certis temporibus contingant. Et de pluuijs & aliis naturalibus, scilicet ꝙ tales talibus temporibus contingant, etiam

est

A est scientia propriè: nam ad certitudinem scientię satis est, ꝙ regulariter ita contingat, licet aliquando possint deficere. Infra latitudinē enim proprie scientiæ, ut illic adnotauimus, sunt diuersi gradus certitudinis. Quodexpresse docet Arist. 2. metaphy. tex. 16. Certitudinem enim (inquit) non oportet in cunctis quærere, sed in his, quæ non habent materiam. Quasi dicat, In naturalibus scientijs, quæ non abstrahunt à materia & motu, non est tanta certitudo, quanta in mathematicis: quæ abstrahunt à materia. ¶ Et per hoc patet ad primam particulam con

B firmationis. In hoc enim Heraclitus, & Cratillus decipiebantur, quòd non abstrahebant uniuersalia à singularibus: cùm tamen debuissent considerare quòd quamuis res ipsæ in singulari sint mutabiles (quicunque enim homo nascitur & moritur, & quodcunque mixtum generatur & corrumpitur, sitque modò calidum & modò frigidum, &c.) tamen quòd homo sit risibilis, & quòd ignis sit calidus. &c. semper sunt ꝑpetuæ ueritatis. ¶ Hinc item colligitur responsio ad illud, quod tangitur in 1. argumen. scilicet quòd scientia non sit sensibilium: quod præter Aristote. loco citato, etiam astruit

C August. lib. 83. q. ubi ait quòd non est expectanda sinceritatis ueritatis à corporis sensibus. Cuius ratio est, ꝙ à sensu multæ fiunt deceptiones. Iudicamus enim per sensum solem esse minorem tota terra, baculum, cuius medietas est in aqua esse fractum, hostiā consecratā esse panem, immò dęmon potest multas illusiones causare, ut cum in tētatione sub forma hominis apparuit, qui tamen non erat homo: & per magicas artes potest fieri ut res appareant ueræ, quæ tamē sunt solùm apparentes & fictæ. ¶ Non equidem necessarium est solutionem argumenti exponere quomodo sensus non fallitur circa proprium obiectum, ut uisus circa colorem, nisi fortè aut ex alteratione medij, aut organi: ut 2. de anima tex. 152. author est Aris. ubi id nos explicabimus: sed abundè ad argumentum respondetur, ꝙ solùm probat de sensibilibus non esse scientiam ea sola ratione qua cadūt sub sensu, id est inquantum sunt singularia. Non enim habemus scientiā ꝙ hoc est panis, aut homo, aut album, aut nigrū: quia potest aliter esse, aut per miraculum, aut arte dæmonis, aut ex alteratione medij, aut organi: sed tamen est scientia in uniuersali, ꝙ homo est risibilis, ꝙ panis nutrit. &c. & illa colligit S. Tho. 1. p. quæst. 84. artic. 6. quòd hæc fuit

E necessitas intellectus agentis, ut scilicet à phantasmatibus, q̄ nō sufficiunt ad generandum scientiam, abstraherētur species intelligibiles, quæ res uniuersales repræsentarent, de quibus est scientia. Et hoc est quod dixit Aristote. sensibilium non esse scientiam. Non enim negauit, quin sensum adminiculū necessarium sit ad acquirendas scientias: immò 1. poster. textu trigesimo tertio, dicit quòd deficiēte sensu, necesse est deficere scientiam illius sensibilis, & lib. 2. tex. 8. dicit quòd non possumus cognoscere quod quid est propriè nisi earum rerum, quarum per se habemus sensationem.

F ¶ Ad ultimam particulam confirmationis, qua arguebatur philosophos antiquos raras habuisse rerum ueritates: qua de causa Socrates Physicam deseruit, respondetur quòd ante Platonem & Aristotelem genus humanū in scientijs naturalibus erat sicut infans, quando homines potius allucinabantur ad ueritatem, quàm illam attingeret: obidque innumeros habuerunt errores, tàm de principijs naturalibus, quàm de felicitate morali. Plato uerò & præsertim Aristoteles quantùm naturale ingenium ualuit, philosophiam ad uerum exegerunt. At verò naturales ingenij uires antequàm lumen fidei nobis irradiaret non fuerunt sufficientes rerum naturas penetrare.

Sensibilia nō est scientia.

A trare. Cùm enim scientiæ etiam naturales à Deo deriuentur, iuxta illud psalm. 4. signatum est super nos lumen vultus tui domine, non sufficiunt sine lumine fidei ueritatem etiã naturalium attingere, nisi multis erroribus admixtis. Et ideo Aristot. non potuit cognoscere mundum habuisse principium, & alia id genus plurima. Et hac ratione Lactantius lib. iij. eleganter ostendit illos philosophos ante lumen Christi non habuisse perfectas scientias.

Lumen fidei ad philosophiã necessariũ est.

TERTIA CONCLVSIO.

B PHYSICA est sciẽtia speculatiua. Conclusio expressa est Arist. 6. metaphysicorum. tex. 1. ubi præmissa distinctione inter scientiam speculatiuam & practicã, speculatiuam subsecat in metaphysicã, Physicam, & Mathematicas. Et quod Physica sit speculatiua probat illic Aristotel. ex natura speculatiuæ scientiæ. Scientia enim speculatiua & practica (ut citatum est in tertio argumento) differunt fine, scilicet ꝙ practica est propter opus, ꝙ speculatiua uerò solùm propter ueritatem contemplandam: sed Physica non ordinatur ad opus: quia finis eius est cognitio, & contemplatio ueritatis: ergo est speculatiua. Minorem probat illic Arist. quia rerum naturalium

Tertia cõclusio. Philosophia speculatiua.

C principia sunt in seipsis & non in nobis, & ideo non sunt à nobis operabilia. Principiũ autem rerum artificialiũ & moralium est in nobis, atque adeo sunt à nobis operabilia, & per consequens eorum scientiæ sunt practicæ. ¶Ad cuius notitiam videre quicunq; poterit quę in quarta quæstione procemiali super dialectică copiosè de hac re diximus. Nunc uerò satis est uerba Aristotę. exponere. Ad hoc ergo ut scientia sit practica non satis est quòd obiectum eius sit res factibilis, ut illic exposuimus, alias omnis scientia creaturarum esset practica, cum omnes creaturę sint factibiles à Deo: sed requiritur ꝙ sit factibilis à nobis: & D hoc est quod ait Aristo. ꝙ principium talium rerum artificialium non est in ipsis, sed est ars quæ est in nobis. Principium autem rerum naturaliũ est in ipsismet rebus. Si. n. statuam ligneam uiridem subtus terram condas, nõ nascetur inde statua, sed lignũ: quia natura ipsa ligni sufficit generare lignũ: statuã aũt solus homo facit. Hinc est ꝙ sciẽtia de statua est practica, cognitio verò ligni est speculatiua. Homo. n. põt cognoscere naturã ligni, nõ tñ facere lignũ. Quinimo licet Deus daret nobis facultatẽ faciendi lignũ, nõ possemus per scientiã quã habemus id facere: quia non docet modũ faciẽdi li- E gnũ. Dico ꝙ non possumus facere res naturales, nisi applicando actiua passiuis: aial. n. gẽnerat aial ponẽdo semen in loco apto ad generationem. In Deo aũt non distinguũtur scientia practica & speculatiua, nisi solũ ex parte finis. Respectu enim rerũ quæ sunt uel erũt, dicitur scientia practica, sed respectu earũ q̃ nunq̃ erũt, dr̃ merè speculatiua. Simili rõne Philosophia moralis est practica, q̃a est de reb⁹ cuius principiũ est ĩ nobis, i. de operabilibus à nobis. Principiũ. n. moraliũ actuũ est electio. Sicut enim ars facit opus bonum, id est laudabile secũdùm intellectum, ita & electio facit opus bonum & laudabile moraliter. Et ideo Arist. 2. Ethico. F capit. 2 dicit Philosophiam moralem non esse solùm contemplationis gratia, sed ut boni efficiamur. Cætera de scientia speculatiua & practica. q. ꝯ citataꝫ atis dicta sunt.

¶Vnde ad tertium principale argumentũ negatur minor, scilicet quòd physica sit scientia practica: & ad primam probationẽ respondetur, ꝙ quãuis aliquę res naturales generentur in nobis, ut habitus & actus intellectus, tamen physica non tractat de illis inquantum operabiles à nobis. Quemadmodum enim physica considerat naturam nutritionis, augmentationis,

A tationis, & generationis, non quidem docendo quomodo nos illa faciamus, sicut ars scribendi docet scribere, sed tradendo diffinitiones & demonstrando passiones earum, ita & physica est de habitibus & actibus nostris, nō modo operatiuo, sed modo speculatiuo. Philosophia moralis, & physica tractant de actibus, & habitibus nostris, scilicet de temperantia, fortitudine, intentione, & electione, &c. diuersimodè tamen: quia physica tractat de illis speculatiuo modo, scilicet, quòd habitus est difficilè mobilis, actus uerò facilè mobilis, ꝙ intentio sit in intellectu, &c. philosophia uerò moralis
B tractat de illis practicè inquantùm ex electione operamur secundùm regulas uirtutis: ut, scilicet operemur scientes & eligētes & propter talem finem: & ideo physica est speculatiua, & moralis practica. ¶ Ad 2. probationem, ꝙ cognitio rerum naturalium allicit nos in amorem Dei, responderet credo Scotus 4. quæstio. prologi concedendo subinde ꝙ sit practica, nam simile dicit de theologia quantùm ad illas ueritates speculatiuas, Deus est unus, Deus est trinus, &c. Nihilominus neganda est cōsequentia, non enim satis est ad rationem scientiæ practicæ quod
C mediante eius cognitio excitet uoluntatem ad amandum rem, nam tunc cognitio speculatiua de natura auri, aut de natura cuiuscunque delectabilis cibi, esset practica, quod certè est falsum: sed requiritur quod ipsa scientia sit de re operabili & modo operabili, ideſt, ꝙ per se immediatè doceat operari, quod physicæ non conuenit. ¶ Ad confirmationem respondetur cum S. Thom. opusculo citato in argumento, ꝙ medicina non continetur sub physica sicut species sub genere, ut scientia de triangulo continetur sub Geometria, & scientia de plantis sub Physica, quia corpus sanabile, ut est subiectum medicinæ, nō est inferius quidditatiuè ad corpus mobile. Corpus enim sanabile à natura est species corporis naturaliter mobilis, sed corpus sanabile ab arte est subiectum medicinæ. At uerò quia ars non est nisi auxilium naturæ, hinc est, ꝙ physica tradit propter quid conclusionum medicinæ: & hac ratione medicina subalternatur physicæ. Et hoc est, quod ait Aristo. de sensu & sensato, uidelicet quòd physici definunt in cōsideratione corporis sanabilis à natura, & inde medicus incipit sumere sua principia quibus arte sanet. Et ideo nihil obstat quin physica sit speculatiua, & medicina in parte sit practica. Habet enim medicina duas partes, una quæ est cognitio naturæ herbarum, & complexionis humanæ, & illa est speculatiua & pars physicæ: alia uerò est quæ docet applicare medicinas ad sanandum per artem: & hæc est practica.

D

E

QVARTA CONCLVSIO.

Quarta cōclusio. Physica ē una scientia.

Physica est una scientia. Conclusio hæc colligitur manifestè ex Arist. loco citato. 6. metaphy. ubi distinguit physicam tanquàm unam scientiam contra metaphysicā & mathematicas. Et præterea probatur: quia unitas scientię, ut citatum est in 4. argumento, sumitur ab unitate formali obiecti, sicut unitas potentiæ: sed physica, quæcūq; tractat, considerat sub unica ratione mobilis, ut quæstione sequenti palam fiet, ergo est una scientia. ¶ Et confirmatur quia ridiculum profecto esset dicere, ꝙ sint diuersæ philosophiæ, illa quæ tractat de materia, & illa, quæ tractat de forma, & quæ tractat de motu, & quæ tractat de loco. &c. sicut ridiculū esset dicere, quòd alia est Geometria, quæ tractat de linea, & alia, quæ tractat de superficie, aut de corpore, & alia, quę tractat de triangulo, & alia, quæ tractat de quadrangulo, & ꝙ in philosophia morali alia esset temperantia, quæ præcipit abstinere à carnibus, & alia, quæ præcipit abstinere à

F

uino

A vino, quantũuis obiecta differant ſpecie. Docet enim Ariſto. 5. metaphyſi. tex. 7. (quod recentiores parum conſiderant) aliquid eſſe unum in uno genere, quod eſt plura in alio, ut domus eſt plura in predicamento ſubſtantiæ, ſcilicet plura ligna, & plures lapides, & tamẽ eſt una in prædicamento qualitatis, puta una domus, & decem homines ſunt plures in genere ſubſtantiæ, tamen in genere quantitatis ſunt unus numerus. Et eodem modo albedo & nigredo ſunt plures ſpecies in genere qualitatis, & tamen conueniũt in una ratione uiſibilis: quia. ſ. eodem modo immutant potentiam, & per
B conſequens ab una potentia percipiũtur. Ad hunc ergo modum dicendum eſt de obiecto ſcientiæ, quod uidelicet quauuis res, quæ cõſiderantur in phyſica, ſint plura in prædicamento ſubſtantiæ, aut qualitatis, aut quantitatis, conueniunt tamen in una ratione ſcibilis, quia conſiderantur ſub ratione mobilis. Et ideo ſimpliciter & ſine addito phyſica eſt una ſcientia. Quæ tamen ſecundùm diuerſas ſpecies motus diſtinguitur in diuerſas partes, ſcilicet in libros de cœlo, de generatione, de anima, &c. At uerò libri phyſicorum non condiſtinguũtur ab alijs, tanquam ſpecies diſtincta, ut aliqui putant,
C ſed habent ſe ad alias partes, ſicut conſideratio rei mobilis in uniuerſali ad conſiderationes diuerſorum mobilium in particulari. ¶ Quòd ſi quis percunctetur, an intelligamus phyſicam, ſaltẽ quę pertinet ad libros phyſicorum, ita eſſe unam ſcientiam, ut ſit unica ſimplex qualitas, is cõſulat quæſtionẽ noſtram tertiã procœmialem ſuper dialecticam, ubi id amplè tractauimus. Et forſan ẽ unica ſimplex qualitas propter rationes illic adductas. At uerò quicquid ſit, ſiue ſint plures, ſiue una qualitas, nihilominus ſunt ſimpliciter una ſcięntia & unus habitus: ſicut quauuis uiſus eſſet plures res, eſſet nihilominus ſimpliciter unica potẽtia.

Vnica ſimplex.

¶ Vnde ad 4. argumentũ quanquam ſint qui dicant philoſophiam naturalem poſſe eſſe genus ad mathematicas, & metaphyſicã, nihilominus hoc negatur. Philoſophia enim naturalis idem eſt, quod phyſica, unde philoſophia, naturalis non dicitur, quia tractat de re naturali, ſed quia tractat de re naturali inquantum eſt res naturalis, ideſt ea ratione qua habet in ſe principium motus, hac. n. rõne dicitur ens mobile: metaphyſica uerò & mathematica tractant de rebus naturalibus, ſed non ea ratione, qua habent in ſe principium motus. Enimuero cùm ſcięntiarum diuiſio (ut q. 3. procœ. ſuper dialecticam. & 1. poſt. q. 7. adnotauimus) ſumenda ſit ex diuiſione obiecti ea ratione, qua eſt ſcibile. i. inquantum ſit quodammodo immateriale, ſicut intellectus ipſe, cuius eſt obiectum, eſt immaterialis, & immateriale fiat per abſtractionem à materia & motu, ſequitur ut ſecundum diuerſos gradus abſtractionis obiecti diſtinguantur diuerſæ ſciętiæ. Sunt autem tres gradus abſtractionis, & immaterialitatis, ut 6. meta. tex. 2. & in 11. c. 6. docet Ariſto. nam aliqua ſunt entia à materia ſeparata, non ſolùm ſecundùm conſiderationem intellectus, ſed ſecundum rem, uel quia nullę talium rerum poſſunt eſſe in materia, ut Deus & intelligentiæ, uel quia non uniuerſaliter ſunt in materia, ſed indifferenter ſe habent ad res materiales & immateriales, ut ſubſtantia, ens, & ſimilia: & de his omnibus tractat metaphyſica, cuius ſubiectum adæquatum eſt ens. Aliæ uerò ſunt res, quæ licet ſecundùm rem eſſe non poſſunt, niſi in materia ſenſibili, tamen inquantum ſunt obiecta ſcientiæ abſtrahuntur à materia ſenſibili, ut eſt quantitas, inquantum eſt obiectum mathematicæ, licet enim quãtitas nõ ſit niſi in corpore materiali & ſenſibili: conſideratur tamen à mathematico, ut abſtrahit à materia, non. n. conſiderat de triangulo inquantũ ferreus,

D Ad 4. principale.

Phyſica. Metaphy. Mathe.

E

Tres gradus immaterialitatis.

F

aut

A aut ligneus, sed simpliciter. Aliæ uerò sunt res quæ non solùm secundùm rem, sed neque secundùm considerationem scientiæ abstrahunt à materia & motu, ut homo, equus, lignum, simũ, aquilum: & de his tractat philosophia naturalis seu physica, cuius proinde subiectum est ens mobile: tractat enim de ente quocunque, quatenus est ī materia, & subijcitur motui. Exẽpli gratia. Rectum & curuum cadunt sub consideratione mathematica: qa non dicunt nisi lineam talem abstrahendo ab hac uel illa materia: sed tamen simum & aquilum cadunt sub consideratione physica: quia non di-

B cunt indifferenter quãcunque curuitatem, sed talem curuitatem nisi: nam simus dicit nasum cauum, aquilus verò gibbosum. ¶Quod si quis arguat, quòd tunc obiectum philosophiæ naturalis nõ dicit qd intelligibile, sed merè sensibile, siquidem non dicit quid abstractum à materia, & per consequens nõ est obiectum scibile. Respondetur q̃ ratio immaterialitatis cõmunis obiecto cuiuscunque scientię, est quòd abstrahatur à singularibus, quod etiã cõuenit philosophiæ naturali, q̃ tractat non de hoc aut illo indiuiduo sensibili, sed de rebus ipsis sensibilibus con-

C muni. Quare secundùm hãc abstractionem non sumitur distinctio inter has scientias: sed secundùm abstractionem à materia & motu non solùm in singulari, sed in communi. Mathematica. n. non solùm abstrahit ab hoc, uel illo triangulo ferreo, sed à triangulo ferreo in communi: quia nec tractat de ferreo nec de ligneo, sed de triãgulo. Et sic mathematica simpliciter abstrahit à materia sensibili: putà ab albo, nigro, calido & frigido. &c. Non tamen abstrahit ã materia intelligibili: quia quantitas ipsa, de qua tractat quatenus est subiectum quo aliorum accidẽtiũ, intelligitur quodammodo sub ratione materiæ, ut 1. par. quæstione 85. ar. 1. ad 2. argumentum meminit Sanctus Thomas. Atque inter quantitates, continuæ habet adhuc magis rationem materiæ intelligibilis respectu discretæ secundùm Aristo. 7. metaphy. tex. xxxv. quia diuisio continui in plurales unitates est diuisio materialis. D

¶Ex his sequitur, quòd philosophia & physica, se habet ut genus & species. Nam philosophia complectitur & moralem & rationalem & naturalem: physica uerò solùm dicit philosophiam realem & speculatiuam naturalem, quæ est de ente mobili. Possumus ergo dicere philosophiã speculatiuã naturalem, sed tamen physicam naturalem, seu speculatiuam ineptè diceremus: nam physica totum hoc dicit E quòd sit scientia realis & speculatiua & naturalis. Philosophia, & physica.

¶Ad primam confirmationem 4. argumenti responsum est iam, q̃ quãuis physica sit de rebus diuersis, tamẽ omnia tractat sub una ratione formali entis mobilis. ¶Ad secundam confirmationem respondetur, q̃ etiam si teneatur opinio. Sancti Thomæ, q̃ una tota scientia est una simplex qualitas, non tamẽ subinde tenendum est, q̃ sit unica simplex qualitas respectu omnium conclusionum, quæ certò sciuntur, & eorum simul de quibus tantum habemus opinionem: nam una qualitas nõ F potest habere tam diuersas naturas: nihilominus quamquam sint diuersæ qualitates, tamen habitus opinatiuus reducitur ad eandem scientiã propter eandem rationẽ formalẽ obiecti: quare omnes simul dicuntur una scientia. Ad confirmationes.

QVINTA CONCLVSIO.

Quintacõclusio. subiectum physicæ ens mobile.

SVBIECTVM physicæ, id est philosophiæ naturalis, est ens mobile. Quæ nã sint conditiones ad rationẽ subiecti pertinentes. q. 5. procœmiali super dialecticam satis superq; expositũ est. Ens mobile idẽ est, quod ens naturale. Ad cuius notitiam notãdum est, quòd Arist. ut uidebimus 2. huius tex. iij. & 4. & 5. distinguit inter naturam, & ens natu-

A naturale,& ens secundùm naturã.Natura, ut illic explicauimus,est tam materia quàm forma,quæ sunt principia motus naturalis:ens uero naturale est habens naturam,ideſt ſuppoſitũ,quod ex materia & forma componitur : sed ens secundum naturã est motus ipse & passiones naturales:ut ferri sursũ, aut deorsum,calefacere & calefieri.&c.Et quia natura idem est, quod principiũ motus, fit, ut ens naturale, ideſt habens naturam idem sit, quod ens mobile,id est habens in se principium sui motus ad differentiam rerum artificialium, & moralium quorum princi-

B pia sunt extra in artifice, aut in eligente. ¶Quocirca distinguunt nonnulliens mobile, ut mobile dicatur, aut subiectum,aut terminus motus. Et accipitur hic motus,nõ ita strictè vt accipit Aristot.5.huius tex 8. ubi ait generationem non esse motum,sed mutationem,at accipitur hic ut nomine motus comprehendatur etiam generatio.Itaque materia(ut aiunt)dicitur mobilis tanquàm subiectum generationis, & forma dicitur mobilis tanquàm terminus quo generationis, & totum compositũ tanquàm terminus quod,ideſt tanquàm id, quod generatur.Et in alteratione totum compositum est mobile tanquã subiectum, &

C calor qui acquiritur, dicitur ens mobile tanquàm terminus quo alterationis, & calidũ tãquàm terminus quod, ideſt tanquàm id,quod fit calidum. Et pariter in augmentatione, & suo modo in motu locali. ¶Bipartita ergo est opinio ꝺ subiecto philosophię. Albertus Magnus,cui Egidius subscribit,ait subiectũ philosophiæ esse corpus mobile. Cuius rationes tetigimus in 6. argum.At S.Tho.in hoc itidem prologo dicit subiectum esse ens mobile. Rationes huius inter alias quidam ex discipulis Sancti Thomę assignant hanc. Subiectum scientiæ cõmunitatis, seu totalitatis debet prædicari in recto de omnibus contentis in illa scientia (subiectum enim est, quod omnia sub se D continet) at corpus mobile non prædicatur in recto de omnibus: nam tractat hæc scientia de materia & forma & de accidentibus, quæ non sunt corpora: sed tamen ens mobile prædicatur de illis: ergo non corpus mobile,sed ens mobile est subiectum physicæ. ¶At uerò ratio hæc profecto nec est S. Thomæ neque uerum assumit, Ens enim est subiectum metaphysicæ, ut docet Aristote. 4. metaphy. tex. 1.& tamen non prædicatur in recto de omnibus, de quibus tractat metaphysica:quippe quæ tractat de natura accidentium, quæ non sunt entia, E sed entis entia.7.metaphy.tex.2.& subiectum librorũ de anima est anima,q̃ tamen scientia tractat de potentijs & actibus, quæ non sunt anima, sed animæ potentiæ,& subiectum theologiæ est Deus: qui non prædicatur de omnibus contentis in illa scientia, ergo ad rationem subiecti illud non requiritur. Quod manifestè affirmat S. Tho. in hoc 1.lib.lec.2. in diuisione textus, ubi ait,ꝙ in hoc libro determinat Aristoteles de principijs subiecti huius scientiæ, ideſt de principijs entis mobilis:non ergo dicit materiam,aut formam considerari in physica, quia est ens mobile: sed quia est principiũ entis mobilis.¶Ex quo sequitur, ꝙ quan F do dixit ens mobile esse subiectũ physicę, non accepit ens in illa generalitate, ut dicatur de materia aut forma,aut de accidentibus, sed solùm ut dicitur de toto suppoſito.Immò uerò ens non prædicatur in recto de materia aut forma, quia analogicè dicitur de substantia torali & accidentibus: quare de sola substantia dicitur in recto : materia uerò aut forma non est substãtia directè,sed principia substantiæ:& iõ nec est ens,sed principiũ entis.¶Sequitur.2.ꝙnec mobile accepit in illa generalitate, sicut materia dicit mobilis, aut accidens dicitur mobile,sed pro suppoſito: quia simpliciter

Ens mobile.

Duo opiniones.

loquen-

A loquendo certè, nec materia, nec forma dicuntur mobilia, sicut nec dicuntur entia naturalia, sed principia entis mobilis & naturalis, ut ait S. Thom. loco citato, quia neque materia, neq; forma generatur, sed totum unde sola substantia completa corporea simpliciter & absolutè dicitur ens naturale, & mobile, quæ uidelicet habet in se naturam. i. principium motus.

¶Ex quo sequitur tertiò, ꝙ quando dixit ens mobile esse subiectum, & nõ corpus mobile, non accepit, ens, tanquàm aliquid in supponendo superius ad corpus, ut comprehenderit materiam, uel formam, uel accidẽs: sed tanquàm superius in significando. s. quod ens mobile, non inquantum corpus, sed inquantum ens, est subiectũ physicæ. Cuius ratio est subiectum scientiæ est id, quod tanquam notissimum supponitur in tali sciẽtia, ut 1. post. tex. 2: habetur: corpus uerò mobile non supponitur tanquam notissimum in physica, sed ens mobile: ergo, ens mobile est subiectum & non corpus mobile. Minorem probat S. Thom. ex 6. physi. tex. 32. ubi probat Aristo. omne mobile esse diuisibile, & per consequens esse corpus. ¶Sed offert se statim argumentum quod Aristo. non probat corpus mobile esse in rerum natura, sed in solum quod omne mobile est corpus: immo corpus mobile esse in rerũ natura est per sensum notissimum, & per consequens non probatur, corpus mobile non esse subiectum. ¶Hic notandum est ꝙ S. Thom. nũquam somniauit, (ut quidam opinantur) ꝙ corpus mobile esse in rerum natura probetur ab Aristo. immò certo sciebat hoc esse sensu notissimum. Sed ratio S. Thom. consistit in hoc. Subiectum scientię est illud, de quo tanquam notissimum supponitur in tali sciẽtia esse primum fundamẽtum & rationem omnium passionum, quæ demonstrantur in tali scientia, nam subiectum est unde immediatè fiunt passiones, & per consequens est fundamentum totius scientiæ (ut q. 5. proę. super dialecticã expositum est) sed motus & quies est prima & potissima passio, de qua physicus considerat: ergo illud est subiectum in physica, de quo tanquam notissimum supponitur esse subiectum, & rationem motus: supponitur tamen tanquàm notissimum, ꝙ omne, quod mouetur, est ens, non tamen supponitur, sed probatur, ꝙ omne mobile est corpus: ergo ens mobile est subiectũ potius, quàm corpus mobile. ¶Cõfir. hęc ratio. Motus diffinitur 3. physico. tex. 6. ꝙ fit actus entis in potentia, & non dicitur ꝙ fit motus corporis mobilis: ergo formaliter loquẽdo ens est subiectum motus, & per consequens subiectum physicæ. ¶Vnde nõ uideor mihi consentire cum domino Caietano in suo opusculo de subiecto scientiæ, quod requiratur ad rationem subiecti, quando exprimitur per subiectum & accidens, quòd tale accidens sit cõuertibile cum tali subiecto: nam linea uisualis est subiectum perspectiuæ, & numerus sonorus subiectũ Musicæ, tamen nec uisuale conuertitur cũ linea, nec sonorum cum numero, est enim aliqua linea, quæ nõ est uisualis, & aliquis numerus, qui non est sonorus: sed satis est, quod tale accidens illi soli subiecto conueniat, licet non omni. Immò si illud esset necessarium, sequeretur quòd ens mobile, non esset subiectum physicæ: quia aliqua sunt entia, quæ non sunt mobilia, ut Deus & intelligentiæ. ¶Est ueruntamen hic unum argumẽtum, quod illic Caieta. obscurioribus uerbis formar. Si ens mobile esset subiectum physicę, sequeretur, ꝙ passio ipsa, de qua physica cõsiderat, includeretur in rõne subiecti: passiones consequens est falsum, quia nõ subiecti tota ꝓsupponitur in sciẽtia, uerò nonsupponuntur, sed demonstrantur. Sequela tamẽ patet, quia mobilitas est passiõ, de qua tractat physica. Nec satis est respondere quod mobilitas,

B Nora.

C Nota egregium D. Thomæ sensum.

D

E

F

A bilitas, ubi dicit aptitudinem ad motum, est ratio subiecti, physica autem solum considerat de motu. Non inquã hoc planè satisfacit, nam physica non solùm tractat de motu, sed de mobilitate. nam moueri nõ est passio, sed mobilitas, cuius effectus est motus, sicut scientia de homine non tractat de risu solùm, sed de risibilitate. ¶Propter argumentum respondet Caieta. quòd mobile, ut est subiectum, nõ dicit aptitudinem, sed fundamentum mobilitatis. Quod profectò explicare uix potest, quid sit. Res tamen est clarissima: nec opus est in istas angustias incidere. Etenim cùm dicimus ens mobile esse

Ens mobile.

B subiectum, nihil aliud intelligimus, quàm ens naturale, ideſt ens habẽs in se naturam, quę est principium motus. Et certè hoc tanquàm notissimũ supponit physica esse. ¶Ex his sequitur primò, quod nõ est opus hic distinguere (ut aliqui discipuli S. Thom. distinguũt) q̃ duplex est subiectum physicę, aliud. s. totalitatis, seu communitatis, & illud é ens mobile, quod (ut dicũt) in recto prædicatur de toto mobili & de eius principijs & accidentibus, & aliud est subiectum principale, & illud est corpus mobile, de quo principaliter physica considerat. Hæc inquam distinctio non est necessaria, quia ens

Non est duplex subiectum.

C mobile, ut est subiectum, iam ostẽsum est, non esse superius in supponendo ad corpus, nec supponere pro principiis & accidẽtibus, sed sola ratione esse in significando superius. Et hac de causa S. Thom. hic et hic, ubi erat quæstio de ratione formali subiecti, dixit ens mobile esse subiectum, tamẽ ubicũq; loquitur materialiter de subiecto physicæ, asserit illud esse corpus mobile, ut patet 1. p. q. 84. artic. 1. in argumento: sed contra, & de uerit. quæstio. 14. artic. 8. ad 16. argumen. ¶Sequitur secundò, q̃ ens mobile non accipitur hic ut discipuli isti S. Thom. iuniores (aliàs egregiè docti) existimant, uidelicet pro cõposito tam substantiali, ut est homo, q̃ accidentali, ut est aggregatum ex corpore & albedine, pro quo aggregato dicũt supponere ly album. Enimuerò quamuis aggregatum ex homine & albedine sit ens per accidens, ut ait Aristo. 6. meta. tex. 4. tamen nunquam, nec ipse neque aliquis philosophus admisisset, quòd album supponeret pro illo aggregato, nam illud non est ens simpliciter, sed entia, album uerò est ens solum pro corpore supponens, quod habet albedinem. Vnde sicut illud aggregatum non est corpus, ut illi fatentur, ita nec est album. Est. n. album nomen denominatiuum, quod proinde non supponit, nisi pro re, cui ineſt albedo. ¶Et præterea aggregatum

D

E

illud non solum non est album, uerum neque ens simpliciter, sed solum secundùm quid, atque adeo, ens mobile, quod est subiectum philosophiæ, nõ uerificatur simpliciter de illo. Qua de causa Aristot. loco citato dixit ens per accidens non esse subiectum scientiæ. Accipit ergo hic ens mobile pro substantia mobili, quæ est corpus directè positum in prædicamento substantiæ. Nulla me certè cupido tenet, aut concertandi, aut cõparatione aliorum gloriam aucupandi, obidq; quàm fuerit possibile, paucissimos citabo, cũ quibus contendam. Erit tamen non-

F

nunquam necessarium adnotare aliquas opiniones extraneas, quæ philosophiam exosam faciunt. ¶Ad quintũ ergo argumentum negatur primo, q̃ ens non dicat unum conceptum, et c nim, ut q. 1. super 4. cap. prædicamentorum explicauimus, nihil uetat ens esse analogum, & nihilominus simplici conceptui subordinari. unde Aristo. ipse utrunque simul asserit 4. meta. & q̃ ens sit analogum, & q̃ sit nihilominus subiectum metaphysicæ. Sed secundò dicimus, q̃ hic non est subiectum secũdùm totam analogiam, sed ut dicitur de substantia mobili. ¶Ad confirmationem respondetur q̃ physica nec é pars subiectiua, ideſt species

Ad 5. principale.

metaphyſicę, neque illi ſubalterna. Ad
A hoc enim, ut ſit pars ſubiectiua, requiritur quòd contineatur ſub eadem ratione ſcibilis: ſicut ſcientia de triangulo eſt pars mathematicæ, quia ſcientia de triangulo abſtrahit à materia ſicut geometria. Attamen ens, vt eſt ſubiectum metaphyſicæ, abſtrahit à materia & motu, quomodo non abſtrahit ens mobile, & ideo non eſt directè inferius ad ens in ratione ſcibilis. Erit tamen hoc modo ſcientia de cœlo, aut de generatione pars ſubiectiua phyſicæ.

¶Item ad rationem ſubalternationis requiruntur duo. Primùm quòd
B ſubiectum ſcientiæ ſubalternatæ ſit accidentaliter inferius ad ſubiectum ſubalternantis. i. ſit cõtractum per accidens, quod ſit extra eſſentiam illius ſubiecti (quod 1. poſterio. cap. 7. text. 20. explicuimus) ut uiſuale, contrahit lineam ad ſubiectum perſpectiuæ. Attamen ens, quod eſt ſubiectum metaphyſicæ, eſt de intrinſeca quidditate cuiuſcunque rei, ſiue ſit ſubſtantia, ſiue ſit accidens: ut q. 1. ſuper cap. 4. prædicamentorum adnotauimus: & ideo ens mobile non eſt accidens omnino extraneum ab ente, ut faciat ſubalternationem ſcientiæ. Secundò requiritur ad rationem ſcientiæ ſubalternatæ, quòd eius principia probentur à
C ſcientia ſubalternante, ut 1. poſter. ſuper tex. 23. expoſitum eſt, ſed tamen principia phyſicæ non probantur in metaphyſica (niſi quatenus metaphyſica eſt generalis ſcientia) quia phyſica reſoluit ſua principia uſque ad immediata ex per ſe nota ſenſui.

¶ Ad ſextum denique argumẽtum reſponſum eſt in quinta concluſione, cur corpus mobile non ponatur ſubiectum phyſicæ. At uerò primam probationem in contrarium aſſumunt Scotiſtę in fauorem cõcluſionis. Probant inquam, ens mobile eſſe ſubiectum phyſicæ potius, quàm corpus mobile, eò quòd phyſica (inquiunt) tractat de intelligentijs, quæ ſunt quidem entia mobilia, non tamen ſunt corpora. Ratio tamen utranque præmiſſam habet falſam. Animuerò intelligentiæ non ſunt entia mobilia motu phyſico: cùm motus phyſicus menſuretur loco & tempore, à quibus tamẽ angelus, cum ſit incorporeus non dependet. Sed mouentur Angeli motu diſcreto inde pendenter à loco, poteſt enim eſſe hic, & immediatè poſt hoc in loco diſtanti ſine tranſitu per medium, quod alterius eſt negotij diſputare. Qui quidem motus non eſt phyſicus. Nec intelligentiæ ſunt mobiles alio genere motus phyſici. Quãobrem falſum etiam eſt, quòd phyſi
E ca tractet per ſe de intelligentijs, ſed tota eius conſideratio terminatur ad animam, quæ eſt actus corporis, ut 2. phyſico. uidebimus. quod ſi tractet phyſica de intelligentijs, non eſt per ſe, quia ſunt mobiles, ſed ad explicandum naturam mobilium cœlorum: quorum ipſæ ſunt motrices. Qua ratione tractatur etiam 8. phyſicorum de primo motore.

¶ Igitur ad argumentum negatur ſequela, ſcilicet quòd ſi ens mobile, ſit ſubiectum phyſicæ, tunc phyſica tractet per ſe de intelligentiis, nam quãuis ſint entia, non tamen ſunt entia phyſicè mobilia.
F

¶ Ad ſecundam probationem, quidquid ſit de ratione corporis, an illa ſit fundamentum & ratio, ut res ſit mobilis: tamen non eſt hoc ita manifeſtum ſub ratione corporis, quin aliqua manifeſtatione indigeat, & ideo ponitur ens mobile ſubiectum, cùm per ſe ſit manifeſtiſſimum omne mobile eſſe ens. Ad Commenta. uerò reſpondetur quòd dicit res ſenſibiles eſſe ſubiectum non ſolicitus de ratione formali ſubiecti, ſed quia in rei ueritate ſolæ res ſenſibiles ſunt entia mobilia.

¶ Ad tertiam probationem conceditur, quòd tota phyſica non tractat niſi de corporibus, non tamen inde

ſequitur,

A sequitur, quòd ratio corporis sit manifestissima ratio mobilis, sed id solùm quòd nullum est ens mobile, nisi sit corpus.

Sequitur in textu caput primum. Hoc enim vt in prologo Commentorum admonuimus, obseruandum est, nempè in cuius quæstionis fine fiat ad commenta remissio.

Tex. I. Manifestum est.

Quæstio Secunda.

B

VTRVM MODI PROcedendi: quos Aristote. proponit à principijs ad composita, & ab uniuersalibus particularia sint commodi.

ARGVITVR primò aduersus partem affirmatiuam. Conclusiones duæ Aristotelis sibi ipse repugnant: ergo altera earum est falsa. Probatur antecedēs. Principia rei sunt notiora naturæ, nobis uerò minus nota, ut patet primò authoritate Commen. comment. 3. & secundò authoritate Arist. tex. 4. ubi ait totum notius nobis esse, quā partes: & C tertiò experiētia, quia sensui prius sese offert totum, quàm partes: naturæ uerò simpliciora sunt notiora: quia à simplicibus principiis procedit ad cōposita, sed in secunda cōclusione asserit Arist. à notioribus nobis, naturæ uerò minus notis, incipiēdum esse: ergo non est inchoandū in physica à cognitione principiorū, ut asserit 1. cōclusi. ¶Et confirmatur argumentum. Si incipiēdum esset à cognitione principiorū, id maximè esset (ut dictū est in expositione primi tex.) ut seruemus naturæ ordinē, sanè quæ à principiis ad cōposita procedit in rerū productiōe: sed hoc nō: ergo. Probatur minor, qa ordo cognitionis cōtrarius est ordini D productionis. Quod.n. est primū in cognitione, est ultimū in productione, ut 2. physi. uidebimus, artifex nāq; prius proponit facere domū, licet in operatione à fundamentis incipiat, & ideo 11. meta. cap. 1. docetur q̄ finis est primū mouēs. ¶Secūdò principaliter argu. Si à cognitione principiorum esset inchoandū, id esset præsertim quia cognitio totius pēdet ex cognitiōe principiorum, elementorū, & causarū, ut Arist. probat: sed hæc ratio assumit falsum, ergo & conclusio est falsa. Probatur minor. Si illa esset uera, sequeret q̄ nulla res naturalis esset naturaliter E cognoscibilis, quod est falsum, nā cum res naturales creatæ sint finitæ entitatis, & ens sit obiectū intellectus, oēs sunt à potentia finita, & per cōsequēs naturaliter cognoscibiles. Sequela tamen probatur. Quæcunque res habet infinitas partes quātitatiuas, & homo in uia Aristotelis) depēdet ab infinitis hominibus, scilicet à patre, auo, proauo, & sic in infinitum, infinita autem non possunt naturaliter cognosci: ergo. Quod si dicas illa esse infinita principia per accidens, quorum proinde cognitio non est necessaria ad cognitionem rei, arguitur aliter. De homine & de quacunque re dicuntur infinita F p̄dicata essentialia, nā inter quæcunq; duo prædicata pōt assignari perfectio media, ut a. quæ sit imperfectior q̄ natura hominis, & p̄fectior q̄ natura animalis, & b. mediū inter a. & aīal. Item possunt multiplicari infinitæ passiones & proprietates, & sunt infinita alia accidētia, & effectus quæ possunt cōuenire hoī, quę oīa requiruntur ad perfectā rei cognitionē, quæ tū cum sint infinita, nō possint cognosci. Et id maximè patet de fine hominis, qui est causa per se ipsius, tamen non potest naturaliter cognosci, cum consistat in aliquo supra naturali, puta in uisione Dei. Immo uerò cū Deus & intelligentiæ, & sol, & orbes cęlestes, oēs sint ho-

A rum inferiorum per se causa, sequitur q̃ nulla creatura harum inferiorum posset cognosci, quin cognosceretur natura Dei & omniũ cœlorum & supra cœlestium, & per consequens nulla posset esse scientia rerum naturaliũ, ut dicebat Heraclitus. ¶Et confir. Sequeretur quòd scientiæ Mathematicæ, quas Aristo. ubiq̃ appellat scientias certissimas, non essent propriæ scientiæ: nã ut diximus in expositione textus primi, non demonstrant nisi solum per causam formalem, quæ abstrahũt à materia, & sic per scientiam mathematicam non cognosceretur perfectè natura trianguli, cum non sit cogni-

B tus quo ad omnes eius causas. ¶Tertiò principaliter arguitur contra secundam conclusionem. Cognitio nostra incipit à sensu: sed singularia sunt sensibus propinquiora, quàm uniuersalia, ergo singularia sunt nobis magis nota & ab illis inchoandum est, quod Aristo. expressè asserit 1. poste. tex 5. unde 1. de anima text. 8. uniuersale (inquit) aut nihil est aut posterius est: ergo cum hic doceat ab uniuersalibus incipiendum esse, non solum falsum, sed cõtra se ipse loquitur. ¶Quartò principaliter argu. aduersus eandem. Vniuersalia sunt nobis cognitu difficillima, eo q̃ sunt à nostris sensibus re-

C motissima, ut est sententia Arist. 1. metaph. cap. 2. ergo falsum est quòd uniuersalia sunt nobis notiora. ¶Et cõfir. Si uniuersalia essent nobis notiora, sequeretur eadem ratione, q̃ quanto essent uniuersaliora tanto essent notiora, & per consequens conceptus entis omniũ uniuersalissimus, esset primus quem de rebus conciperemus, consequens est falsum, ergo & antecedens. Probatur minor. Vniuersalia fiunt ab intellectu per abstractionem à singularibus, ergo quãto sunt propinquiora singularibus facilius abstrahuntur, & quãto remotiora, difficilius. ¶Quintò principaliter tandem arg. contra illam propositionem in text. 2. s. q̃ non sunt eadẽ nobis nota & naturæ. Magis D uniuersalia sunt nobis prius nota, ut dicit 2. conclu. sed eadẽ sunt etiã notiora naturæ, ergo eadẽ sunt nobis notiora & naturæ. Probatur minor. Ea sunt notiora naturæ (ut ait commentator) à quibus natura incipit operari, ideo principia sunt illi notiora, sed natura incipit operari ab uniuersalibus, prius enim embrio uiuit uita plãtę, mox uita animalis, & tandem uita hominis, ut habetur 2. de gene. animali. cap. 3. ergo animal notius est natura quàm homo, sicut & nobis. ¶Et confirma. Color notior est nobis quàm

E species uisibiles, quæ producuntur per medium, cum species ipsæ non sentiantur, licet sint instrumenta quibus colorem sentimus, & idẽ color etiam est notior naturæ quàm species, cum color sit causa specierum: ergo. ¶Et confir. 2. In mathematicis eadem sunt nobis & naturæ notiora, ut 1. poster. q. 2. adnotauimus, nam principia illa, à quolibet puncto in quodlibet punctum lineam ducere, & super quamlibet lineam triangulum constituere, sicut sunt notiora naturæ conclusionibus inde illatis, quia sunt causa illarũ, ita & sunt nobis notiora, quia sunt simpliciora & sensibus magis manifesta: ergo non est uniuersaliter conclusio

F uera, scilicet quòd quæ sunt naturæ notiora, sunt nobis minus nota. ¶In contrarium est authoritas Aristo. qui tex. 1. statuit primum ordinem à principijs ad composita, & text. 4. secundum ab uniuersalioribus ad minus uniuersalia.

¶De hac quæstione multi multa dicunt, etiam ex doctoribus scholæ Sancti Thomæ, quæ uera forsan esse possunt, nobis tamen, præterquam quòd sunt prolixa, & plusquam metaphysica, ad rem parum, pertinere uidentur. Quod ergo ad mentem Aristotelis, & ueritatem exponendam satis est, sex conclusionibus subiiciam. ¶Supponendum est in primis

A mis est textus expositione q̃ Aristo. in 1. cap. primi libri, non loquitur de principiis aut causis secundæ intentionaliter & posterioristice, quales sunt præmissæ respectu cõclusionis (hoc enim alterius est negotij, sed solum loquitur de obiecto scientiæ & eius principiis à quibus realiter dependet. Nec loquitur de uniuersalibus aut particularibus propositionibus, ut in lib. peri herme. sed solum de cognitionibus quibus res confuse magis, aut distinctè cognoscuntur. Intendit enim ut illic dicebamus, statuere duos ordines quibus tradenda est doctrina de aliqua re. Primus spectat ad res de quibus est

Duo ordines doctrinæ.

B scientia, ut scilicet cognitio incipiat consideratione principiorum rei de qua traditur scientia: secundus uerò spectat ad ordinem cognitionum, ut uidelicet qui doctrinam tradit, incipiat prius per notitias magis uniuersales & confusas. Quamobrem duo erunt articuli in hac q. Primus erit de primo ordine, qui habebit tres conclusiones, & secundus de secundo, qui habebit item tres. Hoc supposito incipiendum est à materia quarti & sequentium argumentorum, quibus petitur quæ sint nobis notiora, & quæ sint notiora naturæ, unde tota materia

C pendet. Et prius de notioribus naturæ Paulus venetus & ferè expositores respondent aliquid esse notius naturæ quadrupliciter. Vno modo illud est notius naturæ quod secundum naturam est magis cognoscibile, & sic perfectiora sunt notiora naturæ. Et hoc modo ait Aristote. 2. meta. text. 1. quod sicut uespertilionum oculi ad lumen diei, ita & intellectus animæ nostræ se habet ad manifestissima naturæ. Secundo modo illud est notius naturæ, qđ est principaliter intentum à natura. Et hoc modo species est notior quàm genus, quia natura non intendit animal producere nisi intendẽdo aliquam certam speciem. Tertio modo est notius naturæ illud quod potest cognosci sine alio. Quemadmodum ait Aristot. 5. metaphy. tex. 16. illa esse priora quæ possunt esse sine aliis, & non econuerso, ut principia possunt intelligi sine composito, & genus sine specie. Quarto modo illa dicuntur prius natura, à quibus natura incipit operari. Et hoc modo ait hic Commenta. tex. 3. quòd principia sunt notiora naturæ quàm compositum & minus nora nobis.

Notiora naturæ, quatuor modis.

D

¶ Isti uero modi quamuis lucidè sint collecti, tamen uidentur ad libitum multiplicati: nam certè nihil aliud est magis notum esse naturæ, quàm esse notius secundum naturam, ut nomen ipsum præ se ferr. At qui id quod est notius secundum naturã, eo modo quo est notius, est prius intentum à natura priusque cognoscibile. Et præter ea quia tertius & quartus modus uidentur in idem incidere.

E

Prima cõclusio.

¶ Quo circa aliter mihi uideor hęc omnia quæ proposita sunt intelligere. Vnde prima conclusio sit hæc generalis. Aliquid esse notius naturæ nihil aliud est quàm quòd secundum naturam suam sit magis & prius cognoscibile, sicuti aliquid esse nobis notius, nihil aliud est quàm quòd secundum nostram naturam sit nobis magis, & prius notum. Hanc conclusionem nomina ipsa notiorem faciunt

F

quam ut pluribus testibus indigeat.

¶ Ex quo sequitur quod cum dicitur aliquid notius naturæ, non opus est quærere quæ sit illa natura quæ res magis aut minus cognoscit. Aiunt enim nonnulli aliquid esse notius naturæ, ideſt Deo qui perfectiora magis cognoscit. Hoc tamen est falsum: nam præterquam quod Deus uniuersa æqualiter cognoscit per suam essentiam, tñ licet per impossibile ab eo res non cognoscerentur, nihilominus essent cognoscibiles secundum naturã.

¶ Paulus & alii ex Commentatore hic commen. 3. eliciunt hunc modum loquendi conditionalem, uidelicet id esse notius naturæ, quod si natura cognosceret,

A gnoscerét, prius cognoscceret. Sed neque hoc plenè satisfacit: tum quia antecedens est impossibile: tú quia per modum intrinsecú, si per impossibile ignis cognoscceret, tunc aut cognosceret sicut brutú, & tunc non cognosceret uniuersalia: aut cognosceret sicut nos, & tûc eadé essét notiora illi & nobis: nã sicut angelus nõ posset cognoscere: siquidé est materialis. ¶Igit quãdo dicitur aliqd esse notius aut minus notum naturæ. i. secundum naturam, non intelligitur aliqua cognitio actiue. i. q aliqua potẽtia quæ est natura, magis aut minus cognoscat illam rẽ: sed solum intelligitur cognoscibilitas

Cognoscibilitas.

B passiua: ut illud dicatur notius naturæ cuius natura de se habet plus cognoscibilitatis. ¶Quod si quæratur quid est rem plus cognoscibilitatis habere. Respondetur quòd cum ens sit obiectum intellectus, ut colligitur ex ix. meta. tex. xxij. ubi ait Arist. q nihil cognoscitur, nisi inquantum participat rationem entis sit, ut illa res habeat plus cognoscibilitatis, quæ plus habet entitatis, id est actualitatis & perfectionis. Vnde illa quæ sunt à materia abstracta sunt perfectiora & secúdum naturam magis cognoscibilia quàm materialia. Obiéque Deus est suapte natura summe cognoscibilis: quia est

C lumen ipsum in intellectuale & ueritas per essentiam. Mox intelligentiæ iuxta ordinem & gradum suarum perfectionum. Deinde anima rationalis. Atqui inter materialia homo forsan rationi animæ est magis intelligibilis: deinde alia uiuentia, aut forsan cœli: nõ enim modo determinamus an omne uiuens sit cœlo simpliciter perfectius. ¶At uero incompositis totú simpliciter est perfectius secundũ naturã quàm partes: sed quia cętera non sunt paria, partes qa sunt simpliciora sunt prius & magis cognoscibilia cognitione distincta, ut iã nũc dicere pergimus. Quapp cũ Arist. ait 3. met. illa q̃ sunt notiora natura, esse minus nota secũdũ nostrã naturã, intelligit tam de D intelligentijs à materia separatis q̃ de alijs rerũ causis. Cuius pfecto accõmodatissimũ subiecit exẽplũ. Vt. n. sol inter sensibilia pp uehementiã luminis est secundum suam naturã summe sensibilis, tamen natura uespertilionis est in causa ut propter oculorum imbecillitatem non habeat proportionẽ ad solem: eodem modo natura intellectus nostri est in causa, ut nõ habeat proportionem ad ea, quæ secũdùm naturam sunt maximè cognoscibilia.

¶Sup tamen ut hanc generalem conclusionem ad particularia applicemus notandũ est duplicé esse notitiã rei, aliã confusãm, aliã uero distinctã. E Notitia confusa est notitia qua cognoscimus totũ simul nõ cognoscẽdo seorsum partes qualis est notitia quæ exprimitur per nomẽ, ut homo, equus, aiał &c. Alia est notitia distincta, qua. s. cognoscimus totũ cognoscẽdo seorsum partes qualis est illa quæ exprimitur per diffinitionẽ explicantẽ cõpositionẽ rei, siue physicam, siue metaphysicam. ut cũ cognosco materiã & formã uel genus & differentiã ex quibus species constat. At inter notitias cõfusas illa quæ uniuersalior est, est magis confusa: ut animal, quã homo, & corpus, quã aiał. &c. Vnde qa notitia partium, dupliciter dr aliqua notitia confusa, sicut duplex est totum. Est unum totũ actuale. i. quod actu cõtinet in se partes, ut homo respectu materiæ & formæ: & species respectu generis & differentiæ, ex quibus metaphysicè cõponitur. Et hoc dr simpliciter totum. Aliud est totum potentiale respectu partium, quas tantum continet in potentia: ut genus dicitur totum respectu specierum: quas non actu, sed potentia continet. Et hoc non dicitur totum simpliciter, sed secũdum quid: quemadmodum dixit Porphyrius in c. de differ. q uniuersale totũ quoddam. i. quodam modo totũ est: quod antiqui appellabant totum in modo.

Notitia cõfu. & distincta.

Duplex totum.

F

¶Cait-

A ¶Caietanus in prologo de ente & essentia hac ratione distinguit duas notitias confusas, & duas distinctas, in confusam speciei, quæ opponitur distincte diffinitionis, quam appellat cõfusam totius diffinibilis, & confusam generis respectu specierum, quam appellat confusam totius diuisibilis. Super quam distinctionem longam constituit disputationem. At uero quamuis hoc uerum sit, perspicacior tamen erit forte sermo sine tot distinctionibus. Satis. n. est dicere, q̃ inter cõfusas, illa quæ est magis uniuersalis, est magis confusa. Vt confusa notitia dicatur dupliciter, aut quia inadequate & tanquã

B gen' significat speciem, ut animal significat hominem & equũ: cui opponitur distincta: sic dicta, quia adequate significat, ut ly homo, adequate significat hominem & ly equus, equum: & alio modo dicatur confusa, quia est nomẽ speciei confuse significans partes diffinitionis: cui opponitur distincta notitia diffinitionis. Itaque, homo, respectu suę diffinitionis est confusa: sed respectu generis animalis est distincta.

Scda conclusio. ¶Hoc supposito sit secunda conclusio huius articuli cognitione confusa totum est notius & prius notum suis partibus, tam naturæ, quàm nobis. Quod nobis totum sit notius, asserit Arist. in

C primo exemplo tex. 4. nam uidentibus rem aliquam a longinquo prius sensui se offert totum quam partes. Et ratio est quia obiecta sensus sunt accidentia: quæ per se primo conueniunt toti compositio, & per consequens secundùm nostram naturam totum est nobis notius. Quod autem sit notius naturæ, probatur: quia id est notius naturæ quòd est prius intentum à natura, sed natura primo intendit producere totum quàm partes: ergo totum est prius notius naturæ cognitione confusa. Minorem expresse confirmat Arist. 2. phy. 4 tex. 75. & infra, ubi ait, quòd sicut artifex primò cognoscit finem, quem intendit, puta domum, & deinde inquirit media, quę D ordinat in ipsum, ita facit natura. Vnde sicut in his, qui intellectu operantur, finis est priùs cognitus cognitione confusa, ita & secundùm suam naturam totum est priùs notum q̃ partes.

Tertia cõclusio. ¶Tertia conclusio. Cognitione distincta partes sunt notiores toto, tam nobis, q̃ naturæ. Probatur, quia cognitio distincta totius, ut paulò ante dicebamus, est cognitio, qua cognoscimus totum resoluendo illud in suas partes: ergo cognitio distincta totius dependet ex cognitione partium. Et de hac notitia distincta intelligendus est Commentator, quando dicit principia esse notiora naturæ, quàm com-

E positum. Sed in hoc uidetur defecisse: nempe quòd dixerit eadem principia esse nobis minus nota: cùm profectò sicut cognitione confusa totum est priùs notum & naturę & nobis, ita cognitione distincta principia sunt priùs & magis nota nobis, atque naturæ. Licet enim cognitione confusa à toto procedamus ad partes, tamẽ in cognitione distincta ex cognitione partium reuertimur ad cognitionem totius. Quare de ordine cognoscendi totum & partes nulla est differentia inter nos & naturã. ¶Hinc sequitur prima propositio Aristotelis, quæ est prę missa primæ conclusionis. Scientia totius dependet ex cognitionibus principiorũ, causarum, & elementorũ. Probatur, nam scientia est distincta rei cognitio, sed distincta cognitio totius dependet ex distinctis cognitionibus principiorum & causarum, ergo.

Prima propositio Aristotelis. F

¶Hanc conclusionẽ tanquã cõmunẽ animi conceptionẽ probauit Arist. 1. poste. tex. 5. ex communi consensu omnium tam uerè sciẽtium, quàm eorum, qui aliquid scire se putãt: omnes enim cõsentiũt, q̃ tunc aliqua res scitur, cùm causæ cognoscuntur. Et ratio colligit ex illo 2. meta. 4. q̃ rei ueritas, quæ est obiectum intellectus, sumitur secũdùm esse ipsius rei: & quia

A esse rei non est aliud quàm quod habet ex suis causis, fit, ut cognitio scientifica rei ex cognitione principiorum eius proficiscatur. ¶ Ex his tandem colligitur primus ordo tradendi doctrinam alicuius rei, expressus in prima conclusione principali Aristo. ut scilicet ab eius principijs sumatur exordium.

Ad 1. principale. ¶ VNDE ad primũ argumentũ principale distinguitur antecedens, uidelicet quòd principia rei sint notiora naturæ. Si enim intelligatur de cognitione distincta, conceditur: sed negatur tunc, quòd isto modo sint nobis minus nota. Nec Aristot. nec

B Commentat. nec experientia docet, nisi quòd totum est nobis notius cognitione confusa, qua etiam secundum naturam est notius, ut probatum est. Et quia ordo tractandi de re est secundùm cognitiones distinctas, incipiendum est à principijs. Neque huic repugnat 2. conclusio, in qua solùm habetur, quòd in ordine cognitionum incipiamus à confusionibus, & magis uniuersalibus: quæ, ut uidebimus articulo sequenti, sunt nobis notiora, & minus nota naturæ.

Ad cõfir. ¶ Ad confirmationem facilis est per ea, quæ dicta sunt, solutio. Concedimus namque rationem incipiendi

C à principijs esse, quia natura inde incipit operari, & quando subsumitur; quòd ordo cognitionis est contrarius operationi, distinguitur: ordo namq; cognitionis confusæ contrarius est ordini compositionis, nam artifex prius confusè & abstractiuè cognoscit domum, cuius ideam formar in mente, quàm tamen domum ultimò in re facit, uerumtamen ordo cognitionis distinctæ sequitur ordinem compositionis. Prius namque distinctè, & intuitiuè artifex cognoscit lapides, quos manu tenet ad conficiendum parietem, quàm parietem ipsum, & prius parietem intuitiuè, quàm totam domum. Et ita in naturalibus cogni-

tione distincta principia sunt secun- D
dùm naturam prius, & magis cognoscibilia, quàm totum.

¶ Ad secundum principale illic responsum est, quòd cognitio causarum & principiorum per accidens, quæ multiplicatur ratione materiæ, aut individuorum (ut sunt partes continui, aut parentes omnes, à quibus homo descendit) non est necessaria ad cognitionem rei. Et eadem ratione nec requiritur cognitio omnium accidentium communium, sed satis est cognoscere potentiam passiuam recipiendi illa. Neque requiritur cognitio omnium effectuum: sed satis est cognoscere potentiam actiuam.

¶ Ad aliud uerò de prædicatis quidditatiuis in primis negatur, quod de homine sint dicibilia infinita quidditatiua prædicata, quod in prædicabilibus quæstione de specie satis, ut credo, monstrauimus) non enim de homine sunt plura prædicata essentialia, quàm usque ad generalissimum substantiæ, uel usq; ad ens. Et quamuis animal, uerbi graria, forsan diuidatur in alia genera subalterna, ut in canem & pecus, quæ sub se habent alias species, non tamen inde sequitur, q; inter quascunque duas species sit dabilis cõceptus medius, qui constituat nouam speciem, immò in hoc Aristo. 10. meta. tex. 8. comparat species numeris, q; quamuis quinarius in infinitum excedat quaternariũ, ad hunc sensum, q; nunquam perfectio quaternarij potest attingere ad perfectionem quinarij, nihilominus inter quaternarium & quinarium non est dabilis medius numerus sita in speciebus licet ad hunc sensum in infinitum distent, ut nulla possit attingere perfectionem alterius, nihilominus possunt esse duæ ita immediatè, vt inter illas non possit esse medium prædicatum essentiale. Quò circa 8. meta. tex. 10. ait, q; resolutio diffinitionis non procedit in infinitum. Et eadem ratione nec sunt in-

finitæ

A finitæ passiones essentiales alicuius speciei.

Creatura est cõprehẽsibilis.

¶ Vnde negatur creaturam non posse comprehendi ab alia creatura. Quinimmo profectò nõ dubito, quin angelus naturaliter possit comprehendere totam quidditatem cuiuscunque inferioris creaturæ. Nam comprehendere aliquam rẽ nihil aliud est, quàm illam cognoscere quantùm illa secundùm naturam suam est cognoscibilis, vt ly cognoscibile dicat potentiã passiuam in re ipsa, & cùm omnis creatura sit finitæ perfectionis, & entitatis, habet finitum cognoscibilitatis passiuæ: & ideo nihil repugnat quominus à

B potentia finita comprehendatur.

¶ Dixerim, vt cognoscibile dicat potẽtiam passiuam, eò q̃ Ocham in 4. quæstione 43. quem ferè iuniores imitantur, opinatur nihil comprehendi, nisi cognoscatur summa notitia, qua cognosci potest: & quia quæcunque creatura potest adeo cognosci infinita notitia, infert nullam creaturam esse cõprehensibilem, nec à summo angelo: quippe qui non potest creaturam cognoscere summa notitia, qua creatura est cognoscibilis. ¶ Attamen isti profectò tàm incomprehensibilem faciũt creaturam, quàm Deum: cùm tamen Hiere. cap. 32. de Deo specialiter dicat,

C q̃ est magnus consilio & incomprehensibilis cogitatu. Et prẽterea qui creaturam dicit esse incomprehensibilem nisi à Deo, prætèrquàm q̃ malè loquitur in fide, non respicit naturam comprehensionis, quæ est vt tantùm cognoscatur, quantùm est passiuè secũdum suam naturam cognoscibilis, & non quantum est cognoscibilis à tali, vel tali cognoscente. Quantumcunque enim Deus infinita notitia cognoscat creaturam, non verat, quò minus angelus cognoscens formicam, quantum ipsa est, cognoscibilis, simpliciter comprehendat illam: sicuti qui paruam habet manum simpliciter comprehendit lapillum paruum, non obstante q̃ qui maiorem haberet manũ, meliùs comprehẽderet. Et ideo Deus à se solo est comprehensibilis: quia sicuti passiuè est infinitè cognoscibilis, ita est infinitè cognoscitiuus: utrunq; enim habet ratione infinitæ essentiæ. Vnde Arist. infra tex. 35. ait, q̃ infinitum, eò q̃ infinitum, non est cognoscibile. i. comprehensibile: insinuans id, quod est finitum, posse quidem à nobis comprehendi. ¶ Dixerim tamẽ, quòd angelus. &c. quia forsan homo pro isto statu nullã creaturam cognoscit quãtum est cognoscibilis: quia. v. g. nõ cognoscimus omnia genera subalterna vsq; ad immediata genera specierum, neque in substantijs neque in

D

E

accidentibus: atque adeo nec ultimas differentias, neque omnes proprias passiones. Cuius causa est materialitas corporis, cui submergitur anima. De anima separata alia erit ratio, quę non est loci præsentis. ¶ Hoc tamen nõ obstante non est philosophis adeo augustè loquendum de scientia, quò minus concedatur veram & propriam scientiam physicam nobis esse possibilem. Satis enim est, quòd habeamus rerum scientias humano modo. Quemadmodum in operabilibus ait Arist. 1. ethi. homines esse beatos non ut deum vel angelos: sed homines. Ad quod satis est cognoscere naturam materię &

F

formæ, causam agentem & finalem in naturalibus, atq; adeo scire naturam passionum, quas in rebus experimur. Ita nanque & Aristo. & philosophi loquuntur: & subinde nobis loquẽdum est. ¶ Neque opus est ad cognoscendũ naturam hominis cognoscere finem eius supra naturalem, neque Deum quantùm ad ea, quæ naturaliter non sunt cognoscibilia, sed satis est cognoscere Deum & orbes cœlestes: quatenus sunt horum causa inferiorum, quemadmodum hæc Arist. nouit. ¶ Ad cõfirmationem negatur, quòd ea quæ cognoscuntur scientiis mathematicis non sint verè scita. Etenim cùm Geometria,

A metria.v.g. tractet de triangulo, quatenus abstrahitur à materia,& per cõsequens à fine,& efficiente,satis scitur natura trianguli inquantum est abstractus,si sciatur eius passiones, quas geometria de eo demonstrat.

Articulus secundus. ¶ Secundus articulus est de secundo ordine & conclusione Aristo. Vbi hoc primò notandum est, quòd tam vniuersale, quàm singulare dupliciter accipitur apud Aristote. Enimuero, 1.post.text.5.accipit singulare simpliciter pro indiuiduis, quæ sunt sensui obiecta, & vniuersale opposito modo pro eo,quod abstrahitur per operationem intellectus à singularibus,ut species comprehendat & genera. Hic uerò accipit singulare pro speciebus specialissimis,quæ dicuntur singularia inter obiecta scientiarum, propterea q̃ in illis terminatur scientia:quippè cùm non descendant ad indiuidua, uti cap. de specie ex Platone refert Porphyr.in specialissimis esse quiescendum. Et vniuersale accipitur pro genere, quod in potentia,& confusè continet subsè species. Et respectiuè inferius genus subalternum dicitur etiam singulare respectu superioris. ¶ Est ergo quarta conclusio huius q. & prima huius articuli. Loquendo de vniuersali & singulari primo modo,singulare est prius cognoscibile nobis quàm vniuersale. Hanc conclusionem expressè Aristot. asserit loco citato. Cuius ratio est : qa cognitio nostra incipit a sensu, & singularia obijciuntur sensui,& inde per abstractionem intellectus cognoscit vniuersalia. Non est hic locus disputandi, an intellectus cognoscat prius singularia,quam vniuersalia, an uerò prius cognoscat vniuersale, & postea per reflexionem ad phantasma cognoscat singulare. Est nãq; opinio Duran. 2.sen.d. 3.q.7.& Gregorij lib.1.d.3.q. 3.ar.2.& ferè recentiorum, q̃ quemadmodum sensus,ita intellectus prius cognoscit singularia, & deinde abstrahit uniuersalia. Alia est opinio contraria S. Thom. 1.quæstio. 85.& 86. & alibi frequentissimè, quod videlicet prius intellectus cognoscit uniuersale,& deinde per reflexionẽ ad phantasma singulare. Quæ absque dubio uidetur esse expressa sententia Aristo. 2.de anima text.60. ubi ait quod sensus est singularium, scientia uniuersaliũ, sed expressius in 3. text. 10.& 11. ubi ait,quòd intellectus est uniuersalium, sensus uerò singularium, & 5. meta. tex.16. ubi expressè ait uniuersalia esse priora cognitione secundùm intellectum, singularia uerò secúdùm sensum.Et ratio naturalis est, quia cũ intellectus sit potentia passiua immaterialis, non posset pati nisi ab obiecto itidem immateriali. Quò circa phantasma, quod est materiale, non potest immediatè mouere intellectũ, nisi negotio intellectus agentis abstrahantur species immateriales (& per consequens uniuersales) quæ recepte in intellectu possibili ipsum immutẽt ad cognoscendum.Atqui reuera si intellectus agens, quem expressè ponit Arist.3.de anima,tex.17.admittitur,ad hoc potissimum officium à natura datus est,ut faciat obiectum intelligibile. Vnde Duran. inde sumpsit ansam suæ opinionis, quòd negauit intellectum agentem. Arguit enim. Obiectum & ratio obiecti debet præcedere actum potentiæ,ergo obiectum intellectus præcedit actum intellectionis: sed nulla res præcedit actum intellectus,nisi res singularis, quia quicquid est in rebus est singulare: ergo singulare primo intelligitur. Cui nos concedentes obiectum præcedere actũ potentiæ, respondemus, quòd quamuis nulla sit res nisi singularis in essendo, tamen ante intellectionem præcedit species intelligibilis producta per intellectum agentem, quæ est uniuersalis in repræsentando: quia in illa relucet ratio formalis obiecti. Obidque cũ dicitur intellectus abstrahere uniuersale a singularibus, non est intelligendum

B C D E F

1. conc. 2. articuli & 4. in ordine.

A gendū de intellectu possibili, qui videlicet primùm intelliget singulare, & inde abstrahat vniuersale: sed de intellectu agēte, qui abstrahit species vniuersales repræsentātes rationem obiecti abstractā à singularibus. Et de intellectu agente intelligitur verbū Com. 1. de anima. cōmē. 8. Intellectus est, qui agit uniuersalitatem in rebus. Quæ de causa non requiritur sensus agens: nā cùm sensus sit potentia passiua materialis, immediatè patitur ab obiecto materiali. Quò fit, vt cùm species, quę recipitur in intellectu sit uniuersalis, primò repræsentet uniuersale, & per determinationē à phantasmate singulari repræsentet singulare. Non tamen

B requiritur processus semper temporis perceptibilis: nam cum à phantasmate singulari producūtur species vniuersalis, sine mora determinatur species ad repræsentandū hoc singulare, quod est repræsentare singulare per reflexionem intellectus ad phantasma: Et ideo quàm primùm uidemus singulare, intellectus illud intelligit. At prius locus hæc disputandi erit in 3. de anima loco citato. Neque amplior facienda est hic de hoc disputatio.

Nota. ¶Vnum tamē hoc adnotare superest: sane q̄ non dicimus singulare magis simpliciter esse nobis cognoscibile:

C nā simpliciter loquendo, quod est magis cognoscibile secūdùm intellectū: est ma[illegible] cognoscibile. Tametsi ad sensum [illegible]gis cognoscibile singulare. Ex hi[illegible]dem solutum restat tertium argum[illegible]um principale: cum dictum est aliter loqui Arist. in 1. post. & hiç aliter de singulari & uniuersali.

Ad tertiū principa. ¶Accipiendo singulare & uniuersale secundo modo: ut sit comparatio inter ipsa uniuersalia superiora & inferiora, est opinio Scot. 1. senten. distin. 3. ubi inter alias ponit duas propositiones, quæ ad præsens attinent negotium. ¶Prima est. Cognitione cōfusa priùs cognoscitur species specialissima, q̄ superiora genera. Quò fit, ut conceptus entis fit ultimus uiā generationis. Quam probat tribus rationibus. Primo uniuersale cognoscitur per abstractionem à singularibus: ergo illud vniuersale prius mouet, quod est perfectius, & cuius singulare uehementius mouet: sed species specialissima inter uniuersalia est perfectior, cum actu contineat superiora genera: ergo prius mouet. Et quod singulare, hic homo, fortiùs moueat, quā, hoc animal, probat, quia est propinquius sensui, cum magis accedat ad singulare determinatum. ¶Secundò, quia metaphysica, ut ait Auicenn. 1. meta. cap. 3. est ultima in ordine doctrinæ: ergo subiectum eius, quod est ens, postremò concipitur ab intellectu, quam obiecta aliarum scientiarum, quæ sunt minus uniuersalia.

E ¶Tertiò, quia si ab uniuersalioribus inciperet intellectus, primus conceptus, qué de rebus formaret esset ens, tunc sequeretur, quòd oporteret cōsumere multum tempus: antequā conciperetur conceptus speciei specialissimæ: quod est contra experientiam. ¶Secunda eius conclusio est. Cognitione distincta primus conceptus est entis, & deinde descenditur vsque ad ultimā speciem. Probatur: quia cognitio distincta speciei dependet ex distinctis cognitionibus partium definitionis: quare non potest distinctè cognosci homo: quin priùs distinctè cognoscatur animal: neque animal, quin priùs distinctè cognoscatur corpus; & ita ascendendo: ergo priùs distinctè debet cognosci ens, q̄ substantia, & substantia quàm corpus. &c. Et possumus adiuuare opinionem Scoti: quia ita nos monstrauimus de toto physico, & eius partibus: nēpe quòd priùs confusè cognoscitur totum, quàm partes: sed distinctè priùs partes quā totum: idem enim prorsus ipse dicit de toto metaphysico & partibus eius scilicet, quòd confusè prius cognoscitur tota species, sed distinctè priùs

F

cogno-

A cognoscuntur superiora genera; quæ
5.Conclu. sunt partes speciei. ¶Nihilominus est quinta conclusio huius quæstionis, & secunda huius articuli. Cognitione confusa primò concipitur res ab intellectu conceptu entis, deinde per ordinem quanto conceptus est vniuersalior, tanto est prior intellectui. Imprimis est expressa sententia Auicennæ 1.meta. cap.5.quam S. Tho. in principio statim de ente & essétia sumit pro fundamento, videlicet, primum, quod intellectus concipit de re, est ens. Et profectò expressissimè asseritur hic ab Aristo. vbi ait ab vniuersalioribus esse inicipiendum, eò quòd sunt nobis no
B tiora. Et manifestè id confirmatur in tertio exemplo Arist. Intellectus enim in cognitione vniuersalium eo ordine procedit, quo sensus in cognitione singularium: sed sensus procedit à cognitionibus uniuersalioribus, nã paruuli incipientes cognoscere prius de rebus cognoscunt esse entia quædam confusè, deinde esse homines, & postea esse patrem, aut matrem, non cognoscendo distinctè, quæ est ratio entis aut ratio hominis: & videntes à remotis aliquod singulare prius cognoscunt esse ens, mox per motum cognoscunt esse animal, deinde per figuram esse hominem, postremò de facie co-
C gnoscunt esse Petrum: ergo ita intellectus procedit. ¶Secundò arguitur ratione. S. Tho. 1.p.q.85.ar.3. vbi eandé affert cõclusionem. In omnibus his, quæ reducuntur de potentia in actũ, compertum est ea procedere ab imperfectioribus ad perfectiora, vt embrio prius viuit vita plantæ, quàm vita animalis. 2. de ge. animali. cap. 3. & homo prius est infans, postea adolescens, & tandem augetur in virum perfectum: ergo cum intellectus per species rerum procedat de potentia ad actum, procedit ab imperfectioribus: sed cognitiones uniuersales sunt minus perfectæ, quia confusæ magis attingunt naturas rerum: ergo intellectus ab vniuersalioribus procedit. D
¶Tertiò probatur conclusio. Primus omnium conceptuum, quos una quælibet potentia format, est obiecti sui adæquati, vt primum, quod sensus videt, est color, & per colorem videt, aut uestem aut arborem, & primum, quod auditus audit, est sonus, & per sonum audit campanam, aut tubam, aut musicam: sed obiectum adæquatum intellectus est ens, ut colligitur ex Aristo. 9. metaphy. tex. 22. & est communis sentẽtia omnium philosophorum (quam nec Scotus ipse negat) ergo primum, quod intellectus cõcipit, est ens, & per consequens quantò prædicata sunt uniuersaliora, tantò sunt E
priora in intellectu. ¶Itaque, ut consonantia primę & secundæ conclusionũ huius articuli euidentius appareat, colligimus quòd singularia in supponendo, quæ tamen sunt singularia uaga, priora sunt quàm uniuersalia in supponendo: nam priùs per sensum cognoscimus hunc hominem quam hominem: & hoc animal, quàm animal: & hoc ens, quàm ens. Et hoc est quod uoluit Arist. 2. poste. tex. 5. Sed tamen comparando uniuersaliora ad minùs uniuersaliora in significando, tàm in intellectu, quàm in sensu, præcedunt notitiæ magis uniuersales, ut priùs in sensu est hoc ens, quàm hoc F
animal: & priùs hoc animal, quàm hic homo. Et eadem ratione in intellectu priùs est ens, quàm animal, & animal, quàm homo. ¶Ex quibus tandé colligitur secundus ordo doctrinæ expressus in secunda conclusione principali Aristo. uidelicet, q̃ secundum naturam nostrã ab uniuersalioribus debet in nobis incipere doctrina, cùm innata sit nobis uia à notioribus nobis procedere. i. ab his quæ primò occurrunt cognitioni nostræ, siue sensitiuæ, siue intellectiuæ: & confusa magis .i. magis uniuersalia primò occurrant tam sensui, quàm intellectui. Et hos ordines seruat hic: nam secũdũ priorem

A rem prius tractat de materia & forma, quàm de ente mobili, secundum posteriorē prius in genere quærit, an sint aliqua principia rerum naturalium, & quod sunt: deinde ī particulari an sint materia & forma. Et proportionabiliter. 1. Ethic. quia finis in operabilibus est, sicut principiū in speculabilibus, prius incipit tractare de vltimo fine, quàm de virtutibus: atque adeo prius in genere, & deinde in particulari.

¶Cùm dictū sit ens esse primū cognitum ab intellectu, nō intelligimus ens sub hac uel illa conditione. i. ens sensibile aut ens materiale: sed cōfusè accipiendo ens prout quicunq; latinus

B accipit. Quod est dicere, id, quod est, vt dicat vnum conceptum formalē indifferentē ad materialia & immaterialia substātiā & accidens, deum & creaturas, ut p. q. 1. super quartū ca. prædicamentorū expositum est. Hic enim dicitur conceptus confusus entis, quem pueri primò concipiunt de rebus, & per cōsequens quem primò format intellectus. ¶Subiicitur hic demum tertia cōclusio huius articuli, quæ sit sexta totius quæstionis. Cognitione distincta, eodē modo incipit intellectus ab uniuersalioribus. Et in hoc conuenimus cū Scoto propter eius rōnem: quia nō possumus distinctè cognoscere

C hominem, quin distinctè cognoscamus animal: nec animal quin distinctè cognoscamus corpus. Itaq; priùs est totus ordo notitiarū confusarū à superioribus ad inferiora: deinde uia resolutionis resoluimus hominē i animal ratione, & animal in corpus & sensibile: & corpus in substantiam & corporeum, ut expresse ait Arist. 8. met. tex. 10. Et hac de causa quo ad usq; supremum distinctè cognoscamus, non cognoscimus infimum.

¶Ad primū igitur argumentum. Scoti negatur consequentia: nā quamuis uniuersale abstrahatur à singularibus, eo modo, quo expositum est in prima conclusione huius articuli, non subin-

6. Conclu.

Ad 1. Sco.

de sequtur, q̄ species uniuersalis prius D
moueat ad conceptū speciei specialissimæ, immò cùm sit agens naturale, & intellectus pro isto statu sit immersus materiæ, non statim mouet ad perfectissimū conceptum, quem producere potest: sed procedit ab imperfectioribus: quales sunt conceptus magis uniuersales. In angelo autem, ubi non est species sūpta à materialibus, nō prius produceret vnū conceptū quàm aliū. Nec forsan in anima separata. ¶Ad secundum respondetur, quod metaphysica non est postrema scientiarū, eò q̄ ens, quod est eius subiectum, ultimò cognoscatur cognitione confusa: sed

Ad secundum.

quia tractat de ente: ut est cōmune ad E
res realiter separatas à materia, quales sunt intelligentiæ, quæ quidem sunt à nostro sensu remotissimæ, & ideo sunt intellectu difficillimæ. Quā quidem rationē expressè dat Aristo. 1. meta. cap. 2. Obidq; nihil obstat obiecta aliarū scientiarum facilius cognosci à nobis, q̄ obiectum metaphysicæ, quia cognitio. v. g. mathematicarum aut moraliū scientiarum, non dependet ex tali cognitione entis. ¶Secundò possumus dicere, q̄ quamuis cognitione confusa priùs cognoscantur vniuersalia, tamen ad cognoscendum distinctè proprietates magis uniuersaliū debemus

F procedere per resolutionem inferiorum specierū in superiora genera, ut modò dicebamus usq; ad ens, quia particulares causæ & passiones sunt nobis notiores quàm uniuersales. Et hac de causa metaphysica est etiam postrema scientiarum. ¶Ad tertium argumentum respondetur, q̄ quamuis conceptus entis sit primus, quem concipit intellectus, non tamen requiritur semper successio temporis perceptibilis ad formandum conceptum speciei, sed solùm, aut quando defectu ætatis in puero, aut quando propter longam distantiā loci, non repræsentatur obiectum perfectè. At quando ego in debita distantia uideo hominem, sine mo-

Ad tertiū.

ra

ra temporis cognosco esse ens, & esse animal, & esse hominem. Item si auerto adesse hominem. prius formo iudiciũ, ꝙ est homo, quã quod est animal, aut ens: nã cũ illa species omnes illas rõnes uniuersales repræsentet, sequitur ut quando est debitè applcat a, posset quemcunque conceptum primum producere. Quin etiam, ut respondebamus Durando, si intellectus aduertat ad Petrum, priùs iudicabit esse Petrum, quàm esse hominem. Ad nostrum argumentum, quod fecimus in gratiã Scoti respondetur, ꝙ latet subtus fallacia: nam cũ cõparamus totum
B physicum ad suas partes, comparamus rem ad rem: & ideo cum totum prius obiiciatur intellectui, quàm partes, cognoscitur prius totum quàm pars. Sed cùm comparamus notitiam speciei, aut minùs uniuersalis ad notitiam animalis, aut entis, non comparamus nisi notitiam ad notitiã, & ideo nõ sequitur, ꝙ priùs cognoscamus speciem quàm genus, quatenus cõfuse & in potentia continet species. Si tamẽ genus comparetur ad speciem tanquam pars diffinitionis ad totum diffinitum, iam dictum est in tex. 4. in expositione secundi exempli Arist. ꝙ prius notũ est hunc esse hominẽ confusè, quã distin-
C ctè cognoscatur esse animal rationale: per consequens, quã cognoscatur animal esse genus hominis. Et in hoc stat similitudo cognitionis confusæ inter totum physicum, & suas partes, & totum metaphysicum & suas partes.

¶ Restat hic paruũ dubiũ. Insinuatum enim est cõceptũ entis posse haberi & confusum & distinctũ: quod vẽ esse falsum. Etenim ens [ut benè ait loco citato Scotus] ẽ cõceptus simpliciter simplex: qa non constant genere dria, sicuti homo & alia genera subalterna, & ideo nõ põt esse conceptus confusus, cum nõ possit distingui in huiusmodi partes. Respondetur tñ, ꝙ uocamus conceptũ confusum, illũ cõceptũ formalẽ cõmunissimũ, quẽ quisq; latinus formaꝛ. s. qđ est, ut paulò ante exponebamus. Et ille est primus, quem intellectus formaꝛ. Distinctus aũt est, qñ cognoscitur per suos modos intrinsecos. i. id ꝙ sit ens per se, qualis est substãtia uel in alio, qualis est accidens: & sic de alijs distinctionibus.

¶ Ad quartũ nostrũ argm̃ in principio quæstionis factum respondet S. Tho. opus. 53. ꝙ uniuersalia accipiũtur uno modo in causando: ut sunt Deus & intelligẽtiæ quæ sunt causæ vniuersales. Et de illis intelligit. Arist. 1. meta. c. 2. ꝙ sunt cognitu difficillima, eò ꝙ sunt à sensibus remotissima: alia sunt uniuersalia ĩ prædicãdo, ut genera & species, E & de illis, si loquamur de cognitione confusa & simplici, magis uniuersalia sunt priùs nota, sed distincta cognitione proprietates magis uniuersalium sunt nobis minùs notæ: qa cognoscũtur ꝑ resolutionẽ particulariũ in sua genera uniuersalia, ut mõ dicebamus respondendo secundæ rationi Scoti. Ad quartũ nostrũ argm̃ in principio quæstionis factum respondet S. Tho. Ad quartũ princi.

¶ Ad cõfirmationẽ illa est solutio, quã dedimus ad primũ Scoti. Cõcedimus nanque ꝙ quantò uniuersaliora sunt, tãto sunt nobis priùs nota cognitione confusa: nã quãuis species uniuersales abstrahãtur à singularibus, nihilominus non producunt conceptũ perfectũ speciei prius, quàm cõceptũ im- F perfectũ generis. Sed argm̃ procedit se cũdũ imaginationẽ eorũ, qui putãt intellectum priùs cognoscere singulare, & à notitijs singularibus abstrahere notitias uniuersales: cuius cõtrarium nos supra monstrauimus conclusione quarta. Ad cõfirmationẽ illa est solutio, quã dedimus ad primũ Scoti. Cõcedimus

¶ Ad quintũ deniq; argumentũ respondetur in primis, ꝙ Arist. nõ ponit regulã generalem, ꝙ oĩa, quæ sunt nobis nota sint ignotiora naturæ, & è conuerso, sed negatiuè, ꝙ non omnia, quæ sunt nobis nota, sunt notiora naturæ, nec è conuerso, quia stat aliqd esse notius naturæ, & nobis minus notũ. Quod præsertim uerũ habet in substantijs separatis à materia, quæ cùm sint spirituales, sunt suapte natura ma- Ad quintũ princi.

gis

A gis notæ: sed tamen nobis, qui per sensum cognoscimus, sunt minus notę. Et secūdò habet uerū de principijs & causis occultissimis nobis. De quibus omnibus ait. 2. meta. tex. 1. ꝙ sicut se habet occultus uespertilionis ad lumē diei, ita intellectus noster ad manifestissima naturæ. Sed de toto physico & partib. eius iā diximus eūdē esse ordinē in nobis & natura. At verò de uniuersalibus in prædicādo & particularibus, de quibus argumentū formatum est: respondetur ꝙ quamuis natura procedat ab uniuersalioribus in productione rerū, nō inde sequitur ꝙ sint magis nota naturæ cognitione confusa: immò oppo

B sitū sequitur, ut secunda conclusione monstratū est: quia natura sicut primò intendit totum physicum, quàm partes, ita primò intendit speciem, q̄ genus: non enim facit animal aut substātiā aut corpus, nisi intēdens facere aliquā certā speciē. Et ideo cognitione confusa uniuersalia sunt nobis notiora: species verò sunt magis notæ naturæ: cognitione aūt distincta uniuersaliores causæ sunt magis notæ naturæ. ¶Quòd si quis cōtrasolutionē arguat, ꝙ ide sequeretur singularia indiuidua esse magis nota naturæ quā species: qa cū species non sint realiter separata, dicebat Plato, natura nec intēdit nec p-

C ducit speciē nisi in indiuiduo, actiones enim & generationes sunt circa singularia, ut habetur 1. meta. cap. 1. ¶Respondetur, quòd natura per se nō intendit nisi perpetuare speciem, quippe cuius intentio semper est ad perpetuum: sed quia indiuidua materialia sunt corruptibilia, intendit de per accidens: producere singularia ad conseruandam speciem: ob idque primò intendit speciem, quam singulare. Vnde in perpetuis, ut in cœlis & supra cęlestibus in singulis speciebus non producit nisi singula indiuidua, unum solem, unam lunam. &c. quod tamen non est præsentis loci disputare.

¶Ad primam confirmationē iam re- D
sponsum est, ꝙ nihil uetat idem esse notius naturæ & nobis: & ideo utroque modo color est magis notus, q̄ species sensibilis: naturæ quidem, quia est causa, nobis uerò quia est sensibilis. Non tamen intelligo colorem esse notiorē nobis, ut aliqui uolūt, eò ꝙ per cognitionem coloris ueniamus in cognitionem speciei: nam speciem non sentimus: sed per coniecturam arguimus aliquam esse speciem in medio, per quam cognoscimus colorem distantem. ¶Quòd si quis arguat speciem esse magis notam naturæ eò ꝙ est spiritualior, negatur consequentia: quia cætera non sunt paria. Sunt enim minoris entitatis & perfectionis, quàm color, cum in esse conseruari dependeant à colore. ¶Ad secundam demum confirmationē eodē modo respondetur: nēpe ꝙ in mathematicis eadē sūt notiora naturæ, & nobis: nā prima & simplicissima elementa, & simpliciores cōclusiones, q̄ṁ sunt causæ posteriorū, & ideo sunt secundū naturā notiores, sunt ēt notiora nobis: eò ꝙ prima elementa statim proposita cognoscimus, ut, à quolibet pūcto in quodlibet punctū lineā ducere, super quodlibet punctum circulū describere. Et hæc de secunda quæstione, quæ est citra prologum Aristo.

Ad 1. cōfi.

Ad 2. cōfi.

¶*Sequitur in textu caput secundum & tertium.* F

Tex. xvij. Habet autem dubitationem &c.

Quæstio tertia.

VTRVM OMNE TOTVM sit suæ partes simul umptæ.

TERTIA hic quæstio, si intētionem huius libri nobis imitari liceret, ea nēpe fūtura erat, quæ est de numero principiorum rei naturalis. Verum quia

A quia inter impugnandos ueteres nonnullas profert Aristo. sententias disputatione dignas, propriamq; sentẽtiam de numero principiorum ad tex. vsq; sexagesimum septimum prorogat, necessarium est ordinem literæ in quæstionibus obseruare. Neque nobis in animo est circa singula uerba Aristot. quęstiones mouere: sed eastãtũmodo, quas excusare non possumus: ut quæstio quæcunque locum proprium expecter, ne si omnia locis in omnibus dixerimus, opus in infinitum abeat. ¶ Mouent hic nõnulli primò quæstionem circa tex. octauum. vtrum contra negantes principia sit physico disputandum. Quam nos tamen ceu facilem B super tex. 9. terminauimus. Secundò circa textum 13. disputari posset, vtrùm ens analogicè de substantia dicatur & de accidente. Hanc tamẽ quęstionẽ circa quartũ caput prædicamentorum abundè discussimus. Tertiò hic disputant sophisticè in fauorem Melissi hanc esse ueram, tantum vnum est ens. Sed hæc sophismata sunt dialectica. Est enim illa simpliciter uera: & gratia alietatis, ut patet per uniuersalem, omne ens est unum, & præterea per exponẽtes, unum est ens, & nihil aliud quàm unum est ens. Et item gratia pluralitatis: quia non plura, quàm unum est ens. Nisi fortè ly, ens absoluatur à C numero, ut supponat etiam collectiuè pro pluribus. In quo sensu concedit à Melisso dicente oĩa entia non esse plura, quàm unum ens: & à nobis cum Arist. negatur. Quartò circa tex. 5. ubi ait Arist. ꝙ substantia & quantũ sunt duo, mouetur hic quæstio: utrùm quantitas distinguatur à re quanta. De qua tamẽ latè nos etiam tractauimus in prædicamentis, cap. de quantitate: à qua proinde abstinendum nobis hic duximus. ¶ Ergo circa tex. 17. ubi Aristo. reuocare in dubium uidetur, an totum & pars sint unum, quæritur. Vtrùm totum sit suæ partes simul sumptæ. Et arguitur à parte negatiua authoritate ibidem Arist. ubi uidetur arguere, ꝙ si partes essent idem toti, essent & inter se idem: quod est impossibile. Et 5. meta. tex. 19. ait, ꝙ sex non sunt bis tria. Et 7 meta. circa finẽ text. 60. ait, ꝙ totũ non est suæ partes. Syllaba enim inquit, non est elemẽta, puta literæ, quibus constat. ut ba. non est b & a. nam si literæ [inquit] loco ab inuicẽ separentur, manẽt literę, & tñ nõ manent syllabæ. Quod itidẽ repetit li. 8. tex. 15. dicens totũ non est partium coaceruatio, sicut ceruus: sed est aliqd præter partes. Et 4. huius tex. 23. ait, ꝙ partes sunt in toto, & uicissim totum est in partibus: quæ locutiones transitiuè non essent ueræ, nisi totũ à suis E partibus distingueretur. ¶ Et cõfir. præterea authoritatibus. S. Th. qui idẽ frequenter sentire uidetur. Nam tertio senten. dist. 2. magister citans Hieronymum in expositione catholicæ fidei dicentem, quòd humanitas ex anima continetur & corpore, inquit, nomine humanitatis animam & corpus intelligi. In cuius literæ expositione. S. Tho. ait, non esse intelligẽdum per humanitatem animã & corpus, quasi propriè dici possit, humanitas est anima & corpus: sed ficut in toto intelliguntur partes, ut in domo paries & tectũ: quæ tñ de toto non prædicantur. Hæc ille. Et q. 1. eiusdem distinctionis ar. iij. F sæpe id repetit. Etenim quæstiuncula 1. ait ꝙ in Christo fuit corpus & anima; & ulteriùs forma totius resultans ex coniunctione utriusq; quæ humanitas dr̃. Et quæstiuncula. iij. in solutione ad tertiũ exponẽs uerba iã dicta magistri s. ꝙ nomine humanæ naturæ corpus & anima intelligitur, ait intelligẽdũ esse materialiter: non ꝙ totũ propriè loquendo sit suæ partes, sed aliqd ex partibus constitutum. Multa apud S. Tho. his similia reperiuntur.

D ¶ Secundò principaliter arguitur. Esse prius est in toto quàm in partibus: nã esse est suppositorum, quorum ꝓpriè est subsistere, & partes sustinentur in

toto,

A toto, cuius esse participant, ut ex 4. huius modo citabamus [præterquam anima rónalis, quæ cum in esse non dependeat à corpore, sed producitur per creationem, priùs natura habet esse, quàm illud detur corpori. vt 1.p.q.76. art.1. ad 5. docet S. Tho.] ergo totum distinguitur à suis partibus: nam aliàs non uidetur quomodo esse prius sit in toto quã in partibus. ¶Et confirmatur. Accidentia, ut in 1. de generatione habet uideri, subiectantur in toto composito, & non immediatè in partibus: quia illi insunt subiecto, de quo prædicantur, & manifestum est non prædicari de materia & forma, sed de toto composito, &

B propterea individuum completũ prædicamenti substantiæ dicitur prima substãtia, quia primò substat omnibus accidentibus, quæ est receptissima doctrina S. Thom. 1. par. q.76. art. 6. & aliis frequenter locis, sed non potest bene intelligi quomodo accidentia subiectentur in toto, & non in partibus, nisi totum distinguatur à suis partibus, ergo. ¶ Tertiò principaliter arguit Scot. in 3. distin. 2. q. 2. ubi expressè tenet totum distingui à suis partibus etiã coniunctis. Si totum compositum ex materia & forma nõ distingueretur à suis partibus, sequeretur, q̃ nulla esset differentia inter totum, quod est per se unũ (ut homo) & aceruum, qui est solum

C unum per aggregationem, quam tamẽ ponit Arist. 7. meta. tex. 60. & 8. tex. 15. Quòd autem sequatur patet, nam tunc sicut aceruus est multi lapides simul, ita & hõ est suæ partes. ¶Et confirmatur primò. Terminus per se generationis est totum, & non partes, ut patet 7. meta. tex. 22. & 27. & 1. de generatione tex. 10. ubi habetur quòd generatio est mutatio huius totius in hoc totũ. Vnde licet materia & forma hominis sint perpetuæ, homo cuius actio attingit non ad esse animæ, sed ad unionem ipsius cum materia, uerè generat hominem, ergo totum distinguitur à suis partibus. ¶ Et confirmatur, quia aliàs (inquit) si totum non distingueretur à D suis partibus, sequeretur, quòd non daretur aliquid per se causatũ ab istis partibus. s. materia & forma. Istæ. n. partes, quando uniuntur, aliquid causant, & non seipsas, ergo totum, quod proinde distinguitur ab illis. Et præterea nec daretur aliquod per se subiectum passionum. Risibilitas enim per se conuenit non materiæ nec formæ, sed toti homini. ¶Quartò principaliter arguitur. Sequitur benè. Totum corrumpitur, & partes non corrumpuntur, ergo totum distinguitur à suis partibus. Vel si totum est suæ partes: partes etiam corrumpũtur. Et pariter arguitur. Totum E generatur, & partes non generantur: ergo totum est aliud q̃ partes. Argumentum fit manifestum in Christo, qui in triduo reliquit humanitatem, postquàm fuit verè mortuus, & tamen neutram partẽ dimisit, ut docet secundùm fidem Damascenus lib. 3. cap. 25. Et postea in resurrectione iterum factus est homo per iteratam unionem illarum partium. In illo ergo patet quomodo humanitas fuit priùs corrupta sine corruptione partium, & postea resumpta sine generatione partium: & per consequens uidetur esse à partibus distincta. ¶Et confirmatur, ut arguunt Dialectici. Si totum non distingueretur à suis partibus, sequeretur, quòd homo per corruptionem adhuc maneret. Detur F enim, q̃ nunc homo moriatur, gratia disputationis, per ultimum sui esse, tũc sequitur benè. Istæ partes erunt, & istæ partes sunt Petrus: ergo Petrus erit. Itẽ sequitur esse possibile supra naturaliter quòd Petrus & Andreas erunt Paulus & Ioannes, nẽpè si ex partibus illorum transpositis fiãt modò isti. Nam sequitur benè. Istæ quatuor partes sunt Petrus & Andreas: & eædem sunt Ioannes & Paulus: ergo Petrus & Andreas sunt Ioannes & Paulus. Et ita inferunt, quòd uidentes sunt cæci: si duo priores uideant, & alteri sint cæci. ¶Item sequitur, quòd duo & duo sint

A tria, & duo & duo sint uiginti. Nam duæ quartæ, & aliæ duæ quartæ unius totius sunt tres tertiæ, & uiginti uigesimæ. Et sequitur quòd partes essentiales Petri sunt partes integrales, nam materia & forma sunt Petrus, & Petrus est suæ partes integrales, ergo. Quod tamen est falsum, nam partes integrales sunt, quæ loco & situ distant, partes uerò essentiales, quæ à se inuicem non distant. Item sequitur, quòd materię, & formæ sint eiusdem speciei. Nam materię Petri & Pauli, & eorum formæ, sunt Petrus & Paulus, & Petrus, & Paulus sunt eiusdem speciei, B ergo materiæ & formæ sunt eiusdem speciei. Multa alia id genus sophismata pullulant. si concedatur totum esse suas partes. ¶ In contrarium tamen est Aristoteles in hoc text. 17. & text. 21. ubi sæpè repetit, quòd si sit aliquod continuum, illud est multa, putà unum in actu & multa in potentia. Quod uerum aliter esse nequit, quàm si totum sit suæ partes.

¶ Totum quinque modis, qui ad rem pertinent, dicitur. Est enim totum uniuersale potentiale, essentiale, integrale, & totum per accidens. Totum uniuersale est genus respectu suarum specierum, quæ sunt uelut eius partes subiectiuæ, ut cap. de specie inquit Porphyrius, & pariter species respectu in- C diuiduorum, de quo in quæstione 3. super prologũ Porphy. diximus, uniuersale à suis particularibus sola ratione differre. Totum potentiale est subiectum respectu suarum potentiarum, ut anima respectu intellectus & uoluntatis, de quibus in prædicabilibus cap. de proprio disputauimus, an realiter distinguantur à subiecto. Totum essentiale est duplex, aut metaphysicum, aut physicum, metaphysicum est totũ diffinitum respectu generis, & differentiæ, quæ quidẽ sola etiã rõne differunt à diffinito. Vt enim cap. de genere dictum est, animal pariter & rationale sola ratione differunt ab homine, postquam utrunque formaliter prædicetur de illo. Sed totum physicum est idem diffinitum compositum ex materia, & forma. Et de hoc primo est præsens quæstio, utrum uidelicet materia & forma simul sumptæ sint totus lapis aut totus homo. Totum integrale etiam est duplex. s. homogeneũ quod constat ex partibus quidditatiuis eiusdem rationis, ut aqua lignum & similia: & totum ætherogeneum, quod constat ex partibus diuersarum rationum, ut animal, quod constat ex ossibus, neruis, & carne, & pariter ex diuersis membris. De quibus etiam totis intelligitur quæstio. Accipitur præterea totũ pro eo, quod non est totum simpliciter, sed E per accidens, ut numerus, aceruus, domus, & similia. ¶ Intelligitur ergo quæstio, utrùm totum essentiale physicũ, & totum integrale homogeneum, uel ætherogeneum, & totum per accidẽs, sit suæ partes simul sumptæ. De quo plures sunt opiniones: sed tamen indignum censeo in re tam lucida tot enarrare hominum placita. ¶ Scotus loco citato de aceruo (& forsan idem intelligit de omni toto per accidens) tenet, quòd non distinguitur à suis partibus, uidelicet ꝙ cumulus lapidum est lapides simul sumpti. Sed de toto physico & integrali expressè tenet, ꝙ distinguitur. Quod probat tertio argumento su- F pra facto cum suis confirmationibus. Cui Capreo in 3. dist. 2. & alii nonnulli Thomistæ prorsus consentiunt, credentes eandem esse opinionem S. Tho. propter eius uerba, quæ in primo argumento citauimus. Alii tenent medio modo, ꝙ totum ætherogeneum distinguitur à suis partibus, homogeneum uerò non. Sed ualeant cum opinionibus suis. Existimo tamen rem esse faciliorem, quàm quæ lõga indigeat disputatione. Credo quidem neque Aristotelem neq; S. Tho. unquam id suspicatos fuisse. Et quamuis id alicubi insinuare uiderentur, credo mihi non persuasissent, adeo res mihi manifesta uidetur.

¶ Respon-

A ¶Respondetur ergo ad quæstionē duabus conclusionibus. Prima uniuersalis. Omne totum siue essentiale physicum, siue integrale homogeneum, siue totum per accidens, est suæ partes simul sumptæ. Et ut aliis aliàs authoritates obiiciamus, abundè imprimis locus citatus Arist. in hoc textu conclusionem comprobat: ubi ait, ꝙ continuum est multa. Et inferius tex. 21. dicit, quod inuicti discipuli Parmenidis multa concesserunt esse unum: cū totū plures habeat partes. Nec satis respondent authores contrariæ opinionis dicentes, ꝙ hæc propositio, continuum est suæ partes, intelligenda est,
B non identicè, sed causaliter. i. continuum diuisibile est in plures partes. Et pariter hæ partes sunt continuum, in hoc sensu ꝙ ex partibus constat continuū. At in contrarium est, ꝙ cū opinio Melissi esset, id, quod est aliquo modo unum, nullo modo esse plura, intentio Arist. fuit contra ostēdere, id quod est unū in actu, esse plura in potentia: ob idque in sensu identico concessit, unū est multa. ¶Sed præterea 4. huius text. 23. ex professo, ubi dixit totum esse quodammodo in partibus, ne qs suspicaretur aliquam distinctionem realem, adiunxit. Non enim est præter par
C tes totum. i. totum non est aliud quàm partes, Et 2. de anima text. 10. de partibus physicis ait, ꝙ sicut pupilla & uisus sunt oculus, ita anima & corpus sunt animal. Et 5. meta. tex. 31. dicit, ꝙ totū continens est contenta: & unū quid illa sunt. i. partes sunt unum in toto. ut ibidem lectio. 20. exponit S. Thom. Et præterea Commentator. Themist. Philop. & omnes glossatores Aristo. aiunt hic, ꝙ quauis singulæ partes non sint totum diuisim: collectiuè tamen omnes simul sunt totum. Et Aui. 3. meta. cap. 2. ait, quòd homo est anima & corpus, & neutrum per se. ¶Scio contrarios respondere has omnes prædicationes quæ asserunt partes esse totum, accipiendas esse in sensu causali, idest, ꝙ faciunt totum. Sed primū eadē facilitate possent dicere, has esse causales, hō est animal, hō est albus. Item quia si ille esset sensus, pariter posset diuisiuè concedi, quòd caput est totum & pedes sunt totum, postquàm partialiter componunt totum, & tamen Commentator, & rel. qui omnes expressè ponunt differentiam, quòd partes diuisiuè nullatenus sunt totum, collectiuè uerò simpliciter sunt totum. Adde quòd Apostolus, quamuis Physicā nō docebat, tamen loquitur, ut loquūtur homines. Omnia inquit membra corporis cum sint multa, unum tamen corpus sunt, 1. Corinth. 12. ¶At S. Thom. manifestum etiam est fuisse in hac sen E tentia. Ait namque hic lectione 4. & loco citato 5. meta. quòd partes sunt unum in toto. Quod itidem reperit prima. p. q. 11. art. 1. ubi ait cū Aristotele, quòd sunt unū in actu & multa in potentia: partes autem non possunt esse aliud unum, quam totum ipsum. Et ibi. arti. 2. ait, quòd tota domus est multitudo partium. Et 4 sen. dist. 44. q. 1. art. 1. quæstiuncula 2. ad secundum argumentum approbans opinionem Auicennæ ait, quòd forma totius non est forma partis tantum, nec forma aliqua alia præter formam partis, sed totum resultans ex unione formæ & materiæ comprehendens utrūq;: & hæc forma [inquit] dicitur humanitas. Quod adhuc F expressiùs exponens 4. contra gentiles c. 51. De humanitate [inquit] non est intelligendum, ꝙ sit quædam forma consurgens ex coniunctione formæ & materiæ, quasi realiter sit alia ab utroque: quia aliàs cùm ex tali cōiunctione fiat hæc substantia, si illa forma distingueretur, non esset substātialis, sed accidentalis. Vnde inferius infert, ꝙ humanitas nihil aliud dicit, quàm principia ipsa essentialia coniuncta. Et 1. p. q. 75. articu. 4. ad probandum quòd homo non sit sola anima, citat Augustinum 19. de ciuitate Dei, in hoc cōmendantē Varronem dicentem, ꝙ homo nec aīa sola

A est, nec solùm corpus, sed anima simul & corpus. Et quæstione 77. arti. 1. ad primum ponit illam differentiam inter totum uniuersale, & totum integrale, quã ponit Arist. 5. meta. tex. 31: videlicet quòd totum uniuersale prædicatur de singulis suis partibus. s. speciebus, diuisiuè. vt homo est animal, & equus est animal: totum uerò integrale nõ prædicatur, nisi de omnibus collectiuè. Addit autem, quòd hæc prædicatio, partes collectiuè sunt totum, est quodammodo impropria. Non tamen dicit, quòd est falsa. Ac denique prima secundæ. q. 13. art. 1. animal (inquit) nec est corpus solùm, nec anima solùm, sed vtrunque simul. Nõ ergo fuit
B opinio aut Aristo. aut S. Tho. totum distingui à suis partibus. ¶ At uerò quicquid ipsi senserint, rationibus id confirmatur. Atqui ante rationes metaphysicas ratio, quæ prima fronte statim mouet, est hæc. Vnum per accidens, ut si dicas numerus denarius, nihil aliud est, quàm suæ partes, [quod nisi metaphysicissimi homines, negare possunt] homines enim ita loquuntur. Quinque & quinque faciunt decem. i. sunt decẽ: tria & tria sunt sex: & ita in similibus. Eadem ratione cumulus lapidum nihil aliud est, quàm lapides ipsi, ut Aristote. 7. meta. tex. 0. in-
C finuat, & Scotus ipse confitetur: ergo ratione simili domus est suæ partes, & lignum suæ partes. Probatur consequẽtia. Cumulus nihil addit supra numerũ, nisi ꝙ partes sunt simul loco. Decem enim lapides quantuncunque distantes, sunt denarius: sed nõ sunt aceruus, nisi in unum locum aggregentur. Et eadem ratione domus nihil addit supra aceruum, nisi quòd lapides & ligna sint cõtigua & certo ordine disposita. Tunc sic arguitur. Sicuti lapides & ligna sunt loco separata, sunt numerus, & cumulata, sunt aceruus, & tamen disposita & contigua sunt domus: ita pariter materia & forma, quæ seorsum sumpta essent binarius, si per informationẽ uniantur, sunt homo. Et D
aquę, quæ à diuersis fontibus fluẽtes, sunt plures, in mari cùm uniũtur sunt simpliciter & actu unũ, ut enim quinque & quinque facere decem, non est aliud, quàm quinque & quinque esse decem, ita materiam & formã per informationem facere hominem, intelligi aliter nequit, quã ꝙ unitæ sint homo. Atqui impertinẽs est ꝙ ordo exercitus, aut ordo partium sint relationes distinctæ, nec ne: quia talis relatio licet fingeretur distincta, nec est totũ, nec pars totius, cũ sit accidens. Profectò nõ video quomodo materia & forma, quæ separarę essent unius binarius, qđ est unum per accidens, si uniantur per E
informationem non sint unus homo. ¶ Secũdò probatur cõclusio. Si illa entitas, quæ est totum, distinguitur à suis partibus simul sumptis, vel est substantia, uel accidens esse non potest, siquidem est prima substantia: sed quòd nõ sit substantia, satis probat. S. Tho. loco citato. 4. contra gentiles. Nam si distinguitur, tunc erit posterior saltim natura, quandoquidem supponit vnionem, & cum per vnionem formæ ad materiam materia formaliter est in actu substantiali, quicquid posterius natura sequitur, est accidens, sicuti propriæ passiones fluunt statim ex vnione F
formæ ad materiam. Nisi ponas duas in supposito completas substãtias. ¶ Et confirmatur ratio, Vel illa tertia entitas est diuisibilis, vel indiuisibilis: indiuisibilis esse nõ potest: nam lignum v. g. est corpus & per consequens substantia indiuisibilis. Nec vero esset intelligibile, quod homo esset substantia composita, & tamen humanitas, qua est homo esset diuisibilis. Si autem est diuisibilis & composita, tunc cum non sit composita ex alijs partibus, quod ex materia & forma, in quas immediatè est diuisibilis, sequitur, ꝙ nõ distinguitur ab illis. Est. n. intellectu impossibile, aliquid esse diuisibile, nisi in partes, quæ ipsummet sunt. Et

ideo

A ideo ait Arist. q̃ continuũ est vnum in actu, & multa in potẽtia. ¶ Et tertio arguitur. Si entitas totalis distinguitur à suis partibus, sequitur, quod seipsa tota differt ab illis & ab illarum qualibet eo modo, quo accidens differt à substantia: consequens tamen est falsum: quia totũ lignũ nõ differt à forma, nisi p̃ materiã, & à materia nisi per formã: hoc enim est, q̃ authoritatibus supra citatis dr̃, animal nec est corpus solũ, nec anima solùm: sed corpus & anima nẽpe quia animal à corpore differt per animã, & ab anima per corpus. Si autẽ totalitas illa se sola differret à partibus neutrã in sua essentia includeret: ideo q̃ non differret ab vna per alterã. Et

B tunc sumitur confirmatio argumenti. Ea, quæ sic se habent, vt quicquid prorsus est pars alterius, é cõuerso sunt idẽ prorsus realiter: sed partes illæ unitæ & totum ita se habent, vt quicquid est pars partiũ unitarum est pars totius, & è conuerso: ergo sunt omnino idem. ¶ Quartò principaliter arguitur, quia re uera si entitas illa realiter distingueretur à partibus simul sumptis Deus posset entitatẽ separare à partibus vnitis: quod tñ cõtradictionem implicat. Enimuerò responsio istorũ uidelicet, nõ posse vnũ separari ab alio, eò quòd entitas illa necessariò consequitur ad unionẽ partium, & per cõsequens par

C tes unitæ non possunt esse sine illa, & rursus entitatem illam necessariò dependere à partibus simul sumptis, & & per consequens nõ posse esse sine illis, manifestè petit principiũ. ꝓpterea namq; implicat contradictionem unũ esse sine alio: quia certè nõ realiter distinguentur. Nec est instantia de relationibus: nam idem profecto, credendũ est de propria passione & relatione; nam si distinguẽtur à subiecto, possunt separari. Et tunc si Deus posset separare illam entitatem à partibus vnitis, sequeretur, quòd si illud totum esset fer rũ põderis vnius libræ, separata illa entitate separaretur pondus vnius libræ, & nihilominus partes remanentes D eiusdem essent ponderis. ¶ De partibus autem integralibus, quòd non distinguuntur à toto, est adhuc argumẽtum, quòd non videtur, propterea solum quòd guttam maris separes à mare, quam iterum mari infundus, aliquam entitatem corruptam esse, & postea alia de nouo genitam: sed est profecto idem mare. Alia multa id genus argumenta possemus huc accersere; hæc tamen sint satis.

¶ Secũda conclusio est hęc. Ista prædicatio, materia & forma sunt homo, & generaliter partes sunt totum, aut totũ est suæ partes, non sunt adeo propriæ. ac si dicas, materia & forma cõponũt totũ, totũ resultat ex suis partibus: & E similes. Hanc cõclusionẽ asserit S. Th. locis citatis. iij. sentẽt. & 1. p. q. 77. Et ratio huius est, quia hæc ꝓpositio, partes unitæ sunt totum, non explicat cõpositionem, quam faciunnt totã: nam ut ait Arist. 2. huius tex. 31. partes oẽs se habent ut subiectũ & materia respectu totius, & totũ, ut forma respectu partiũ. Quod non solùm est uerum de partibus integralibus, sed quodãmodo etiã de partibus essentialibus: nã licet forma sit forma respectu materiæ, tamen respectu naturæ totius habent se ambo sicut materia & quid imperfectũ, & totũ se habet ut forma existens F ĩ illis. Sicuti domus est una forma existens in suis partibus. Qua de causa. 4. huius tex. 23. dixit totũ esse ĩ partibus. Vnde licet partes & totum sint realiter idem, propter modum tñ significandi terminorum. s. pars & totũ, quæ dicunt quodammodo causam & effectum, significatius dicitur, totũ componitur ex partibus, quàm totum est suæ partes.

¶ Ad primam ergo authoritatem Aristo. non intendit illic partes simul sumptas distingui à toto, sed solum loquitur de partibus diuisiue, scilicet quòd pars quæcunque est unũ cum toto. Et contra hoc facit argu-

A mentum, ꝙ si una esset eadem toti, & alia eadem etiam toti, inter se essent idem. Nam collectiuè nulla esset apparentia, quòd si ambæ simul sumptæ essent totum, una esset altera. Sed neque prima consequentia ualet, quia neutra pars est idem toti in hoc sensu, ꝙ pars sit totum, sed in hoc, ꝙ pars non est actu separata, & per cõsequens nec habet unitatem distinctam à toto. ¶ Secunda authoritas. 5. meta. potius est pro nobis: ait enim, ꝙ sex non sunt bis tria, sed semel sex. Vnde colligitur, ꝙ sex unitates sunt numerus. Ad authoritatẽ tũ hanc, licet aliter qõne 2. de

B quantitate cũ S. Thom. respondimus, dicendum tamen est nunc facilius, ꝙ de numeris possumus loqui aut materialiter, inquantum sunt unitates quædam. Et isto modo Aristo. nõ negasset ꝙ tria & tria sunt sex. Alio modo formaliter, inquantum quilibet numerus cõstituit suã speciẽ, cuius perfectio in indiuisibili consistit, sicut species animaliũ. Vnde sicut species equi quãtũcunq; multiplicetur non põt adæquare speciem elephantis, ita species ternarij quantũcunq; multiplicetur, nunquam est species senarij. Et hoc est, ꝙ ait, bis tria non sunt sex. ¶ Tertia item authoritas. 7. met. nobis uerius, quàm alteri opinioni fauet. Non enim simpli

C citer dicit, ꝙ syllaba non est elementa. i. literæ: sed ꝙ non est elementa sicuti cumulus. Nã cumulus nihil aliud ponit, q̃ lapides simul loco: syllaba uerò non dicit literas quomodocunque dispositas, sed iunctas & compositas secundum certũ ordinem, ut, mus, non dicit solum illas tres literas: sed cõpositionem & præterea ordinem. Si enim loco dimoueãtur, nulla restat syllaba: & si transponantur, faciunt, sum. Non ꝙ ordo ille sit aliquod accidens distinctum. Et quando ita esset, tñ nomen, syllaba, nõ supponeret pro aggregato ex literis & accidente, ut aliqui falsò profitentur: sed pro literis connotando illũ ordinem. Et idem prorsus ait lib. 8. tex. 15. uidelicet, ꝙ totũ nõ est D
sola coaceruatio partium, sed aliquid præter partes. ſ. partes, quæ per informationem faciunt unum.

¶ Ad aliud quarto huius, iã responsum est, ꝙ partes dicũtur esse in toto & totũ in partibus nõ ꝙ distinguãtur, quin potius ex professo subiunxit, ꝙ totum non est præter partes: sed intendit, ꝙ totum habet se ut forma respectu partium, partes uerò ut materia.

¶ Ad authoritates S. Tho. iam responsum est, ꝙ non negat ueritatem illarũ propositionum, totũ est partes, sed solam proprietatem. Et quãdo ait, quòd in Christo Iesu nõ fuit solùm corpus E
& anima, sed ulterius forma totius, quæ est humanitas resultans ex cõiunctione utriusque loquitur aduersus illos hæreticos, qui dicebant Christum corpus & animam seorsum assumpsisse, non tamen ita ꝙ animam informasset corpus. Et ideo ait secundùm fidẽ quòd non solùm partes assumpsit, sed partes coniunctas facientes humanitatem: sicut est in nobis. Ad S. Th.

¶ Ad secundũ principale cõceditur, ꝙ esse prius natura est in toto, q̃ in partibus: attamen inde nõ sequitur totum distingui à suis partibus: sed solũ ꝙ ex unione partiũ primũ resultat, ut res cõposita sit. Nam materia non habet esse F
nisi per formam, & forma quæ educitur de potentia materiæ: & non producitur nisi per productionẽ totius. Non enim producitur forma ignis, nisi qa producitur ignis, ut in subsequentib⁹ patebit. ¶ Et eodem modo respondetur ad confirmationẽ ꝙ licet accidentia sint in toto cõposito, non sequitur ꝙ totũ distinguat à suis partibus, sed propterea accidentia sunt in toto cõposito, quia esse accidentale præsuppo nit essentiale, à quo dependet: & quia materia hẽt esse essentiale per formã, & accidentale per accidentia, priùs natura materia habet esse per formã substantialẽ, quàm recipiat accidentia. Et ita seipse exponit illic S. Thom. Ad. prin.

¶ Ad

A ¶Ad tertium principale, quod est Scoti respondetur q̃ differẽtia inter totum per se[qualis est homo]& totẽ per accidẽs [qualis est aceruus] non est, q̃ aceruus sit suæ partes, homo uerò, non: sed q̃ hõ & quodcunq; ens per se non dicit solas partes: nec quomodocunq;, sed dicit talem unionem formæ substantialis ad materiam, quæ non est ens in actu nisi per formam. Quare aggregatum ex subiecto & accidẽti eo non est per se unum, quia accidens aduenit enti in actu. Et hanc differentiam docet Arist. 8. met. tex. 15. ¶ Ad primam confirmationem cõceditur terminum generationis esse totũ resultans ex partibus, putà substantiam in recta linea B prædicamẽtali, negatur tamen inde sequi totũ distingui à suis partibus. Et ad argumentũ. Istæ partes causant & componunt aliquid & non seipsas, ergo aliud, quod ab illis distinguitur.

Ad 1. confirmationem.

¶ Respondetur iprimis, q̃ possemus negare minorem dicentes, quàm mutuò se causant: nam forma dat esse actu materiæ, & materia sustinet formã tanquam subiectum, quod est mutuò se causare. Solutio tamen non est ad intentionẽ argumẽti: quippè quod probat partes efficere unũ compositum. Et ideo quidã ex nominalibus distinguũt maiorem. s. q̃ partes cõponant aliquid concedentes q̃ diuisiuè quælibet pars C componit, sed tamen collectiuè ambæ simul non componũt aliquid, sed sunt ipsummet compositum. Attamẽ profecto si quælibet pars componit, ambę simul sunt componens, & componẽs, & per consequens complexiuè sunt cõponentes: atq; adeo componũt. Posset aliquis fortè negare minorẽ. Nam partes uidẽtur causare & efficere seipsas, quia nihil efficiunt nisi per unionẽ, & tamẽ ipsæ uniũtur. Solutio uerò nõ esset uera: nã cõponere & efficere accipitur in hoc sensu, q̃ generãt, & manifestũ est, q̃ nõ generant se, licet uniantur. Relatiuum namq; illud denotat, q̃ quælibet pars generatur, siue à se, siue ab alia, & manifestũ é, q̃ in resurrectiõne in die iudicii, nec anima nec materia generabitur, sed totus hõ. Quare non sequitur uniuntur adinuicẽ: ergo generantur. Et ideo aliter rñdetur negando simpliciter consequentiã, scilicet non causant, seipsas ergo aliud, sed solum sequitur, quòd causant & componunt totum, quod ipsæ sunt, quippè quod ex earum coniunctione resultat. Nam terminus illius generationis nihil aliud est, q̃ q̃ ex coniunctione illarum fiat unum totum, quod antea non erat.

¶ Ad secũdam confirmationem eodem modo negatur, quòd non detur aliquid per se genitum. Nam homo est aliquid per se genitum, cum nec materia nec forma sint genitæ. Et idem E est per se subiectum passionum. Quod quidem est unũ tertiũ ens distinctum à singulis partibus, nõ tñ ab oĩbus simul.

Ad 3. confirmationem.

¶ Ad quartũ principale, in quo tot multiplicantur consequentiæ dialecticæ, eodẽ ferè pede claudicantes, respõdetur per ordinem. Primò negatur illa cõsequentia, hoc ens corrumpitur, & hoc ens est uel fuit suę partes, ergo partes corrũpuntur, nam arguitur in quatuor terminis. [Sanè cũ maior extrẽmitas in præmissis includit ens singulariter & in conclusione pluraliter] sed concludendũ est, ens, quod est illæ partes, corrũpitur. Quòd si arguas in duobus hominibus, qui simul corrumpantur. Isti homines corrũpuntur: & isti F sunt uel fuerũt suæ partes, ergo partes corrũpuntur, tunc uariatur appellatio, seu relatio partis ad partẽ copulatorũ, quæ includũtur in numero plurali. Sensus. n. maioris est, q̃ Petrus & Paulus sunt hoc ens, qđ corrũpit, & hoc ens, qđ corrũpitur. Et iõ idem copulatũ est cõcludẽdũ in conclusione. s. istæ partes sunt uel fuerũt hoc ens, qđ corrũpitur, & hoc ens, quod corrũpitur. Et eodem modo dicendum est in uerbo, generatur. Et pariter respondetur ad argumentum de Christo redẽptore nostro: quod profectò potius est pro nobis:

Ad 4. principale.

A nam illic insinuat Damascenus, nullã rem Christus dimisit in triduo: sed mors facta fuit per solam separationé animæ à corpore. Si autem humanitas esset res distincta à suis partibus, aliquam rem dimisisset: contra celebrẽ illam regulam theologorũ: quòd Christus nihil eorum dimisit, quæ semel assumpsit. Negatur ergo illi consequentia. Christus hanc humanitatem dimisit: & hæc humanitas est uel fuit istæ partes: ergo has partes dimisit: sed solùm sequitur quòd humanitatem, quæ est uel fuit, hæ partes, dimisit.

Christus humanitatem dimisit.

¶ In contrarium autem arguitur: quia nulla est appellatio realis, nisi quando duo termini connotatiui ponuntur à

B parte eiusdem extremi: & tamen nec ly, homo, est connotatiuum, nec ponitur à parte eiusdem extremi, cum ly, dimisit. Propter hoc argumẽtum Dialectici huius temporis concederent, q̃ Christus dimisit humanitatem, non tamen humanitatem dimisit. At uerò dialecticam semper uellem ad cõmunem modum loquendi accommodare: & profectò omnium auribus idem sonat, siue humanitas præcedat, siue sequatur. Obidque postquam verè anima à corpore fuit separata, non est negandum, quin humanitas uerè desinit esse. Includit enim ly, desinit: tanquam substantiuum ly, humanitas: & per consequens humanitatem Christus dimi-

C sit. Respondetur ergo, q̃ illa regula solum est de terminis connotatiuis: sed tamen in terminis prædicamenti substantiæ potest esse appellatio prædicati super primarium significatum subiecti. Et humanitas formaliter significat totum compositum: quod est dicere, partes inquantum sunt unitæ. Hoc. n. etiam modo peccat illa consequẽtia. Pater est generans: pater est essentia, ergo essentia generat: sed inferendum est pater qui est essentia generat. Et eodem modo non sequitur, Christus in resurrectione humanitatẽ resumpsit, & humanitas est istæ partes: ergo istas partes resumpsit. ¶ Ad primam partẽ confirmationis negatur illa consequẽtia, quippe quæ est in quatuor terminis. Istæ partes erũt: & istæ partes sunt Petrus: ergo Petrus erit. Nam uerbum in antecedenti includit entia, & in cõsequẽti ens. Quod si arguas pluraliter de partibus Petri, & Pauli, qui simul moriuntur. Istæ partes erunt & illæ partes sunt, uel erunt Petrus & Paulus: ergo Petrus & Paulus erunt, concedunt aliqui simpliciter consequentiam & consequens: quia Petrus & Paulus erunt entia. Sed profecto lógè melius est negare simpliciter consequentiam: quia ly, erunt, in antecedenti includit entia, & in consequenti includit in communi modo loquendi B idem copulatum, quod ponitur à parte subiecti. s. Petrus & Paulus erunt Petrus & Paulus. Concludendum ergo est Petrus & Paulus sunt uel erunt res, quæ erunt. ¶ Ad alia, quæ ibidem subiiciuntur sophismata, in libris summularum responsum est. ¶ Ad aliud uerò, licet simpliciter hac tẽpestate concedatur, quòd duo sunt tria & sunt uiginti & infinita, negandum est id tamẽ in rigore. Nam duo & tria dicunt entia in actu: duæ autem medietates non sunt simpliciter duo: quia cum nõ sint separatæ, non habent duas unitates. Sed cum addito sunt duæ partes, aut F duo in potentia. Et ideo negatur, quòd duo simpliciter sunt tria: sed duo potentia sunt tria in potentia. ¶ Ad aliud in rigore loquendo concedendum esset fortè, quòd partes essentiales sunt partes integrales: si quidem totum est suæ partes essentiales & suæ partes integrales. Sed profecto satius est aures consulere, & negare illam. Nam sensus est, quòd pars essentialis est pars integralis: & alia essentialis est alia integralis. Quoniam isti termini includũt copulatum: & ideo tales propositiones in usu loquendi denotant correspondentiam partium copulati inclusi in prædicato ad partes copulati inclusi

D Ad vltim. cõfirma.

A eiusi in subiecto. Vnde ex illis præmissis istæ partes essentiales sunt Petrus & Paulus, Petrus & Paulus sunt partes integrales: concludendum est, ꝙ partes essentiales seruetur appellatio. Et eadem ratione negãdum, sunt res, quę sunt partes integrales, vt est, quòd materiæ & formæ Petri & Pauli sunt eiusdem speciei: nam sensus est, quòd inter se sunt eiusdem speciei. Vnde ex illis præmissis, & materiæ & formæ sunt Petrus & Paulus, & Petrus & Paulus sunt eiusdem speciei: concludendum est quòd materiæ & formæ sunt res, quæ sunt eiusdem speciei. Et omnes istæ consequentiæ sunt formales: quia ly, res, ponitur solum ad seruandum appellationem.

B

¶ *Sequitur in text. Caput quartum. Vt autem physici. &c.*

¶Tex. xxxvj. Manifestũ est igitur. &c.

QVAESTIO QVARTA.

VTRVM ENTIA NATVRALIA tam ad maximum, quàm minimum terminentur.

C

Circa illud uerbum textus trigesimi tertij, ꝙ ex nihilo nihil fit, mouenda fuisset hic quæstio, nisi ꝙ inferius super text. 78. ubi Arist. sensum horum verborũ distinguit, aptius disputabitur, nempe. q. 7. utrum forma educatur de potẽtia materiæ. De illo uerò, quòd infinitum non est cognoscibile, abunde dictum est in expositione textus 35. ¶Est ergo quarta quæstio circa textũ 36. utrum entia naturalia ad maximũ terminentur, & ad minimum. Ad cuius partem negatiuam arguitur. Primò authoritate Arist. 2. de anima tex. 41. ubi ait, quòd ignis in infinitum creſceret, ſi combustibilia in infinitum applicarentur. Et ratione id confirmatur. Ignis quantuscunque sit, est actiuus: immò quanto maior, magis actiuus: ergo igne quocunque dato quantumcunq; magno, ſi applicaretur stuppa, illam combureret, ſibiq́ue uniret: & per consequens non dabitur maximus. ¶Et secundò arguitur. Si res terminarentur ad maximum, aut minimum, maximè id esset ratione quantitatis: sed quantitas de se nullam certam extensionem determinat: ex ratione enim sua nihil aliud habet, q̃ facere; partes extra partes in quacunque quantitate. ¶Et tertiò est commune argumentum: quia ſi daretur maximus homo, & poneretur in loco humido, aut ſi illi quis pugno maxillas percuteret, unde necesse esset ipsum tumescere, sequeretur, quòd desineret esse per ultimum sui esse: quod est cõtra Arist. 8. huius tex. 69. Et probatur sequela. Tumor fit per motum: & motus incipere non potest niſi per ultimum non esse, ut in lib. 3. uidebimus. Detur ergo illud instans. Tunc benè sequitur, nunc non tumescit, & immediatè post hoc tumescet, ergo nũc est homo, & non immediatè post hoc erit homo [aliàs daretur homo maior maximo] & per cõsequens desinit esse per ultimum sui esse. Quartò itidem arguitur de minimo. Quocunque ligno quantumcunque minimo dato, quæcunque pars est lignum eiusdem naturæ cum toto, ergo potest esse per se ſicut totum. ¶Et confirmatur ſicut superiùs: quia quantitas de se nullam determinat extensionem quò ad paruitatem: quia quacũque data potest esse minor. ¶Quintò tãdem arguitur: quia etiam dato minimo homine sequeretur pariter, quòd desineret esse per vltimum sui esse. Nã dato illo minimo, ſi applicetur aliquid diuiſiuum, aut cõdensatiuum, cum diuiſio & condensatio ſit motus, debet condensatio incipere per ultimum non esse: & illud erit ultimum esse illius minimi. Nam ſi nunc non condensatur, nunc est minimum

D E F

A nimum: etsi immediatè post hoc condensabitur, non erit minimum. ¶In contrarium est authoritas Aristo. in hoc tex. 36. vbi ait impossibile esse carnem, aut os, aut aliquid aliud quantacunque esse magnitudine, aut in maius, aut in minus. Quod repetit in tex. 38. dicens, quòd ex minima carne nullum segregabitur corpus: aliàs erit minor minima.

¶QVAESTIO hæc præcipua est in hoc primo libro. Et præterquâ quod infra suos ipsa physicos limites longa est, recentiores cumulatis sophismatibus longissimam eam fecere. Vnde in multas quæstiones diuiduntur. Aliam
B quæstionem de maximo & minimo, aliam de minimo naturali facientes. Est veruntamen unica: & rationes vtrique membro de maximo & minimo ferè sunt communes. Obidque unicam facimus quæstionem. Quam tamen, quia non potest non esse longiuscula, in tres distribuimus articulos. In primo exponimus terminos, communiaq; iacimus fundamenta: in secundo disputamus de maximo: atque in tertio tandem de minimo. ¶Duplicem ergo sensum habet quæstio hæc. Primus est de re: secundus de modo, idest, primus est an entia naturalia determinentur versus utrunque extre-
C mum. Itaq; forma canis non possit tantam informare materiam, quantú forma equi, nec tàm minimam, quantam forma formicæ. Alius sensus est, utrú esto non possit canis sub quacunque esse quantitate: terminetur tamen intrinsecè per maximú quod sic, & per minimum ℘ sic: an extrinsecè per minimum, quod non, & maximum quod non. ¶Sunt ergo primùm interpretandi quatuor hi termini. Maximú quod sic, est ille terminus quãtitatis, sub forma naturalis esse potest, & sub nulla maiori. Minimum ℘ non, est ille terminus quantitatis sub qua forma naturalis esse non potest, & sub quacunq; minori [quę non sit minor termino parui-

Maximũ. Minimũ.

tatis] esse potest. Et isti sunt termini magnitudinis: primus quidem intrinsecus: secundus uerò extrinsecus. Minimum ℘ sic, est terminus quantitatis sub qua forma naturalis esse potest, & sub nulla minori. Maximum ℘ non, est terminus quantitatis, sub qua forma naturalis esse non potest, & sub quacunque maiori [quæ non sit maior termino magnitudinis] esse potest. Quod dicimus de termino quantitatis quò ad esse formæ substantialis, proportionabiliter applicari potest ad potentiam, & ad motũ, & ad res alias, quæ terminantur per maximum & minimum. Vt maxima distantia, ad quam terminatur uisus, est illa, ad quam potest videre, & ultra illam non potest, & minima, quæ non, est illa ad quam non potest, & ad quamlibet minorem potest. Et maximum pondus, quod potentia potest portare, est illud, quod potest, & nullum maius potest. Et minima frigiditas, quam calor, ut 4. non potest uincere, est illa quam non potest [puta frigiditas] ut 4. & quamlibet minorem potest. Et proportionabiliter in reliquis. ¶Est secundò notandũ, ℘ in quacunq; materia ex duobus sub cõtrariis infertur alter disiunctiuè istorum terminorũ hoc modo. Est aliqua materia, quam forma hominis potest informare, & aliqua, quam propter eius magnitudinẽ non potest. Item est aliqua materia, quam talis forma potest informare. & aliqua, quã propter eius paruitatem non potest: ergo datur minima, quã potest, uel maxima, quam non potest. Et suo cuiusq; modo in reliquis. ¶His suppositis quęstio, præter sensus super signatos, adhuc potest intelligi in triplici sensu. Primus de facto: utrum inter entia, quæ modò sunt sit dabile corpus maximũ, uel simpliciter, ita ℘ nullũ aliud cuiuscunq; speciei sit maius, aut in propria specie, itaq; nullum eiusdem speciei sit maius. Et proportionabiliter de minimo. Secundus sensus est de possibili

D

E

F

Sẽsus tres quæstionis.

supra-

A supranaturaliter, utrũ detur aliquod corpus ita magnum, ut Deus supranaturaliter non possit facere maius, aut simpliciter, aut ĩ sua specie: aut ita parvum, ut non possit facere minus. Tertius denique sensus est de possibili naturaliter: & solus iste est ad propositũ: tametsi de prioribus duobus singula uerba adnotamus. ¶In primo sensu non est dubium, quin suprema cœlestiũ sphera sit in rei ueritate maxima: non solùm negatiuè, ut nullum sit maius corpus sed positiuè: ut sit quocunque alio maius. Immo eadem sphera est omnium maximũ corporum, quæ
B naturaliter esse possunt, non tamen eorum maximum, quæ deus supra naturaliter potest facere. ¶At uerò in singulis rerũ speciebus necessarium est dare maximum, quod sic negatiuè. Aut enim inter homines, qui modò sunt, est unus homo alios quantitate excellens: & tunc erit maximus positiuè: aut sunt aliqui æquales, alios uerò omnes excedẽtes: & tunc quilibet eorum est maximus negatiuè. ¶De minimo uerò manifestum etiam est, aliquod esse modò minimum omnium rerum, quæ sunt in mundo. Nondum tamen compertum est, quodnam sit illud: nisi dicas illud esse minimum. In singulis autem speciebus est minimũ, quod est per se subsistens in illa spe-
C cie, aut positiuè, aut saltem negatiuè, ut dictum est de maximo. ¶Sed de partibus, quæ sunt entia tantùm in potentia neque est dabilis maxima, neq; minima: ut patet diuidenti continuum per partes proportionales. Etenim uersus illud extremum, quò tendit diuisio, non est dabilis minima, & uersus aliud nõ est dabilis maxima: nam tres quartę est maior pars, quàm medietas, & tres quartæ cum una octaua est maior. Et ita consequenter. ¶Proportionabiliter loquendum est de quantitate discreta. Numerus enim rerum, quæ actu sunt in mundo separatæ est maximus de facto numerus, & finitus: sicuti binarius duarum rerum est D minimus. Hoc adnotauerim si modò possem persuadere philosophis huius ætatis, ne de partibus loquantur, ac si essent entia separata. Aiunt enim, q̃ nullus est maximus numerus citra infinitum: eò q̃ partes continui sunt infinitus numerus. Quod tamen expressè Aristotel. negat. 3. huius text. 68. & 69. ubi expresè ait, quòd numerus nõ est infinitus, nisi in potentia: quia numerus fit per actualem diuisionem cõtinui in plures unitates: & ideo quocunque dato potest dari maior: sed quia continuum non potest esse diuisum in omnem suam partem, fit, ut E nec numerus possit esse infinitus. Vnde continuum nec est plura simpliciter, nec est numerus: sed omnes partes sunt unum, ut frequentissimè repetit Aristote. Et eadem ratione nulla pars ipsius continui est maior, aut longior, quàm ipsummet continuum. Fingunt enim in pedali lineam giratiuam, cuius prima pars circuat primam partẽ proportionalem: secunda verò secundam, & ita consequenter. Et hanc dicunt esse infinitè longam. Quod profecto falsissimum est, cùm non sit actu separata, immò nec fortè est separabilis, ut uidebimus lib. 3 quæst. de infinito. Quare nulla pars pedalis est longior, quàm pedale. Nec illa prima F pars lineæ giratiuæ est longior, quàm semipedale, quia non ultra extenditur secundùm longitudinem. Et non solùm Aristot. sed quicunque sapiens ita loqueretur. Fateor tamen, q̃ si filum separatum circuiret illo modo primã medietatem pedalis esset tam lõgum, quàm faceret circulum, sed non posset illo modo circuire omnes partes proportionales. ¶Hinc sequitur contra quosdam in hoc loco, q̃ in rei ueritate est nunc maxima uelocitas motus, ut patet de uelocitate primi mobilis. Negant tamen hoc quidam hac ratione, quia cum primum mobile moueatur super polos, quãtò partes sunt

propin-

A propinquiores polo, tantò minorem circulum describunt[ut in sphera materiali quisque potest uidere] & cum nullum sit pars propinqua polo qua non sit alia propinquior [si diuidatur orbis per partes proportionales uersus polum] & per consequens illa minorem circulum describat, dicunt q̃ uersus polos nõ datur tardissimus motus: sed quocunque dato adhuc est alio tardior. Et eadem ratione, cùm nõ sit dabilis pars, ita propinqua æquinoctiali, qua sit alia propinquior [si diuidatur orbis uersus æquinoctiale] & per cõsequens maiorem circulum describat, inferunt quòd uersus æquino-

B ctialem non datur velocissimus motus: sed quocunque dato alius est uelocior. Eodem modo si diuideretur orbis secundum grossiciem, tunc uersus conuexum nõ datur velocissimus motus, quia quacunque parte data adhuc est alia propinquior, quæ facit maiorem circulum. ¶Hæc tamen profectò nõ sunt philosohica: nam figurare possumus punctum in superficie connexa primi mobilis in linea æquinoctiali: quod quidem faciet maximum circulum: & per consequens ille est uelocissimus motus totius orbis. Et hoc siue dentur lineę & superficies indiuisibiles, siue non: quia sicut partes non

C sunt act. indistinctę à toto, sed efficiũt unum cum toto, ita nec motus partiũ est alius à motu totius. Et ideo totum primum mobile mouetur tàm uelociter, quàm illud punctum ad imaginationem signatum. Vnde in primo mobili nec datus motus tardior, nec uelocior nisi in potẽtia: quia scilicet per potentiam supranaturalem possunt actu diuidi illę partes. Sed de his satis. De secundo sensu quæstionis an detur aliquod ita maximum, quòd Deus supranaturaliter non possit facere maius sermonem, facturi sumus articulo sequenti, postquam uiderimus quid sit de potentia naturali.

Articulus secundus. ¶In secundo igitur articulo uidendum est, an entia naturalia terminentur ad maximum, ita ut nõ possint esse naturaliter sub maiori quantitate. & ut diximus in principio, duplex est sensus: primus de re, an homo v.g. nõ possit esse quantacunque quantitate maximus, nec quantacunque minimus: & secundus de modo, utrum terminetur intrinsecè per maximum, q̃ sic, & minimum, quòd sic, an potius extrinsecè. Vnde ad ambos sensus respõdemus sex conclusionibus tam de potentia naturali quàm de supranaturali. ¶Et ut certa ab incertis discernamus, prima conclusio est. In omnibus 1.Condu.
uiuentibus, tam in animalibus quàm in plantis, est dabilis certus terminus E
augmenti & decrementi, siue intrinsecè terminentur, siue extrinsecè: ita ut nec possit esse homo, aut equus, aut planta, ita magnus sunt sicut mõs, nec ita paruus sicut formica. Hanc cõclusionem expressè asserit Aristo. hic tex. 36. & 38. & præsertim 2. de anima tex. 41. ubi ait, quòd omnium natura constantium terminus est, & ratio magnitudinis & augmenti. Quod uno consensu quotquot sunt philosophi concedunt. Nec de hoc est controuersia. Et primò id constat experientia: quia quod nunquam hactenus natura fecit, argumentum bonum est in naturalibus, illud natura non posse: nun- F
quam autem auditus est homo, quantus est mons, nisi quod poetæ de Atlãte fingunt. Ratio tamen conclusionis
in sequenti statim patebit. ¶Secunda 2.Condu.
conclusio. Viuentia terminantur quò ad magnitudinem intrinsecè per maximum, quod sic: ita uidetur tãtus homo, quo maior per naturam esse non possit. De hac conclusione controuersum est inter philosophos: saltem iuniores. Sunt enim, qui eam negant propter tertium argumentum principale, quod supra fecimus: quia si daretur maximus homo, non posset intumescere, quin desineret esse per ultimum sui esse. Et ideo asserunt augmẽ-

tum

A tum rerum non terminari intrinsecè per maximum, quod sic: sed extrinsecè per minimum, quod non. Sunt itē, qui illam concedentes probant: quia possent omnes causæ naturales tam bene aptari & concurrere ad productionem vnius hominis, aut equi, aut ignis, vt optimum & maximum per naturam producerent. Sed tamen priusquam à posteriori per inconuenientia examinanda est à priori veritas ex propriis principiis. Ratio verò potissima conclusionis est hæc: quam doctè S. Tho. 1. p. q. 7. art. 3. expressit. Forma quæcunque naturalis determinat sibi certa accidentia, ut ignis tantam intē-
B sionem caloris & siccitatis, &c. inter alia verò accidentia est quantitas & figura, quæ fundatur in quantitate: ergo forma [v.g.] humana, sicut determinat alia accidentia, ita determinat certam quantitatem materiæ, quam animare potest: quam cum animauerit, erit maximus homo. ¶Sed dicet aliquis hoc solum probare, quòd non poterit animare quantācunque quantitatem, non tamen probat, quòd terminetur ad maximum, quòd sic. Arguitur nihilominus ostendendo vim argumenti. Forma quæcunque intrinsecè terminatur ad certam perfectionem, quam positiuè in se habet: itaque for-
C ma æqui habet [v. g.] perfectionem ut quatuor includiuè, & forma elephantis perfectionem, ut 5. & forma hominis perfectionem ut 6. Sunt enim species sicut numeri. Tūc sic forma equi intrinsecè & positiuè includit tantam perfectionem, quæ est maxima, quam potest habere: ergo intrinsecè etiam determinat. v.g. calorem vt 7. frigiditatem, vt duo, & sic de aliis accidentibus, quæ sunt maximè eius dispositiones: ergo intrinsecè determinat tātam quantitatem, quàm informare potest, quæ intrinsecè terminetur ad maximum, & ad minimum. Quare hoc etiam argumento vtemur ad asserendum minimum. Neque ad vim rationis huius quicquam refert quantitatem distingui à re quanta necnè. Vtroque enim modo concedendum est, q accidentalis dispositio est requisita ad conseruationem formæ substantialis. ¶Secundò probatur conclusio specialiter in viuentibus. Anima viuentis auget suppositum per nutritionem conuertendo alimentum in substantiam aliti: sed hæc virtus augmentatiua est finita, cum essentia ipsius formæ sit finita: ergo dabitur aliquis terminus ultra quem non poterit progredi in augmentatione. Et quòd ille sit intrinsecus scilicet maximus, qui sic, iam probatum est: quia cætera accidentia, quę E talis forma requirit, illo modo terminantur ad maximum: ergo & quantitas. ¶Et confirmatur. Forma quæcunque viuentium determinat sibi certū tempus durationis, vltra quod progredi non potest. Alia enim animalia sunt diuturniora, quàm alia, & aliæ arbores diuturniores aliis, nihilominus animo habent suam vitæ periodum: ergo pariter in augmento est dabilis terminus. Quod vel experientia ipsa cōpertum est. Crescunt enim vsq; ad certum tempus: & tunc cessant augeri. Et tandem confirmatur authoritate Aristo. ponentis minimam carnem & F eadem ratione maximam. Hac de causa non enunciauimus has conclusiones, ut à quibusdam enunciantur, sub his verbis. Omne totum æterogeneū, id est habens partes alterius rationis, q̄ totum, terminatur, &c. nam quamuis forsan omne viuens, etiam planta, sit æterogeneum [in planta enim sunt folia, fructus & cortex, &c.] tamē causa, cur habent rationem & terminum augmenti, non est, quia sunt æterogenea, sed quia habent formā vitalem. Et ideo ut formalis esset oratio, asseruimus conclusionē sub verbo, quod eius causam insinuaret. ¶Tertia con- 3. Condu.
clusio. Quod dictum est de viuente, intelligendum pariter est de eius partibus, & aliis accidentibus, quæ ad cō

seruatio-

seruationem formæ requiruntur. Immò non solùm in viuentibus, sed etiã vniuersaliter in omnibus rebus naturalibus accidentia optimè conseruantia formam terminantur ad maximũ & minimum naturaliter. Hanc conclusionem prætendit Arist. hic in isto tex. 36. ubi facit argumentum, quòd si partes non terminantur in augmento & decremento puta caro, os, caput, &c. [de his enim partibus ut in Commen. diximus loquitur Aristot.] nec totum terminabitur. Vnde ex opposito consequentia sequitur, quòd si totum terminetur, partes etiam & accidentia terminantur. Et ratio est eadem, quam iam modò faciebamus, B quia vnaquæque forma naturalis determinat sibi reliqua accidentia, sine quibus naturaliter conseruari non potest: nec enim esse potest aqua tàm rara, quàm aer, nec aer est tàm densus, quam aqua. Et pariter calor non potest esse intensior, quàm ille, qui est naturalis igni: nec frigiditas potest esse intensior, quàm illa, quæ est naturalis Conclu. aquæ. ¶ Quarta conclusio. Elementa & omnia alia mixta non uiuentia terminantur naturaliter ad maximum, quod sic. Naturaliter inquam, id est ordine rerum uniuersalium seruato, puta orbium cœlestium & subcœlestium elementorum. Probatur manifestè. nam cœlestes orbes, cùm sint ingenerabiles & incorruptibiles non possunt per naturam ampliores & capaciores esse. Tunc sic. Concauum orbis lunæ est finitum, ergo intra illud non potest maior esse ignis, quàm quem orbis lunæ capiat. Eadem ratione probatur de aere, quia non potest esse maior aer, quàm qui contineatur sub orbe ignis existentis sub ultima condensatione, qua esse potest: aer namque crescere non posset sursum, nisi ignis condensaretur: nec deorsum, nisi condensaretur aqua: & cum ut præcedens conclusio asserebat, deueniendum sit ad summam condensationem & ignis & aquæ, ita vt sub maiori talia elementa esse non possent, non posset amplius aer crescere. Et eadem est ratio de mixtis. ¶ Quinta conclusio. Igni ex sua natura non repugnaret in infinitum crescere, si infinita combustibilia ei applicarẽtur: atque adeo in hoc sensu non terminatur eius augmentum, nec intrinsecè per maximum, quod sic, nec extrinsecè per minimum, quod non. Hanc conclusionem manifestè asserit Aristote. loco citato in primo argumento principali. Neque earum vlla quæ à doctoribus plurimæ dantur, satisfacit solutio. Dicere namque quod illa applicatio combustibilium E non est possibilis naturaliter, nihil ad rem: iam enim id nos concessimus in conclusione quarta. Sed loquimur conditionaliter, si signato igni, quem illi ponunt maximum, applicaretur stuppa, an ignis augeretur. Respondent aliqui asserentes maximum ignem, quòd applicata stuppa non inflammaretur: non ex defectu particularis agentis, sed ratione vniuersalis naturę. Quemadmodum aiunt, aqua per foramina clepsydræ attracto aere ascendit, ne detur vacuum in clepsydra, natura vniuersali id prouidente. Alij dicunt, quòd bene inflammabitur tunc, sed non uincetur igni, ne detur maius maximo: alii uerò q bene quidem vincetur, sed tanta particula aliunde maximi ipsius ignis corrumpetur. Istæ tamen solutiones uoluntate magis quàm ratione nituntur. Nam non disputamus suppositio ordine uniuersali rerum: iam enim asseruimus conclusione quarta, quòd suppositis locis, & aliis dispositionibus naturalibus elementorum datur maximus ignis, & maximus aer. Et tunc benè respondetur, quòd si elementa essent in summa densitate intra concauum lunæ, implicat posse ignem crescere sine corruptione. Sed solùm disputamus de natura particulari

ignis,

A igũis, si disputationis gratia poneretur extra orbes cælestes, & illic applicaretur stuppa. Tunc autem profecto dicere, ꝙ non inflammaretur, est dicere cõtra naturam ignis, qui quanto maior est, tantò magis est actiuus: est mirabile, ꝙ minor ignis posset illam stuppam comburere, & non ille maximus. Et dicere, ꝙ non voletur illis nisi alia pars corrumpetur, est contra communem sensum humanũ. Nam tũc ex tali vnione nulla sequereẽ dissolutio, aut euersio vniuersi. Vnde potius profecto negarem decies Aristotelem, quàm hanc conclusionem possem mihi persuadere. Non enim propter authoritatẽ Ari
B stoteaue cuiuscunque asserentis maximum naturale, debemus concedere id quod multò plus repugnat modo concipiendi, quàm rationes ponderent naturales persuadentes maximum. ¶ Sed his prætermissis probatur quod hæc fuerit expressa mens Aristotel. Loco enim citato 2. de anima, tex. 41. expresse voluit hanc constituere differentiam inter ignem & uiuentia, quòd viuentia habent terminum augmenti: ignis verò non. Tractat enim illic quæstionem, vtrũ ignis sit tota causa augmenti in viuentibus, vt quidam philosophi opinabantur. Id Arist. falsum esse probat ex eo, ꝙ ignis nullum
C habet terminum augmenti, sed tandiu sine termino augetur, quandiu combustibile applicetur, illa verò (inquit) ꝙ natura constant, terminum habent, & rationem augmenti. Et eadem est illic sententia. S. Tho. ¶ Et ratione præterea confirmatur, quia ratio quare forma determinat sibi quantitatem, vt diximus in secunda conclusione, est, quoniam ens naturale augetur ex virtute formæ conuertentis alimenta in substantiam alicui, nec potest seipsam augere nisi augendo totum, & quia virtus formæ est finita, inde fit, vt habeat terminum augmenti. Hæc verò ratio non currit de igne: nam forma ignis non nutrit, ab intrinseco ignem nutriendo singulas partes, ut forma D
animalis, sed crescit applicata ab extrinseco noua materia per iuxta positionem, quam ignis comburendo vnit sibi. Quæ proinde non est propria augmentatio, sed impropria. Et ideo cùm semper crescente ab extrinseco forma ignis crescat virtus actiua, nullus datur terminus, aut virtutis, aut augmenti. Certè re attentè inspecta videtur conclusio & Aristotel. esse expressa, & secundùm rationem necessaria. Quod de igne dictum est, de aere, & de aqua eadem ratione intelligi potest. Nescio tamen an eadem sit ratio de omnibus mixtis homogeneis, vt putà de auro & de argento. Saltim non vi- E
detur ita certum, quia formę istorum sunt quodammodo vegetatiuæ, quæ conuertunt terram in se. Sed tamen forsan idem est de istis, quia nec ista est augmentatio propriè dicta, ut partes intrinsecè nutriantur, sicut in animali: sed fit per extrinsecam appositionem. ¶ Quòd si quis arguat quòd Aristote. in hoc tex. & 2. de anima tex. 41. absolutè ait, quòd omnium natura constantium est terminus augmenti. Respondetur primò, quòd. 2. de anima expresè per natura constantia intellexit uiuentia, quandoquidem ignem non connumerauit inter
F natura constantia, sed potius distinxit ab illis. Et in hoc loco idem videtur sentire: quia exemplum nunquam posuit nisi in carne & osse & reliquis partibus animalium. ¶ Secundò respondetur, quòd quamuis de omnibus rebus naturalibus uniuersaliter loquatur, intelligit tamen suppositio ordine vniuersi, ut in. 4. conclusione dictum est. ¶ Sed restat argumentum in uia. S. Thom. qui videtur statuere terminum augmenti in omnibus etiam inanimatis, nempequi. 1. p. q. 7. art. 3. negat in vniuersum ens aliquod naturale posse esse infinitum: & tamen ex illa conclusione videt sequi ꝙ detur ignis infinitus si quidem

A ſiquidem eius augmentũ nõ habet terminum.¶ Caieta.adducens illic authoritatem Ariſto. contra S.Tho. effingit neſcio quam diſtinctionem, certè, vt pace doctiſſimi authoris dixerim] parũ phyſicã. Ait nanq; maximũ ignẽ dupliciter intelligi: vno modo de igne per ſe uno : alio modo de igne per accidens vno . Ignem perſe vnum appellat illum , qui naturaliter non diuiſibilis eſt in duos ignes per ſe exiſtens : ſicut ſi minimum naturale ignis ſit digitale,ignis digitalis: & quicunq; maior citra ignem duorum digitorũ, eſt ignis per ſe vnus: quippe qui nõ ſit diuiſibilis in duos,alias daretur minor minimo. Ignem verò duorum digito-
B rum, & quencunque maiorem,appellat ignem per accidens vnum: quia poteſt diuidi in duos.Tunc ait, ꝙ in igne per ſe vno datur maximus : ſed in igne per accidens vno non datur maximus, niſi propter ordinem vniuerſi.¶ At verò ſignificatio illa de igne per ſe vno nec habet fundamentum in Phyſica, nec probabilitatem.Certè tunc maximus per ſe ignis naturalis nõ ſufficeret calefacere manum : nec maxima aqua ſufficeret extinguere ſitim.Et præterea eſt implicatio in dictis.Si enim digitalis ignis eſt per ſe ignis,& quicũque citra ignem duorum digitorũ,qui iam non eſt per ſe vnus,manifeſte ſequitur,
C ꝙ nõ eſt dabilis maximus per ſe vnus, nam quocunque dato digitali adhuc eſt dabilis maior citra bidigitalem , vt patet, ſi ſecundam digitalitatem diuidas per partes proportionales.Id autẽ, quod ſecundo dicit videlicet, quòd in igne maiori duobus digitis non datur maximus , verum eſt,quia expreſſe eſt noſtra concluſio, niſi quòd nõ deberet vocare vnum per accidens , poſtquam ignis quãcunq; fuerit , eſt tam verè vnum ens, quàm eſt vnũ animal.¶ Igitur quantum attinet ad S.Tho.conceditur , ꝙ non datur ignis , nec aliquod ens naturale infinitum,non ſolùm per naturam , ſed forte ꝙ nec deus id poſſet facere. Et hoc nos fatemur, vt lib. D
iij. diſputabimus : quia quodcunque ens naturale vẽdicat ſibi aliquam figurã, & infinitum nullam poteſt habere: & propter alias preſſius vrgentes rationes. Attamen nulla:enus ſequitur , ſi ignis nõ poteſt eſſe infinitus, quæ detur ſubinde certus terminus eius augmenti:immò dicimus.quòd quocunq; dato extra cælum , adhuc augebatur ſi continuo applicentur combuſtibilia . Nihilominus nunquam deuenietur ad tempus,quo ſit infinitus. Quemadmodum licet poſt hac tempus eſſet perpetuum,nunquam tamen poſſet peruenire ad inſtans in quo fuiſſet tranſactum infinitum.Et quemadmodum per diuiſionem cõtinui quocũq; numero dato E
dabitur maior,ſed nunq̃ dabitur numerus infinitus .

¶ DE POTENDIA verò abſoluta Dei Scotus lib.3.di.13.q.1 opinatur poſſe dari ſummã qualitatem finitam, ita vt nec deus poſsit eam amplius intendere,qualem inquit eſſe gratiam Chriſti, cum quo Caieta.1.2.q.24.art.7. & 3. p.q.7.art.11.& 12.videtur conſentire. Scotus.
Sed contra Scotum poſſumus primò arguere ad hominem Nam in 2.diſt.2. q.9.tenet expreſſè noſtram quintã cõcluſionem,ſcilicet quòd ignis non habet terminum augmenti, ſed quocunque dato poteſt dari maior , ergo à fortiori ſupranaturaliter quacunque qua F
litate poteſt deus facere maiorem.¶ Et præterea,quicquid ſit de concluſione: certè ratio eius non ſolùm non probat ſuum intentum, ſed potiùs contrariũ. Arguit enim ſic. Detur qualitas. 2. alicuius intẽſionis,puta vt vnum:& quæritur an aſcendendo detur ſtatus ad aliquam ſupremam, & habetur propoſitum . Quod ſi non datur ſtatus , tunc quantò aliqua plus excedit hanc, erit perfectior,& per conſequens illa,quæ in infinitum excedit,erit infinitè intenſa:quod eſt impoſſibile.Sed tamen nos dicimus, quòd aſcendendo non datur ſtatus:& cõcedimus,quod quãtò plus

aliqua

A aliqua excedat hanc, tantò erit perfectior: sed tamen non est dabilis, quę in infinitum excedat hanc. Sicuti dato binario tunc per diuisionē cōtinui quanto aliquis numerus magis excedit hūc, est maior & nullus dabitur, quin alius adhuc magis excedat, nullus tamē dabitur in infinitum excedens. ¶Est ergo

6. condu. 6. conclusio. De potentia Dei absoluta nullum dabitur maximum ens, neq; in uiuentibus, neq; in nō uiuētibus, neq; in accidentibus, neque in substantiis, neq; simpliciter, neque in propria specie: sed eius potentia solùm terminatur exclusiuè ad infinitam creaturam. Itaque infinitum nō potest facere, sed

B citra illud quocūq; dato potest maius. Neque tamen Deum non posse infinitum producere, euenit ex eo, ꝙ eius potentia sit terminata, quippe cuius est infinita potentia. Sed quia infinitū non est factibile magis quàm chimera. Sed de hoc lib. 3. Probatur igitur conclusio. Primum de substantiis inanimatis iam probatum est in quinta conclusione ꝙ naturæ illarum nō repugnat augmentum quodcunque. Sed difficultas esset de uiuentibus, utrū Deus posset facere unum hominē, aut equū, aut arborem, quantum est primum cœlum. Et uidetur ꝙ non, qm̄ Deus nō potest facere hominem, qui non sit rationalis &

C risibilis, quia hoc est de intrinseca ratione illius: sed tamen de intrinseca ratione est, ꝙ habeat certā quantitatem & organizationem, quæ non potest esse in tanta quātitate cœli. Et præsertim uidetur ꝙ nō potest seruare hominem sub quacūque raritate: nā sub raritate aeris non posset esse animalis organizatio. His non obstantibus probatur cōclusio. Quicquid Deus potest facere cum causis secundis, potest facere se solo: sed conseruat res mediantibus dispositionibus accidentalibus ergo sine illis poterit se solo conseruare, & per consequens pōt seruare hominem & equum sine debita quantitate. Et tūc quodcūq; dato potest facere maiorē, & in quacunque quātitate pōt D seruare formam membrorū. Immo pōt hominē sine organizatione seruare: nā organizatio non est pars essentialis hominis, sicut esse animal, aut esse rōnale: sed est sicut accidens illius. Et ideo pōt seruare hominē sub figura circulari, & sub raritate aeris, & sub calore ignis, & sub frigiditate aquæ. Hoc solum nō potest facere ut non fit anima rationale, & per consequens nec pōt augere essentialem perfectionē hominis, nam illa consistit in indiuisibili, ircircò si augeretur, desineret esse homo. ¶Quod si quis arguat, ꝙ ille homo existens extra suam naturalem dispo- E sitionē nō posset exercere operationes uitales: ut sub raritate aeris non posset comedere, quia nō haberet duros dentes nec haberet stomachum, nec pedes, &c. ergo non esset homo. Respōdetur concesso antecedenti. Saltim de illis operationibus, quæ indigent organis corporeis [posset nāq; intelligere & uelle] sed negatur consequentia: nā modò posset me Deus seruare sine oculis & alijs sensibus: sine pedibus, sine maxillis, &c. ita ut nullam operationē exercerem, & nihilominus essem hō. In materia uerò solida quātacūque finita, posset hō exercere aliquas operationes corporeas. ¶Eadem ratione in F intentione qualitatum non est terminus de potentia Dei absoluta, sed quocunque calore dato pōt adhuc intendi sine termino: dummodo per miraculū Deus rem conseruet. Si intentio fiat per additionem graduum, potest Deus iam per nouum gradum producere & unire: si uerò per radicationē, proportionabiliter arguatur: nam subiectum recipere maius accidens nō arguit nouam uirtutē in illo. Quod si quis obijciat authoritatem S. Tho. 3. p. q 7. art. 12. ad primum argumentum, ubi ait, ꝙ gratia Christi fuit summa, qua non potuit dari maior, licet fuerit finita. Respondetur, quòd illa in genere gratiæ fuit infinita: nam per illam Christus

A fuit acceptus ad quancúque gratiã conferendã hominibus sine termino, etiã si esset infiniti: sed in genere qualitatis, licet fuit infinita, fuit tamẽ summa, qua nõ potuit esse maior de lege. Et ideo ponit S. Thomas exẽplũ in naturalibus: sicut cælo [inquit] non potest fieri additio. Non tamen negasset de potẽtia dei absoluta posse augeri in genere qualitatis. Nam de veritate, quæstione. 29. articu. 3. ad tertium ait, ꝙ potentia obedientiæ creaturæ ad deũ est talis capacitas, quę nõ potest impleri: sed quicquid Deus de illa faciat, adhuc est in potẽtia ampliùs recipiendi.

Ad primũ & ad secundum. ¶ Ad primum igitur argumentũ principale cũ sua confirmatione iã responsum est. ¶ Ad secundũ respondetur ꝙ terminus augmẽti nõ cõuenit rebus na-

B turalibus rõne quãtitatis, sed ratione formę naturalis. Vñ S. Tho. 1. p. q. 7. art. 3. ait ꝙ corpus secundũ ꝙ cõsideratur mathematicè abstrahẽdo à materia sensibili non determinat sibi augmẽtũ incrementi, aut decremẽti, sed corpus naturale ratione formæ qnæ certã sibi vẽ-

Ad tertiũ dicat quantitatem. ¶ Tertium verò principale argumentum tanti fuit momenti apud Paulum Venetum [quem multi sunt ex iunioribus sequuti] ut negaret augmentum terminari inclusiuè per maximum, quod fic, sed terminatur [inquit] per minimum, quod

C non. Quam putat esse opinionem Commentatoris. Sed re uera Commentator & lib. 6. tex. 32. & in alijs frequenter locis & Themist. & Philopo. intrinsecè tenent terminari & augmentum per maximum quod fic, & decrementum per minimum quòd fic. Alij satis se respondisse credunt, dicentes, quod tumor & inflatio fieri nequit: nisi præcedente aliqua alteratione, ut est calefactio, uel putrefactio, uel quid simile: & in tali alteratione datur minima dispositio quæ sufficit ad inflationem. Tunc aiunt, quod illud instans, in quo primo est illa qualitas, est ultimum non esse inflationis & primum non esse illius maximi hominis. Et ideo non definit per ultimum sui esse. D

¶ Hanc vero solutionem plane intelligere non possum: nam supposito quòd ille homo maximus solum corrumpatur ratione inflationis, cum nunc non sit inflatio, videtur quòd adhuc sit hõ: qm̃ illa dispositio eodem modo debet corrumpere hominem, quo causat inflationem: & per consequens: si virtute illius nunc non est inflatio & immediate post hoc erit inflatio, fit, ut nunc sit homo & immediate post hoc non erit hõ: & per consequens definit per ultimum esse. Et præterea quando tumor eleuatur per hoc E quòd vespa mordet cutem, videtur quòd illud primum instans cõtactus est vltimus non esse tumoris: & tamen illud non potest esse instans non esse hominis, quia tunc primò vespa tangit: & per consequens erit vltimum instans esse hominis: quod prætendit argumẽtum. ¶ Aliam ergo mihi videor elicere solutionem ex ratione ipsa cõclusionis. Maximum enim quod datur in viuentibus, solũ intelligitur terminus ille quantitatis, ad quẽ terminatur augmentum naturale, scilicet illud, quod forma in sua naturali dispositione facit ex alimento. Itaq; ille vocatur maximus, quo non potest dari maior per naturalem nutritionẽ ab intrinseco. Huic F verò non repugnat, vt detur maior per uiam corruptionis. Volo dicere, ꝙ maximus homo, & maximus equus non subest maius periculum mortis per viã inflationis, q̃ alius quilibet citra maximũ, mirabile .n. esset, ꝙ morsu vespæ: aut si bucca aut venter extẽderetur, statim periret. Sed veniente causa inflationis inflabitur quoadusquè ifirmitas eũ naturaliter corrumpat. Et in illa infirmitate dabitur minimum distemperamentum, sub quo homo esse non potest: & illic primum non esse hominis: sicut in alijs infirmitatibus. Ita vt sub illo distemperamento esse non potest homo,

Quo intelligitur maximus hõ.

A homo, & sub quolibet minori distemperamento esse potest. Quò fit, ut licet detur maximus homo, quē forma hominis in sua naturali dispositione potest facere, nihilominus in uia corruptionis nō dabitur nisi minima inflatio sub qua non potest esse.

¶Et per hoc soluitur aliud argumentum, quod alias esset molestissimum ad uersus tertiam conclusionem: ubi dictum est, quòd aliæ etiam quidditatiuę dispositiones terminantur ad maximum, quod sic. Arguitur enim contra. Detur uerbi gratia, quod calor, sub quo potest conseruari forma hominis sit, ut quatuor. Itaque debitum tempe-
B ramentum. v.g. sit caliditas & frigiditas ut tria, sed potest durare infirmus quoadusq; calor intēdatur ad quatuor. Tūc sic: Calor ut quatuor est maximus calor, sub quo homo potest esse: ergo homo definit esse per ultimum sui esse: nam in illo tempore, quo calor continuè intenditur dabitur instans, in quo primo calor est, ut quatuor, & immediatè post illud erit maior: & per consequens in illo instanti erit homo, & nō immediatè post illud erit. ¶Respondetur autem, quòd tertia conclusio intelligitur hoc modo, quòd ad introductionem formæ datur minima dispositio, quæ sufficit, qua posita res incipit
C esse per primum sui esse. Illa tamen dispositio potest crescere quoadusque ueniat ad optimam, quæ est maxima. V.g. maxima dispositio hominis est, ut habeat calorem. v.g. ut tria, humiditatem ut duo, & sic de alijs humoribus. Est tamen latitudo: quia crescente, aut decrescente colore adhuc homo potest uiuere: licet infirmus: non tamen datur minimum temperamentum, sub quo potest conseruari: alias defineret esse per ultimum sui esse: sed datur minimum distemperamentum, sub quo non conseruatur. Vnde calor, sub quo conseruatur, non terminatur ad maximum quod sic, sed ad minimum quod non. Itaque crescente febri sub calore, vt. 4. esse non potest: & sub quolibet minori D (citra minimum esse potest. Et ideo in stanscaloris ut 4. est primum) non esse hominis. Et pari modo, si moritur homo per defectum caloris, non dabitur minimus sub quo potest conseruari, aliàs desineret esse homo per ultimum sui esse: sed datur maximus, sub quo non conseruatur, ut si ille uerbi gratia sit calor ut duo, tunc instans, quo est calor ut duo, est instans primum nō esse hominis. In aqua hoc fit manifestum. Minima enim frigiditas, quæ requiritur ad generationem aquæ est uerbi gratia frigiditas, ut sex quæ crescit usq; ad octo, quæ est maxima E dispositio aquæ. Sed quando calefit ab igne poterit conseruari sub frigiditate ut quatuor, minori forsan, quàm requirebatur ad eius generationem. Non tamen datur minima frigiditas, sub qua potest conseruari, alias desineret aqua per ultimum sui esse: sed datur maxima, sub qua non potest cōseruari. Quæ si uerbi gratia sit ut tria, illud instans, in quo est frigiditas ut tria, est primum non esse aquæ. Hæc omnia nituntur illo fundamenta Aristotelis, quod uidebimus. 8. huius text. us. 96. uidelicet quòd res permanentes incipiunt per primum sui esse, & desinunt per primū non esse. ¶ Iuxta hoc ipsum fundamē- F tum intelligēdum est aliud de maxima & minima densitate & raritate. Datur enim minima densitas & minima raritas, quæ requiritur verbi gratia ad generationem aquæ: ita ut sub minori generari non pōt: illa uero sub qua aqua in naturalissima dispositione conseruatur, terminatur ad maximam, id est ad optimam: sed tamen illa sub qua simpliciter potest conseruari, non terminatur ad maximum, aliàs daretur ultimum instans esse aquæ. Si enim aqua per continuam rarefactionem uertitur in aerem, & raritas, uerbi gratia ut unum est maxima, sub qua potest esse, illud instans, in quo est rara ut unū, esset ultimum instans illius: quia immediatè

A post illud erit maior raritas. Sed dicendum est, ꝙ raritas, uerbi gratia vt unū, est minima, sub qua non potest conseruari aqua: & minima, sub qua generatur aer. Et sic saluatur, ꝙ illud instans transmutationis aquæ in aerem est primum instans non esse aquæ & primum esse aeris, ut docet Aristoteles octauo huius. Eodem modo si aqua per condensationem conuertatur in terram, danda est minima condensatio, sub qua non potest conseruari aqua, quæ est minima, sub qua generatur terra. Vnde sequitur, ꝙ qui admittunt maximam densitatem, sub qua conseruatur aqua, & maximam raritatem, sub qua con-
B seruatur aer, non philosophãtur à priori ex principijs & naturis rerum: sed solùm à posteriori inferendo sophistica inconuenientia: quæ pro libito & fingunt & dissoluunt. ¶ Quòd si quis arguat. Sicut augmentum caloris in homine, & augmẽtum densitatis in aqua non terminatur intrinsecè per maximum quod fic, sed per minimum quod non: ita terminetur augmentum quantitatis. Respõdetur quòd augmentum quidem, quod fit à forma naturali per nutritionem, illud quidem terminatur ad maximum: sed illud quod fit uia corruptionis per inflationem, iam dictum est non terminari, nisi per minimum quod non.

C ¶ Textvs demum articulus positus est in disputatione de minimo naturali. De quo sunt duæ opiniones. Prima est Scoti in 2. senten. distinctio 2. quæst. 9. negantis simpliciter minimum saltem in homogeneis, nam in æterogeneis putà in uiuentibus id negare non potest. Non enim solum negat minimum ad hunc sensum, ꝙ res non terminentur ad paruitatem per minimum quod fic (nam hoc non esset adeo improbabile) sed negat simpliciter terminari quò ad paruitatem, aut per minimum quod fic, aut per maximũ quod nõ. Ait nãq; nullã esse quantitatem tam minimã ignis, quin quæcunq; eius pars possit per se subsistere, D sed solùm, inquit, in rebus animatis posuit Aristo. terminum augmenti & decrementi 2. de anima. Opinio hæc in hoc sensu est profectò singularis, nam siue per minimũ quod fic, siue per maximum quod non, nullus est, qui neget res terminari quò ad paruitatem. ¶ Respondetur ergo ad quæstionem quinq; conclusionibus. Prima. Substãtiæ uniuersæ tam uiuentes & æterogeneæ, ꝙ elementa & alia mixta homogenea terminantur naturaliter quò ad paruitatem. Conclusio imprimis de animatis à nullo, neque ab ipso Scoto negatur, nam organizatio, quæ requiritur in uiuentibus, etiam in plantis conseruari E nequit naturaliter sub quacunq; quantitate: neque enim homo, nec equus, nec oliua tam parua esse potest naturaliter ut granum sinapis. Sed quòd uera etiam sit generaliter de omnibus, saltem apud Arist. non est dubiũ: quippè qui in hoc text. 38. expressè ait contra Anaxagoram, quòd ex minima caro non est separabilis caro. Neque responsio Scoti uidetur plenè satisfacere, dicentis ꝙ ad intentionem philosophi satis est, ꝙ deueniatur ad tam paruam carnem, ut de illa non possit separari æqualis pars illarum quæ separatæ sunt, cuius oppositum uidebatur sequi ex opinione Anaxagoræ: non tamen (inquit) negasset Arist. quin à quacunq; carne fit separabilis aliqua portiuncula semper minor & minor. Non inquam satisfacit solutio, nam Aristo. duas inter aliàs facit rationes contra Anaxagoram. Enimuero text. 36. arguerat de partibus, quæ separantur, quòd non poterant semper esse minores & minores, quin daretur terminus paruitatis illarum, & per consequens, si segregatio procedit in infinitum, dantur infinitæ partes æquales in carne. Postea in tex. 38. arguit de illa re, qua fit separatio, quod etiam terminabitur quo ad paruitatem, ita ut ex illa nihil esset prorsus separabile: ne

1. concin.

F

possit

A posset proteruè dicere Anaxagoras, ꝙ saltem à quolibet fine termino potest aliquid separari. Fateor, ꝙ Aristo. non fuit solicitus de termino paruitatis per minimum quod sic, aut per maximum quod non. Neque de ista differentia terminorum usquam meminit. Sed tamen expressè uoluit, quòd saltem terminarentur quò ad paruitatem. Et licet posuit exemplum de carne & osse: idem intellexit de aqua, de qua facit illic mentionem. Et confirmatur ratio authoritate Themistii, & omnium expositorum Aristo. & præsertim Commentatoris hic & lib. 6. commen 32. & 69. & alibi sæpè.

B ¶ Et secundò. Experientia videtur quodammodo illud probari. Videmus enim, quòd per maximam contritionẽ, aut contusionem res corrũpuntur, ut triticum in molẽdino, cũ fit farina, forsan mutat speciem, quia sub puluere non conseruatur triticum. Et apud pharmacopolas per nimiam contusionem simplicium ad facienda emplastra res corrumpũtur: quia nõ possunt sub tam parua quantitate conseruari. Tametsi forsan hoc non fiat sine aliqua alteratione. ¶ Secunda cõclusio. Nihil repugnat res terminari p minimũ qd̃ sic, saltem quò ad generationem, ita ꝙ detur minima quantitas, quæ requiritur ad generationem ignis, ut sub minori nõ possit generari, & minima, quę requiritur ad generationem aquę, & sic de aliis. Conclusio est Commentatoris 6. huius commen. 32. & lib. 7. cõmen. 2. & alibi frequenter. Et ratione probatur. In aliis dispositionibus datur minima, quæ requiritur ad generationem, ut dictum est in articulo superiori, ut minima intensio frigiditatis, quę requiritur ad introductionẽ aquę, minima densitas, &c. eo ꝙ res incipiũt esse per primum sui esse: & ideo illud instãs, in quo minima est dispositio, est primum instans esse rei: ergo eadem ratione dabitur minima quantitas, quę requiritur ad generationem. ¶ Et confir. sicut secunda conclusio superioris articuli: quia essentialis perfectio formæ terminatur intrinsecè & positiuè, ergo & quãtitas, quæ requiritur ad generationem. ¶ Tertia conclusio. Non datur minima quantitas in corruptione rerũ, quæ fit secundũ ordinem naturalem, sub qua res potest conseruari. Probatur cõclusio ex dictis in superiori articulo. Quando aer per condensationem conuertitur in aquã, nõ est dabilis maxima condensatio, sub qua põt conseruari, aliàs si continua esset condensatio, illud instans, in quo esset illa maxima condensatio, putà ut duo, esset ultimum esse aeris, ergo eadẽ prorsus rõne non dabitur minima quantitas, sub qua põt conseruari aer: nã cũ per cõdensationem semper fiat minor aer, daretur eadem ratione ultimũ instans esse aeris. Igitur sicut datur minima condensatio, sub qua non põt esse aer, ita datur maxima quãritas, sub qua non potest conseruari. Semper enim obseruandum est, ꝙ illud instans medium trãsmutationis est primum instãs esse rei, quæ generatur, & primum nõ esse rei, quæ corrumpitur. ¶ Et confirmatur conclusio præsertim in uiuentibus, de quibus dictum est, ꝙ non datur minimum temperamentum, sub quo possunt cõseruari, aliàs desinerent esse per ultimum sui esse, sed datur minimum distemperamẽtum, sub quo non conseruantur. Tunc sic arguitur. Cum homo corrũpitur per diminutionem caloris, non datur minimus calor, sub quo cõseruatur, sed maximus, sub quo non cõseruatur [ut desinat homo, non per ultimum esse, sed per primum non esse] ergo eadem ratione, si corrumpatur homo per extenuationem & consumptionem per maciem, non dabitur minima quantitas, sub qua potest conseruari, sed maxima, sub qua non potest conseruari. Et hæc conclusio, quæ ex propriis principiis naturalibus à priori procedit, notanda est ad dissoluendum mille sophismata, quę fiunt in

2. conclu.

C

D

E

F

A materia de minimo: Non enim sequitur, quòd si requiratur minima quantitas ad generationem, detur etiam minima, quæ sufficiunt ad conseruationē. [In quo multi falluntur: plus enim exigitur ad generationem, quàm ad conseruationem. Et hinc Aristo. elicuit illam regulam, quòd res permanentes incipiunt per primum sui esse, & desinunt per primum non esse. ¶ Quòd si quis in contrarium adducat authoritatem Aristo. qui ait per uiam separationis deueniendum esse ad minimam carnem à qua nihil est separabile. Respondetur, quòd ipse non concessit in corruptionibus naturalibus deuenien
B dum esse ad minimum [ut statim amplius explicabimus] sed dixit, q̄ cùm res terminentur quò ad paruitatem: si per impossibile daretur per illam separationem Anaxagoræ, ut peruenirētur ad minimam, nihil ab illa poterit separari. Illi tamen non est illic curæ neque alicubi suorum operum de hac differentia, siue per minimum quod sic, siue per maximum quod non res terminentur. Neque S. Thom. neque antiqui expressam unquàm memoriā fecerunt huius differentiæ de minimo quod sic, aut maximo quod non, sed posteri illam inuenerunt. Et ideo iudicandum est de illa secundum dicta
C Aristot. in aliis locis & secundum naturam rerum. Et cum S. huius generaliter dicat, quòd res permanentes incipiunt esse per primum sui esse, & desinunt per primum non esse, hinc colligitur, quòd datur minima quantitas in inceptione, & maxima quæ non, in desitione.

4. conclu. ¶ Quarta conclusio. De potētia Dei absoluta res non terminantur quò ad paruitatem, nec homogenea nec eterogenea nec per minimum quod sic, nec per maximum quod non: sed Deus potest per miraculū conseruare quancunque rem sub quacunque minima quantitate, & sub quacunque minori: immò in puncto. Hoc patet manifestis-

simè de sacratissimo corpore Christi in D
sacramento altaris, quod totum cum sua quantitate est sub qualibet particula, & sub quolibet puncto hostiæ: & per consequens quodcunq; aliud animal, & à fortiori quācunq; aliam substantiam potest conseruare sub quacunque uoluerit quantitate. Verum est tamen, quòd conseruando hominē sub quantitate grani sinapis: & maximè si conseruaret in puncto, sicut sacramentum altaris, non posset exercere operationes uitales. Quod non est præsentis loci disputare. ¶ Quinta conclusio. 5. conclu.
In accidentibus uerò non datur minimum nec quò ad intēlionem, nec quò E
ad extensionem: licet sint, qui contrarium opinentur. Probatur. Cū igni applicatur lignum, incipit calefieri per motum: ergo sicuti motus localis incipit per ultimum non esse, ita & alteratio incipit per ultimum non esse. Itaq; nunc est calor in igne, & immediatè post hoc erit calor. Tunc ulterius. In his quę incipiunt per ultimum nō esse, non datur minimum quò ad inceptionem, sed quocunq; instāti dato, in quo est motus, ante illud iam erat motus: ergo eadem ratione quocunqne gradu caloris dato extenso per aliquam partem ligni priùs fuerat extensus per minorem partem, & per consequens non
F datur minima extensio. Et quocunque gradu dato intensionis ante illum fuit minor intensio, & per cōsequens nec datur minimum intensionis. Nec est eadem ratio de forma substātiali, nam forma substantialis requirit determinatas dispositiones, accidens uerò nō, sed ignis per ultimum esse non incipit & exiccare & calefacere lignū, & calefaciēdo exiccat, & exiccādo calefacit.

¶ Contra primam conclusionē occurrit statim argumentū ex 5. cōclusione superioris articuli. Ignis & alia homogenea non terminātur quò ad augmentū ex natura sua, nisi pp ordinem uniuersi: ergo nec terminantur quò ad decrementū in paruitate. Negatur

A gatur tamen consequentia, alia est enim ratio de augmento, & alia de paruitate: nam ignis propterea semper crescit quandiu combustibilia adhibêtur: quia illa est augmentatio impropriè dicta per appositionem ab extrinseco nouæ materiæ, in quam introducitur noua pars formæ: sed tamen quò ad paruitatem determinat forma certam extêsionem: sicut determinat alia accidentia, quæ requiruntur ad eius conseruationem.

¶ Sed p̃terea arguit Scotus ad probandum quòd res homogeneæ non terminentur quò ad paruitatem, nec per minimum quod sic, nec per maximum
B quod non. Diuidi in partes conuenit rei cuicunque ratione quantitatis, ut patet in prædicamentis cap. de quantitate & 5. metaph. tex. 18. ergo cuicunque competit quantitas, conuenit etiã diuisio: sed minimum naturale habet quantitatem eiusdem rationis cũ maximo, ergo est diuisibile in partes sicut & maximum, & per consequens dabitur pars separata minor illo. Quòd si dicat, diuisionem repugnare minimo ratione formæ naturalis: contra. Diuisio est propria passio, quæ consequitur quantitatem, ergo cuicunq; repugnat diuisio, repugnat & quantitas: uel si non repugnat quantitas, nec repugna-
C bit diuisio.

¶ In primis pro hoc argumento & omnibus subsequentibus, ne uera Philosophia cum casibus metaphysicis misceatur, adnotandum est, quòd minimum naturale uix, aut nunquã profectò contingere potest naturaliter, nec in generatione rerum, nec in corruptione, nam in generatione, cùm ignis, uerbi gratia generat ignem ex ligno non potest fieri talis applicatio, ut minima pars disponatur ante alias, qa applicatio fit simul per multas partes, quæ simul disponuntur: & per consequens nũquam dabitur minimus ignis in ligno. Et præterea quia ignis nihil inflammat, nisi uniẽdo sibi materiam, & sic non generatur minimus ignis. Et D
in generatione animalis semen simul disponitur totum: & sic forma introducitur uel in toto animali simul, uel in magna parte illius. Et eodem modo in fine corruptionis ligni non datur minimum lignum, sed bona pars ultimo simul inflammatur, & à fortiori quando corrumpitur animal per extenuationem, antequàm ueniatur ad minimam quantitatem uel maximam, quæ non, corrumpitur temperamentum animalis, & per consequens animal. Sed admittimus istos casus metaphysicos, si per impossibile Deus abscinderet unum minimum naturale aquæ, aut ligni, & relinqueretur suæ na- E
turæ.

¶ Secundò notato quantum ad Scotum, quòd si solùm uellet probare, q̃ non datur minimum naturale, quod sufficit ad conseruationem formæ, hoc facilè daremus illi: ut diximus in tertia conclusione. Nec credo Aristo. sollicitum fuisse, si res terminentur per minimum quòd sic, aut per maximum quod non. Sed tamen uult probare Scotus, quòd nullo modo terminentur quò ad paruitatem. Itaque digitalitas aquæ, aut ignis nec est minima, quæ potest esse, nec maxima, quæ non potest esse, sed potest esse ignis subduplus per
F se, & subquadruplus: & ita in infinitum: quod certè est falsum. Et ideo disputationis gratia damus illi, quòd digitalitas sit minima aqua. Et ad eius argumentum respondemus, ut ipse respondet, quod licet ratione quantitatis non repugnet diuisio, repugnat tamen ratione formę aquæ, quæ non potest esse naturaliter sub minori quantitate.

¶ Et ad replicam respondetur, quod diuisio ad hunc sensum est passio quantitatis, quod extendit partes subiecti in quo est faciens partẽ esse extra partem, & hoc etiã conuenit minimo: nõ tamen ad hunc sensum, q̃ subiectum possit naturaliter diuidi: nam cœlũ est

A quantũ, & non põt diuidi. Et præterea respondetur, q; si hoc minimum aquæ ex utraque parte haberet sibi vnitam aliam aquã, tunc posset diuidi in quocunq; eius puncto. ¶ Et per hoc soluitur secundum eius argumentum, ubi ait, quòd non est intelligibile, quòd aliquid sit quantum, quin pars eius sit minor toto existens in toto, nisi daretur aliqua pars in puncto indiuisibili. Respondetur inquam, quòd ponentes minimum non negant, quin quæcunque pars minimi sit minor minimo, neque fingunt aliquam esse indiuisibilem: sed solùm dicunt, quod non potest separata per se subsistere.

B ¶ Et ad aliam confirmationẽ, quam facit, uidelicet, quælibet pars minimi homogenei est eiusdem rationis cum toto, ergo si totum per se potest subsistere, quæcunque pars per se potest subsistere negatur consequentia, patet in partibus cœli, quarum nulla potest per se subsistere. Et est præterea simile in partibus animalis, quæ certè sunt eiusdem rationis ad hũc sensum, quòd constant omnes ex eadem materia, & ex eadem forma: & tamen abscissa manu non potest subsistere sub eadem forma: quia statim corrumpitur: eò quòd forma non potest animare illam materiam in qua non est sufficiens organi-

C zatio totius hominis. Eodem modo dicimus, quòd abscissa pars minimi non potest per se esse ex defectu quantitatis, quàm forma naturalis requirit.

¶ Hinc item solutũ restat aliud eius tertium argumentum, quod facit inquirens utrum repugnet ab intrinseco partem minimi per se esse, an ab extrinseco: quia resistere non potest corrumpenti. Responsio enim est, quòd hoc repugnat ab intrinseco: quemadmodum enim formæ animalis repugnat naturaliter esse in materia, nisi sit organizata, & cuicunque formæ homogeneorum repugnat esse nisi cùm certis dispositionibus, ita cuicunque repugnat esse, nisi sub certa quantitate. Et ideo quodcunq; agens diuidens minimum corrumperet illud. Aliud facit argumentum maiorem tangens difficultatem. D

¶ Sed prius arguitur argumẽto cõmuni contra ultimam solutionẽ. Dato minimo naturali, v. g. aquæ applicetur aliquod condensatiuum illius. Tunc sequitur imprimis, quòd illud minimum designat esse per ultimũ sui esse: nam cùm per condensationem res efficitur minor, & condensatio sit motus, qui incipit per ultimũ non esse, uerum erit dicere res modò nõ condensatur, & immediatè post hoc condensabitur: & per consequens nunc est minimum, E & immediatè post hoc non erit. Quòd si id nõ habeatur pro incõuenienti in minimo, arguit sic. Corruptio unius, ut patet 1. de generatione, semper est generatio alterius: sed ex illo minimo non põt aliquid generari: nam generatio non potest esse sine aliqua alteratione præuia, & illud condensatiuum non potest per solã condensationẽ alterare minimum, ut generetur tam citò aliud sibi simile. Vel detur q; minimũ, v. g. lignum diuidatur gladio, qui quidem non potest alterare minimũ ad generationem alterius rei. ¶ Quòd si dicatur, q; materia minimi informabitur forma circunstãtis, ut si sit in aere, conuertetur in aerem. Tunc restat difficultas prima, quòd aer non potest ita citò F disponere materiam minimi ad introductionẽ formæ: & præsertim si illud minimum est aqueum, quod corrumpitur per cõdensationem. Tunc enim cũ forma aeris maiorem raritatem exposcat, quàm forma aquæ, non uidetur quomodo minimum resoluatur in aerẽ. Atqui ut hæc omnia suprema replica cõfirmentur, quid si illud minimum diuideretur in uacuo? ¶ Horum multa dissoluuntur tenendo, q; non datur minima quantitas, quæ sufficit ad conseruationem indiuidui. Quod sanè credo esse uerum, nam ut diximus de maximo, quòd licet detur maxima quãtitas

De corruptione minimi.

ad

A ad quã forma in ſua dispoſitione poteſt peruenire, nihilominus quando corrũpitur per inflationem prẽter naturalem non datur niſi minima inflatio, ſub qua non poteſt conſeruari: ita quando minimum corrumpitur per extenuationem aut cõdenſationem, non datur niſi maximum, ſub quo non conſeruatur.

¶ Et contra hoc ſolum uidetur ſtare authoritas Ariſtot. in hoc loco tex. 38. vbi ait, quòd ex minima carne non eſt ſeparabile quicquam. Ad quod tamen iam ſupra reſponſum eſt. ¶ Sed reſpondetur prẽterea, quòd etiam dato minimo cauſa diſputationis, ſi corrumpatur per ſo-

B lam diuiſionem, non ſequitur, quòd deſinat per ultimum ſui eſſe: nam illud argumentum ęquo pede currit, ſi res determinetur per maximũ quod non. Detur enim, quòd maxima quantitas, ſub qua nõ poteſt eſſe lignum, ſit digitalis. Tunc ſignato ligno digitali cũ vna quarta, applicetur gladius diuidens per medium, ſequitur, quod definit eſſe per ultimum ſui eſſe: nam medietas illius non poteſt ſeparata manere, aliàs daretur minus maximo quod non: quod eſt idẽ incõueniens, ac ſi detur minus minimo.

¶ Negatur nihilominus, quòd tunc deſinat minimum per ultimũ ſui eſſe: quoniam illud lignum habet aliquam groſſitiem (quia linea indiuiſibilis non datur ſeparata) & per conſequens diuiſio fiet

C in tempore: atque adeo primum non eſſe diuiſionis erit primum non eſſe minimi. Quod ſi ſupernaturaliter diuidatur in inſtanti: tunc concedimus, quòd Deus poteſt non ſolum minimum, ſed uniuerſum finire per ultimum ſui eſſe. Et eodem modo reſpondetur de minimo, ſi admitteretur. ¶ Sed ſi corruptio fiat per condenſationem, non ita facile reſpondetur niſi dicatur, quòd ante cõdẽſationem requiritur aliqua alteratio, putà frigefactio: & quòd datur minima frigiditas, quæ ſufficit ad condenſationem: & illud inſtans, quo primo eſt illa frigiditas, eſt primum non eſſe minimi.

Sed re vera [vt diximus de maximo] ſuppoſito quòd alteratio de ſe non ſufficeret corrumpere, niſi ratione condenſationis, uidetur, quòd cum condenſatio incipiat per ultimum non eſſe, & quòd in illo inſtanti adhuc minimum non ſit corruptum, & per conſequens illud ſit ultimum eſſe illius. At ſi non admittatur minimum, ſed maximum quod nõ [quod. v.g. ſit digitale] reſpondeẽ, quod non datur aqua per ſe, niſi maior quàm digitalis: quæ quidem poteſt condenſari quoad uſq; ueniat ad digitalitatem; & illud erit primum inſtans non eſſe aquæ. Et in illa parua morula poteſt diſponi ad nouam formam. ¶ Alia inconuenientia communia ſunt, ſiue detur minimum ſiue maximum quod nõ. Reſpondetur ergo, quòd ſi illa cõdenſatio fiat ab agente, quod poſſit inducere ſuã formam, inducet illam: ſin minus, reſoluetur in materiam circunſtantem, etiã ſi nõ poſſet tam cito diſponere: quia ad diuiſionem ſequitur corruptio neceſſariò ex natura rei. Quemadmodum, ſi anẽ mali ſubitò abſcinditur caput gladio, continuo ſubſequitur formacadaueris: licet gladius non poſſit diſponere ad illam: quoniam illa forma non introducitur ex intentione directa alicuius agentis [ſicut ignis corrumpit aquam, ut introducat ſuam formam] ſed ſolum conſequitur ad corruptionem alterius, ne detur materia ſine forma. Et proportionabiliter dicatur etiam ſi minimum diuidatur in uacuo. Si enim illud minimũ, quod diuiditur, fuerit animal, ſubſequeretur forma cadaueris. Sed ſi fuerit elementum, aut lapis, tunc dicendũ, quòd aut ſubſequetur alia forma naturæ uniuerſi id prouidente, aut non poterit naturaliter diuidi, natura uniuerſi reſiſtente, ne detur materia ſine forma. Nam dicere, quòd reſtabit materia ſine forma, multò eſt maius inconueniens.

D

E

F

¶ Contra ſecundam concluſionẽ qua dictum eſt dari minimum in generatione rei naturalis arguitur ſic. Applicetur v.g. lignum igni, & ſit quantitas digitalis illa, quę requiritur plene diſpoſita

A fita in ligno, antequam introducatur forma ignis, quæ debet incipere i ligno per primum sui esse. Et arguitur sic. In illa digitalitate non erit forma ignis an tequam intentio caloris, ut octo, sit extensa per totam [nam illa est minima, quæ requiritur ad generationem ignis] sed, ut in quinta conclusione assertum est, non datur minima extensio accidentis: ergo intensio, ut octo, caloris priùs fuit in medietate illius digitalitatis, quã in toto. Rursus cum intensione caloris, ut octo, nulla alia forma potest esse, nisi forma ignis: ergo existente illa intensione in medietate digitalitatis non erat illic forma ligni, nec alia forma, quã for-

B ma ignis: sed neque erat forma ignis ex defectu quantitatis, ergo tunc fuit materia sine forma.

¶ Ad hoc primò respondetur, quòd vt plurimum ignis non generat ignem in aliqua materia, nisi vniendo eam sibi. Patet inprimis de flamma, quæ nutritur fumo & aere. Non enim conuertit aerem in ignem, nisi uniendo sibi. Idem patet de stuppa & ligno proiecto in ignem, uniẽdo enim materiam ligni sibi inflammat illam. Sicuti uirtus nutritiua animalis non prius tempore conuertit cibum in substantiam aliti, quam uniat substantiæ ipsius animalis. Et in tali casu nõ curit argumentum. Non enim ignis expe-

C ctat disponere minimam materiam, in qua introducat formam: sed quacunq; data priùs iã vniuit sibi minorẽ: & per consequens non datur minus minimo per se existens. Vel [quod frequentius usu uenit] simul æqualiter disponit multas partes materiæ, quas simul inflammat. Si uerò passum sit distans aliquantulum ab igne, vt si stuppa ponatur pedaliter distans ab igne, tunc uidetur currere argumentum: quia inflammabitur, nec tamen unietur igni: uel si ferro calidissimo, ubi tamen formaliter non est ignis, applicetur stuppa, inflammabitur: & tamen non unietur alteri igni, qui nullus erat. Respondetur nihilominus, quòd nec tunc poterit disponi me-

D dietas minimi, priusquam aliæ partes: quia cũ ignis agens sit extensus, & stuppa sit extensa, necessarium est, ut uel tota stuppa, uel magna pars eius simul disponatur. Et ita constat experiẽtia, quòd simul totum inflammatur. Cùm enim lignum non vult ardere, si supponantur paleæ, simul inflammantur. Profectò naturaliter uix posset dari ille casus, quo minima materia priùs disponatur, quã maior pars: nam etiam semen animalis prius disponitur totum, uel saltem non disponitur pars minor minima antequã disponatur maior minima. ¶ Quinimò sunt qui credant formam hominis non priùs informare partem, quàm totam

E materiam. Quod non crediderim: sed potiùs consentio multis medicorum, quòd cor priùs uiuit in homine & ultimò moritur. Et ideo licet anima sit indiuisibilis, successiuè tamen animat totum. Et ita uidetur experientia compertum, quòd priùs desinunt uiuere pedes, quàm pectus. Sed de hoc aliàs. Hoc tamen sufficit hic, quòd pars, quæ incipit uiuere, non est minima. ¶ Si autem semel daretur minimus ignis, forsan ibi

F posset fieri talis applicatio stuppæ, ut disponeretur minima eius quãtitas successiuè. Vtcunque autem id fuerit, admittimus disputationis gratia, quòd minima quantitas posset successiuè disponi. Et tunc respondere forsan quispiam posset propter argumẽtum, quòd quocunque instanti dato, quo est forma ignis in passo, ante illud erat in minori parte, post quam ante illud intensio, ut octo, erat in minori. Hoc tamen nullatenus sustineri potest in physica: quia tunc ignis inciperet esse per ultimum non esse contra doctrinam Aristote. 8. huius. Et expressè contra Commen. 6. huius commen. 31. ubi ait, quòd primum in generatione est minimum naturale. Et contra manifestã rationem: nã forma ignis non potest incipere esse in passo, nisi in illo instãti, quo incipit esse intensi caloris ut. 8. quæ est ultima eius dispositio: & talis intensio manifestum

est,

A est, quòd non incipit per vltimum non esse: sed per primum sui esse: quia cùm talis intensio fiat per motum, quocunq; instanti dato, in quo non est intensio, ut 8. adhuc restat aliquid partibile intensionis producendum, & per consequens non immediatè post tale instans erit intensio, ut octo. Cùm ergo intensio vt. 8. incipiat esse in passo per primum sui esse, fit, ut & forma ignis incipiat esse per idem primum sui esse. Vnde manifestè sequitur, quòd est dabilis certa quantitas materiæ, in qua primò est: si non maior, saltem minima.

¶ Vnde tandem ad argumentum respondetur, quòd quanuis accidens
B ex natura suæ productionis non determinet minimam intensionem, aut extensionem: nihilominus quia forma substantialis exigit certam extensionem, illa summa intensio, quæ requiritur ad introductionem formæ: non prius est in parte illius minimi, quàm in toto: sed quamprimùm est in parte per necessariam subsequentiam est extensa per totum ad extensionem formæ substantialis ignis in toto minimo.

¶ Post hæc subsequitur argumentum aliud, quod Scotus formar aduersus minimum. Sequeretur (inquit) ad positionem minimi, quòd daretur pri-
C mum in motu, id est primum instans esse formæ substantialis: consequens est falsum: ergo. Probat minorem: quia si daretur primum esse formæ in minimo, tunc uel in eodem instanti producuntur alia minima subsequentia: & sic augmentatio ignis in passo non fieret successiuè: quod est contra experientiam, vel producto primo minimo debet agés expectare, ut disponatur alia materia eiusdem quantitatis, ut producatur secundum minimum: quo producto adhuc deberet expectare, ut disponatur materia tertij minimi: unde sequeretur motum augmentationis non posse esse continuum: sed necessariò interrumpi per quietem, quod est falsum, ut. 5. huius, &. 1. de generatione est uidere. D

¶ Ad primum argumentum concedimus, ut probatum est, quòd est necessarium dare primum in motu, ideſt primum instans esse formæ substantialis in minimo, si tam subtilis esse potest applicatio, ut disponatur ante alias partes. Quanuis hoc non sit dare primum instans esse motus [quod expressè negat Aristote. 5. huius] Enimuero generatio formæ substantialis non est motus. Sed negatur tunc utraque pars disiunctiuè scilicet aut quòd in eodem instanti incipiant esse alia minima subsequentia, aut quòd agens debeat expectare dispositionem alterius æqualis materiæ, antequam introducat formam in secundo minimo. Tametsi E in hac secunda parte fuerint multi decepti, etiam Thomistæ, concedentes argumentationem non esse motum continuum, sed fieri per minima, ut infert Scotus. Et Commentator fuit huius opinionis. 8. huius commen. 23. & commen. 44. Sed profecto non obstante eius & cuiuscunque autoritate ille est in philosophia intollerabilis error. Et probatur manifestè, quia necessitas minimi solum est in inceptione formæ, ut dicebamus, propterea quòd res permanens incipit esse per primum sui esse. Et ideò necesse est signare certam quantitatem mate-
F riæ, in qua primò sit. Sed tamen postea in augmentatione cessat hæc necessitas: quia quæcunque pars materiæ post minimam, iam est unita præcedenti, & per consequens quantulacunque minori minima informetur, non datur minus minimo per se existens. Et præterea id probatur: quoniam si hoc est primum instans esse intensionis caloris, ut octo, in termino quantitatis primi minimi, immediatè post hoc idé gradus erit ultra illud punctum, & per cõsequens immediatè post hoc erit ignis maior minimo. Itaque post hoc instans esse minimi nullũ erit dabile instãs, quin ante illud

A lud erit ignis maior minimo. Et hoc est admodum notandum in motu augmentationis.

¶ Adversvs quintam conclusionem arguunt nonnulli tenẽtes, quòd potest dari minima intensio & extensio. Primò, quia accidens est propter substãtiam: ergo cùm formæ substantiales determinent sibi minimam quantitatem, sequitur, quòd etiam accidentia erunt terminata quò ad paruitatem intensionis extensionis, sicut arguit Aristote. in hoc loco text. 36. de toto ad partes, q̃ si totum est terminatum, etiam partes. ¶ Ad hoc respondetur, quòd argumentum solum probat, quòd accidentia re-
B quisita ad introductionem formæ substantialis sunt terminata ad maximum & minimum, ut expositum est in conclusione tertia superioris articuli, & modò ī proxima solutione dicebamus. Ita ut forma non introducatur, nisi sit cum certis dispositionibus. Non tamen probat, quòd ī motu alterationis detur remississima qualitas primò producta, aut minima pars extensionis primo calida. ¶ Sed maius argumentum esset ex Arist. qui 8. huius tex. 69. generaliter dicit entia permanentia incipere per primum sui esse: & cum qualitates sint entia permanentia uidetur quòd incipiãt per primum sui esse. Vnde sequitur, q̃
C in primo instanti esse qualitatis datur remississima qualitas & minima extensio. Nihilominus respondetur, quòd Aristo. loquitur solum de generatione & corruptione substantiæ. Sed de accidente, quod producitur per alterationem, idem iudicium est, quod de motu. Vnde sicut in motu non datur primum instans esse, ita neque in qualitate, quæ per motum producitur. Secus esset de qualitatibus spiritualibus, & forsan de sensationibus, si admitteretur illarum productio fieri in instanti, cò quòd producuntur absq; resistentia. ¶ Alterum argumentum est hoc. Applicatio agentis ad passum fit successiue per motum: ergo datur primum instans applicati es-
se, ut sic loquamur, ita quòd nunc est ap D
plicatum, & non immediate ante hoc erat applicatum. Tunc in illo instanti producitur aliqua qualitas & non nisi remississima quæ produci potest, ergo. ¶ Pro solutione huius argumenti notã dum est, quòd sphera actiuitatis agentis nullatenus terminari potest intrinsecè, sed extrinsecè. Volo dicere, quòd si ignis potest agere per aliquid certum spaciũ, illud non terminatur per lineam, in qua potest agere & ultra quam non potest: sed per lineam, in qua nõ potest & citra quam potest. Et ratio est manifesta: quia effectus agentis, putà calor productus ab igne & lumen productum à lumino
E so, producitur uniformiter difformiter à summo gradu usque ad non gradum. Ita ut calor, ut octo, sit in igne & nõ gradus sit in extremo sphęræ suæ actiuitatis. Et ideo in quocunque puncto est gradus caloris, adhuc ultra illud est remissior calor: & per consequens sphera terminatur ubi primò est non gradus caloris: atque adeo ille erit terminus extrinsecus. Hinc sequitur, quam si passum est in illa linea, tunc incipit agens applicari ad passum per ultimum non esse. Itaque nunc non applicatur & immediatè post hoc applicabitur: & per consequẽs nunc non est calor in passo, & immediatè post hoc erit calor: atque adeo post
F hoc non dabitur instans, in quo sit calor in passo, quia ante illud fuerit remissior. Nec dabitur extensus per aliquam partem, quin prius fuerit extensus per minorem. Vnde ad argumentum concedi tur, quòd applicatio fit per motum: sed negatur consequentia, cum infertur, ergo datur primum instans factæ applicationis: quia quandiu sphera agentis est extra illã lineã nõ facta est applicatio, sed quando non gradus agentis est primo in illa linea, tunc incipit applicari per ultimum non esse: & iccirco in quocunque instanti postea est applicatum, ante iam erat applicatum. ¶ Hinc sequitur, quòd illo consequentia non uale, datur intensissimus calor; ergo datur remissi-

A mississimus, quia quodcunque agens agit à summo gradu inclusiuè vsque ad non gradum exclusiuè. Vnde in lumi noso, putà in candela, est summus gradus luminis: sed quocunque lumine dato in aliquo puncto spheræ illuminatæ, adhuc ultra illud punctum est lumen remissis. ¶ Quòd si quis arguat quòd datur minima extẽsio albedinis, quia datur minimum niuis, quod potest per se sustinere. Respõdetur, quòd illud non est minimum albedinis, sed niuis: quia si albedo non potest esse in minori subiecto, est ratione formę substantialis, quę non potest esse sub minori quantitate. Et præterea potest forsan
B dari & minima extensio & minima intẽsio, tam albedinis, quàm caloris quæ posset sentiri: sed tamen non minima, quæ posset produci in subiecto. Alia multa sophismata solent hic fieri, quæ indigna sunt physica disputatione. De terminis autem potentiæ actiuæ & resistentiæ, utrum videlicet potentia actiua ignis terminetur ad maximũ, quod potest, an in minimum, quod non potest, non est hic locus dicendi, ne materias anteuertamus, subsequitur in textu Caput quintum. Omnes igitur, &c. & caput sextum, & septimum usque ad tex. 70.

¶ Tex lxvij. Quò circa est quidem vt
C duo, &c.

¶ *Quæstio quinta.*

¶ VERVM PRINCIPIA rerum naturalium sunt contraria & tantum tria.

PARTE negatiu aprimi membri quæstionis arguitur primò. Principia rei naturalis sunt substantiæ, nam substantia ex accidẽtibus non componitur, ut Aristo. hic tex. 52. testatur: sed substantiæ nihil est contrarium, ut habetur in prædicamẽtis. c. de substantia: ergo principia nõ
D sunt contraria. Et confirmatur. Si principia substantiæ essent contraria, maximè essent forma & priuatio, nam materia, cum priùs sit sub priuatione, & deinceps sub formâ, neutri earum est contraria: at verò forma & priuatio nõ sunt contraria, quia ut habetur in post prædicamentis, diuersa est contrariorum oppositio ab illa, quæ est priuatiuè oppositorum, cò quòd contrarietas est inter duo positiua: ergo principia non sunt contraria. ¶ Et confirmatur secundò. Aristoteles in hac parte uidetur sibi ipse modis tribus cõtradixisse: ergo non est auscultandus. Probatur antecedens. In tex. 41. dixit principia
E esse contraria: & in text. 52. affirmauit principia non esse accidentia, & substantiæ nihil esse contrarium: quæ manifestè contradicunt: nam si principia non sunt accidentia, sunt substantiæ, & si substantiæ nihil est contrarium, principia non sunt contraria. Item tex. 42. dixit contraria non fieri ex alterutris: & inferiùs in tex. 43. contra, dixit unũ quodque fieri ex suo contrario, putà album ex non albo. Item tex. 50. dixit principia semper permanere in compo
F sito: unde sequitur non esse contraria. Etenim, ut cap. de quantitate dictum est, contraria repugnant in eodem subiecto. ¶ Secundò principaliter pro parte negatiua secundi membri arguitur. Aut principia esse tantùm tria intelligitur de uniuersis principijs tam intrinsecis, quàm extrinsecis, & tunc sunt quinque, putà materia, forma, priuatio, efficiens, & finis: aut intelligitur solùm de intrinsecis, & sic non sunt nisi tantùm duo, putà materia & forma, nam priuatio non intrat compositionẽ rei genitæ, sed est solùm terminus à quo generationis. ¶ Et confirmatur. Aut intelligitur de omnibus principiis tam per se, quàm per accidens, aut de principijs tantum per se. Si de omnibus, non solum est unus terminus à quo, sed infiniti: sic enim albũ per accidens ex quocunque non albo,

putà

A putà ex musico, ex dulci. & ut tex. 43. docet Aristo. & eadem ratione homo potest esse saltè mediatè ex terra, ex ligno, & sic in infinitum, quia homo fit ex non homine, & non homo pro quà liber re alia ab homine supponitur: Si verò intelligitur de principijs solum per se, tunc non sunt nisi duo, putà materia & forma: ut ex professo docet Aristote. tex. 65. dicens ea sola esse principia per se ex quibus res fit, & facta est, idest, quæ manent in re iam facta: privatio verò formæ, quæ gignitur non manet re genita. In quo videtur secũ pugnare: quippe qui text. 43. dixerat musicum per se fieri ex immusico, per
B accidens verò ex albo, ubi insinuavit privationem esse principium per se, cuius contrarium tex: 66. pronunciavit. ¶ In contrarium est sententia Aristot. tex. 67. ubi utrumque membrum quæstionis affirmat dicens, quòd principia dicenda sunt quodammodo ut duo, & quodammodo ut tria, & quodammodo ut contraria.

¶ Hæc quæstio prima est ad principia pertinens rei naturalis, de quibus est huius libri principalis intentio. In qua non possumus non aliqua eorum re petere, quæ in commentarijs super textum annotavimus. Est nanque animus in his quæstionibus examen, epi-
C logumque textus Arist. facere. Faciemus autem articulos duos de duobus membris quæstionis. Primum de contrarietate principiorum, & alterum de numero, qui adeo connexi sunt, ut cõmodè nequiverint, nisi sub vno quæstionis titulo elucidari. Tractat quæstiones has Arist. postquàm veterum opiniones refutaverat: in tribus capitulis. 5. 6. & 7. per triginta textus: nempe à 41. usque ad. 70. ¶ Circa quæstionis titulum supponatur ex his, quæ diximus quæstione .1. conclusione 5. nomine rei naturalis significare rem, quæ in se habet principium sui motus. Est enim tam forma, quàm, materia principium, aut actiuum, aut passiuum motus, quo ex his cõpositũ mouetur. Et ideo utrumque appellatur natura: atq; adeo omne compositum ex materia & forma dicitur, & ens naturale, & proinde ens mobile, ut per amplius lib. 2. explicabitur. ¶ Secundò notandum est, quòd alia est quæstio, quot sunt causarum genera rei naturalis, alia verò, quot sunt principia: prima enim quæstio pertinet ad secundum librum: hęc verò ad hũc primum. Enimverò, ut in commento super tex. primum adnotavimus, differt inter principium & causam: principiũ enim solùm dicit ordinem: causa verò dicit præterea influxum: sicuti causa efficiens influit in effectum, & finalis mouet efficiens ad agendum. Non ergo accipitur hic principium generaliter pro quacunq; causa: sed specialiter pro partibus essentialibus rei, & pro termino unde incipit motus. Quò fit, ut deus, intelligentiæ, sol, & homo, qui generant hominem, sint quidem causæ efficientes, non tñ principia ut in præsentiarũ. ¶ Tertio notanda statim est diffinitio principiorum: quam text. 42. designat Arist. ubi ait. Principia sunt, quę nec sunt ex alijs, neque ex alterutris, sed omnia alia sunt ex illis. Quę quidem diffinitio de primis principijs rei naturalis intelligitur. Ad cuius evidentiã considerandum est, quòd ly, ex. quanuis nonnunquam generaliter accipiatur, ut dicat habitudines aliarũ causarũ, tñ propriè dicit habitudinẽ principii essentialis, aut termini à quo. Et ita accipitur in præsentiarum. Vnde Arist. primis duabus particulis intendit docere simplicitatem primorum principiorum: Intelligit ergo, quòd principia prima nõ fiũt ex aliis, neq; ex alterutris tanquam ex principijs essentialibus. ¶ Ex quo sequitur primò quòd elemẽta, ex quibus generatur mixtum, non sunt prima principia, tum quia fiunt ex aliis tanquã ex principijs essentialibus putà ex materia & forma, tum quia mixtum non fit ex illis tanquam ex partibus essentialibus, sed ex eorum actione, ut primo

D

E

Principiorum diffinitio.

F

de

A de generatione est uidere. Sed tam ma-
ria quã forma, quia neutrum fit ex aliis
tãquam ex principiis essentialibus: ne-
que ex alterutris, quia nec materia est
pars essentialis formæ, nec forma pars
essentialis materiæ; sed ex illis tanquã
ex partibus essentialibus componun-
tur oĩa corpora fic, ut sint prima prin-
cipia. ¶ Sequitur secundò, nihil rationi
primorũ principiorum obstare, quòd
tam materia, quã forma diuisibilis cõ-
ponatur ex suis partibus integralibus,
nã partes integrales non censentur hic
nomine principiorum, nec cõpositio
ex partibus integralibus repugnat prin-
B cipiorum simplicitati. Neque rursus est
contra naturam principiorum, saltem
formæ, fieri ex alio tanquã ex causa ef-
ficiente ad quod materia habuerit cau
sam efficientem, non cognouit Aristo.
¶ Sequitur tertiò, q̃ neq; obstat prin-
cipia fieri ex alterutris, uel ex, dicat
habitudinẽ alterius causæ, quam essen-
tialis: forma enim fit ex materia, tanq̃
ex subiecto, de cuius potẽtia educitur,
& uicissim materia fit ex forma, seu per
formam: quia materia esse in actu natu
raliter nequit nisi per formam. ¶ Con
siderandum est præterea, quòd illa diffi
nitio non solùm conuenit principiis
intrinsecis, putà materiæ & formæ: sed
etiam priuationi, quia loquitur hic Ari
stote. de principiis, ut se extendunt ad
C principia contraria & ut quàm primũ
uidebimus inter solam priuationẽ &
formam est contrarietas. Obiq; ter-
tia particula. s. quòd alia fiant ex illis, in
telligenda est, aut tanquàm ex partibus
essentialibus, aut tanquàm à termino à
quo, quemadmodum priuatio est prin
cipium. ¶ Quòd si arguas cœlos esse en
tia naturalia, qui tamen non sunt facti
ex priuatione, quia materia cœlorum
nunquam caruit forma, quam habuit.
Respondetur, q̃ Arist. solũ intelligit, oĩa
quæ fiunt per generalem generationẽ,
fieri ex his tribus principijs: cœli uerò
secundum Arist. nullatenus sunt facti:
& secundum ueritatem; non sunt ex
subiecto facti, sed creati ex nihilo.

D Duodecim opiniones antiquorum de numero, & contrarietate principiorum.

¶ Quartò principaliter adnotandũ est,
quòd de numero & contrarietate prin
cipiorum duodecim ueterum opinio-
nes recensuit Arist. in tria ferè mem-
bra principalia diuisas. Sex enim fue-
runt opiniones ponentium unicũ prin
cipium. Prima Melissi credentis unicũ
esse principium infinitum & immobi-
le. Qui nullam uidetur posuisse contra
rietatem: obidq; omniũ pessimè philo
sophatus est. Quam partim super text.
13. & rursus super tex. 23. explicuimus.
Secunda fuit Parmenidis opinantis u-
nicum fuisse principium secundum ra
tionẽ, & illud finitum: quia omnia sunt
unum secundum rationem, & uniuer-
E sum est finitum. sed tamen secundũ ap
parentiam sensuum posuit contrarie-
tatem calidi & frigidi, quam appellauit
ignem & terram. De qua loquuti su-
mus tex. 25. & tex. 41. Tertia fuit opi-
nio Thaletis philosophantis principiũ
esse aquam. Et quarta Diogenis & Ana
ximenis, credentium esse aerem. Et
quinta Heracliti credentis esse ignem.
Ac denique sexta aliorum credentium
esse aliquid medium inter aquã & ae-
rem, aut inter aerem & ignem. Qui om
nes quatuor naturaliter loquentes po
nebant principium esse mobile: atque
adeo ponebant raritatem & densitatẽ,
tanquàm duo contraria. De quibus su-
F per text. 32. mentionẽ fecimus. ¶ Tres
alij fuerũt opiniones in alio extremo,
ponentium infinita principia. Anaxi-
mander enim primus, & inde Anaxago
ras posuerunt infinita principia simila-
ria, idest, eiusdem speciei esse principia
in unaquaq; specie: & alia infinita alte
rius speciei essentialis in alia specie: ut
infinitas particulas carnis, infinitas os-
sis. &c. Quæ quidem (aiebant) fuerunt
separatæ ab uno chao, in quo omnes
fuerunt ab initio permixtæ. Nisi q̃ dif-
ferebant, ut supeundẽ tex. 32. explicui
mus, q̃ Anaximãder putabat illud chaos
fuisse primũ principiũ & causam simila
riũ particularũ. Anaxagoras uerò cõtra

opinaba-

A opinabatur illas ſimilares particulas fuiſſe cauſam illius chaos. Iſti propriè non ponebant principia contraria, pro
preterea quòd omnia dicebant actu late re in quolibet, quod eſt contra naturã contrariorum. Tertia uerò, atque inter omnes noua, fuit opinio Democriti, qui ponebat infinitas atomos, omnes omnium rerum eiuſdem ſpeciei eſſentialis, differentes autem poſitione & figura, ut tex. 41. latè expoſitum eſt. Qui quidem proindequodammodò etiam ponebat principia contraria. ¶ Tres denique præterea fuerunt in medio opiniones ponẽtium principia plura uno,
B finita tamen: nam Plato poſuit duo cõtraria ex parte materiæ, putà magnum & paruum, ut ſuper tex. 32. dictum eſt: ſed principium formale dicebat eſſe ideam uniuſcuiuſque ſpeciei. Pythagoras uerò, cuius opinionem ſuper text. 48. expoſitam fecimus, ponebat par, & impar eſſe principia contraria. Duodecima denique, atque adeo omnium verò proxima fuit opinio Empedoclis, de qua ſuper textum. 32. ſermo à nobis habitus eſt. Qui quidem ponebat principia omnium rerum eſſe quatuor elementa: in quibus itidem eſt contrarietas, ex quorũ inuicem actione mixta generantur uniuerſa. Omnes iſti philoſophi, præterquàm Meliſſus & Anaximander & Anaxagoras, quodammo-
C do ponebant duo principia contraria circa unum tertium ſubiectum.

¶ His præſuppoſitis (ut literam Ariſtotelis in epilogum colligamus) ſex Ariſtotelis concluſionibus reſpondet
1. Conclu. ad hanc quæſtionem. Prima fundamentalis eſt tex. 41. Principia rerum naturalium ſunt contraria. Non intelligitur uniuerſaliter de omnibus, ſed particulariter, quòd in unaquaque generatione concurrunt aliqua principia cõtraria. Hanc primum probat authoritate omnium ferè antiquorum præter Meliſſum, ut diximus & Anaxagorã. Omnes quippe alij in hac ſentẽtia conſentiebant: coacti, ut ait Commenta, experientia. Compertum enim eſt nihil D
generari: niſi ubi aliud contrarium corrumpitur. Vnde palam fit in omni generatione duo eſſe contraria, quorum unum alterum pellit, ut ſibi ſimile gignat. ¶ Ratione præterea id probat. Illa enim [inquit] quę neque ex alijs fiũt, neque ex alterutris, ſed omnia alia fiũt ex illis, ſunt prima principia: at prima contraria ſunt huiuſmodi: ergo prima contraria ſunt prima principia, & per conuerſionem principia ſunt contraria. Minor quò ad duas priores particulas patet exẽplo in prædicamento qualitatis. Album enim & nigrum, & dulce & amarum, quæ ſunt contraria ſecũ E
darum qualitatum, fiunt quidem ex tẽperamento primarum, putà caloris & frigoris cum humido & ſicco. Et fiunt item quodammodo ex alterutris. Nam colores ſaporesque medij ratione extremorum participant, ut in commento. 59. dicebamus. Primæ autem qualitates, ut calor frigus, neque ex alijs fiũt neque ex alterutris ſcilicet ex commixtione unius cum alio. Tertiam uerò particulam, ſcilicet quòd omnia fiunt ex contrarijs, probat Ariſto. text. 43. quia unumquodque fit ex ſuo contrario, ſeu ex ſua propria priuatione, ut album, ex non albo: & homo, ex non homine Cuius ratio eſt hæc: quia fieri ali Fieri.
quid ſimpliciter, eſt acquirere nouum F
eſſe, quod antea nõ habebat: & fieri tale, eſt acquirere nouũ eſſe tale. Et ideo ordo neceſſarius generationis exigit ignem. v. g. fieri ex eo, quod non erat ignis, & album ex eo, quod non erat album. At quia naturaliter nihil ex nihilo fieri poteſt, conſequitur, ut unaquæque forma producatur ex negatione ſui in ſubiecto apto nato ad illam recipiendam, ut ignis neceſſariò fit ex materia, quæ forma ignis carebat, & albũ ex ſubiecto, quod carebat albedine. Quæ quidem negatio in ſubiecto propriè appellatur priuatio, ut habetur 4. metaph. text. 4. Atque adeo principia contraria neceſſaria ad generationem

ſunt

A sunt forma & priuatio. ſ. in accidentalibus productionibus forma accidentalis & priuatio: & in generatione ſubſtantiæ forma ſubſtãtialis & priuatio. ¶ Attamen ſi rem oculatius inſpicias, inter has priuationes neceſſarias, una ſola eſt proxima & per ſe requiſita, aliæ uerò ſunt remotæ. Exempli gratia. Animal fit neceſſariò ex nõ animali: ſed tamen proxima priuatio eſt illa, quæ accidit materiæ ratione proximæ formæ, cui ſuccedit forma animalis. Equus enim non fit immediatè ex ligno, ſed ex ſemine, nec ex ſemine quomodocũq; quia in ſemine mediãt multæ formæ ante introductionem formæ equi, ſed equus fit proximè ex
B nõ equo, ideſt ex proxima priuatione ad formam equi, puta ex embrione. Et hoc eſt, quod adnotauimus in expoſitione tex. 43. quòd nõ album, aut nõ equus poteſt accipi infinitanter pro quocunq;, quod non eſt equus: & alio modo priuatiuè pro illo ſubiecto, qđ eſt aptũ in ꝓxima diſpoſitione ad formam equi. Et iſto modo accipitur priuatio quando dicit Ariſto. ꝙ priuatio & forma ſunt duo principia contraria neceſſaria ad generationẽ. Atqui nõ ſolùm in animalibus, uerùm in aliorum generatione id experimur. Nõ enim ex
C ligno immediatè fit ignis, aut cineres, ſed prius euaporatur humidum, quod conuertitur in flãmam, & quod reſtat conuertitur in carbonem inflammatũ, quod iã nõ eſt ignum. At carbo partim reſoluitur ĩ fauillas, partim in cineres. Nec ſarmẽtum immediatè uertitur in uinũ, ſed in gẽmã, & gemma in vuã: ex qua matura fit uinum. Et ideo uinem fit ex non uino, non quid em infinitanter: quia non fit ex lapide, ſed ex uua, & vua ex gemma. Quemadmodum formæ artificiales non educuntur de quacunque materia quomodocunq; informi: qui ſtatua non ſculpitur in aqua, aut in lana, ſed in ære, aut marmore, aut puris alijs ſimilibus. Hoc eſt phyſicæ ſtudioſis mente ſeruandum.

Priuatio maxima.

¶ Ex quo ſequitur primò, ꝙ principia D
contraria non ſunt neceſſaria ad compoſitionem rei in facto eſſe, ſed ſolum ad generationem in fieri: cùm enim ex aqua generatur ignis, in igne genito nõ manet, niſi tantùm materia & forma: ſed tamen dum generatur neceſſe eſt, quòd generetur ex non igne. i. ex propria priuatione ignis in ſubiecto. ¶ Sequitur ſecundò, ꝙ non appellat Ariſt. principia contraria generationis, formas ſubſtantiales, aut eorum accidentia, ſed formam & priuationem: nã forma, quæ expellitur, ſaltim inquantũ eſt quid poſitiuũ, non habet rationẽ principii in generatione: cũ potius corrũpatur tanq̃ obſtans generationi Sed nõ E
cum de ratione huius, quod eſt fieri, ſit nouũ eſſe acquirere, optimè dictũ eſt, priuationẽ formæ præcedẽtẽ eſſe principiũ tanq̃ neceſſarius terminus à quo in ordine generationis. Tametſi ut quæſtione. 8. uidebitur nonnunq̃, priuatio accipitur pro toto, quod corrumpitur in generatione: fit .n. ignis ex aqua, quæ eſt non ignis: & hõ ex ſemine. ¶ Sequitur tertiò quantã huic textui violentiã inferant, qui hanc principiorũ contrarietatẽ nominibus tribuere cõtendũt, Buridanus. n. (cui aliqui ex nominalibus conſentiunt) in hoc lib. quæſtione 14. affirmat Ariſtot. ubi dixit, priuationem & formam eſſe contraria, terminos accipere materialiter. Nam priuatio (inquit) nihil in re ponit: ſed oppoſitio priuatiua eſt termini ſignificantis idem ſubiectum, quorum unus connotat aliquam formam, alter uerò carentiam illius, ut ly, cæcus, & ly, uidens, ſignificant oculum. Sunt ergo ſecundũ eum principia generationis contraria ad hunc ſenſum, quòd iſti duo termini generatio formæ ignis, & priuatio eius, ſignificant eandem materiam: ſed tamen priuatio connotat, quòd careat forma, & generatio, ꝙ illam acquirat: & ideo in generatione priũs uerificat̃ de materia terminus priuatiuus, q̃ poſitiuus, & in corruptione, è converſo.

¶ Hunc

A ¶ Hunc, aliàs bonum authorem, citauerim, si forsan quosdam huius ætatis persuasos habere possim, ne nominaliter perseuerent physicã tractare. Nã quicquid de terminibus, distinctionibusq; metaphysicis senserint, tamẽ physicas (quæ rerum sunt) cõditiones, nulla est causa ut nominibus tribuant. Enimuerò quis credat cum Aristo. dicit principia esse contraria, principia accipere pro terminis? nam cum generatio hominis à parte rei contingat, esto nullus esset conceptus, quo termini principia sunt generationis hominis? Item Arist. probauit principia esse contraria, quia album, inquit, fit ex non albo: & musicum ex immusico: terminus autem nõ fit ex termino: sed album ex nigro, & homo musicus ex ignorante musicam. Item probat ipse inferiùs tria esse principia: quia duo contraria non possunt inuicem se expellere, nisi circa idẽ subiectum, quod sit tertium principium: expellere autem actio realis est, & non sola significatio terminorũ. At nõ opus est in re manifesta, uerba prodigere.

B

¶ Igitvr ad primum argumentũ principale conceditur principia subsistãtiæ esse substantias, seu partes substantiæ. Concediturq; subinde nõ esse propriè cõtraria, sed largo modo idest priuatiuè oppositа. ¶ At non abs re ambigere quisq; potest, cur substantiæ nihil est propriè contrarium, saltem formæ substantiali. Arguitur enim sic. Calor & frigus eò dicuntur contraria, quia sunt duo entia positiua in eodem subiecto repugnantia: sed pariter repugnant forma ignis & forma aquæ: ergo pari modo sunt contraria. ¶ Et confirmatur. Calor & frigus dicuntur propriè contraria, quia uicissim se ab eodem subiecto pellunt: sed formæ substantiales ignis & aquæ pariter se expellunt: quin etiã actio priùs & principalius est formarũ substantialium, quàm accidentalium: ignis nanque principaliùs agit per formam substantialem, quàm per caloré, qui est uelut eius instrumentum. ¶ Et

Ad 1. prin.

Substãtię nihil est cõtrariũ.

C

D

praeterea arguitur authoritate Aristo. qui 1. de cœlo text. 20. ait cœlum esse incorruptibile: quia nihil est illi contrarium: insinuans aquam propterea esse corruptibilem, quia ignis est ei contrarius, & 2. de gene. text. 24. expressè ait elementa esse contraria. Quòd si formæ substantiales propriè sunt contrariæ, meliùs hoc modo saluabitur principia generationis esse cõtraria, cùm in omni generatione necessariò concurrant duæ formæ, quarum altera eiicitur, altera uerò inducitur. ¶ Respondetur, quòd contraria (quod bene considerãdum est) sunt duo extrema contra se posita, extrema uerò non sunt, nisi respectu alicuius certæ latitudinis. ut albedo & nigredo sunt extrema in latitudine colorum, & calor summus, summumque frigus in alteratione. Et ideo ait Aristo. quòd contraria sunt, quæ maximè distant. Hinc sequitur, quòd contraria non sunt, nisi ubi est magis & minus, ut fit progressus ab uno ad aliud. ¶ Sequitur secundò, quòd illa propriè sunt contraria, quæ per seipsa se expellunt: ad quod necessariò requiritur, q sub gradibus remissis possint esse in eodem subiecto. Exempli gratia, calor & frigus propriissimè sunt contraria, quia utrunq; recipit magis & minus, ob idq; frigidum fit calidum progressu quodam intensionis, dum simul in eodem subiecto paulatim remittitur frigiditas; & intenditur caliditas: sicut mobile localiter ab uno extremo per medium peruenit in aliud. Et ita ex nigro per media fit album: & ex dulci amarũ. Quapropter Arist. ait illic quòd contrarietas est perfecta oppositio: nempe quòd album non perfectè cõtrariatur pallido aut rubeo, sed tãtùm nigro. Et quia inter prædicamenta sola quãtitas recipit magis & minus, in illa sola est cõtrarietas. ¶ Quocirca ut S. Tho. 11. meta. lect. 12. refert, antiqui credentes formas substantiales esse cõtrarias, posuerunt illas esse accidentia intensibilia & remissibilia. Et Commenta. 3. cœli

Nota.

E

F

li

A li commen. 67. uolens formas substantiales elementorum esse propriè contrarietas, posuit proinde illas intensibiles & remissibiles: & ideo ex uno errore in alterũ prolapsus est. Qua de causa Aris. in prædicamentis cuicunq; prædicamento attribuit non suscipere magis & minus, & subinde asserit non habere contrarium. ¶ Dum ergo quæritur, cur substantiæ nihil est contrariũ. Respondetur, quòd de substantia totali, quæ est in recta linea, manifesta est ratio: quia nõ recipitur in subiecto, & actio cõtrariorum est circa aliquod subiectum. De forma uerò substantiali ratio est, quia cum forma substantialis
B non recipiat magis & minus, non propriè duæ formæ sunt extrema unius latitudinis: sed excedunt se indiuisibiliter, sicut numeri. Est ergo inter formas substantiales repugnantia: non tamen contrarietas propriè. ¶ Vnde ad argumentum respondetur, quòd quamuis actio propriè attribuatur formis substantialibus, non tamen propriè attribuitur eis contrarietas: eò quòd non p se ipsę immediatè expellũt, sed per accidẽtia, quæ propriè sunt cõtraria. Nõ. n. unum immediatè expellit alterum, nisi qñ ambo sunt sub gradibus remissis in eodẽ subiecto: quod nõ cõuenit formis substantialibus, sed earũ accidẽtibus. Et in hoc sensu ait Arist. ꝙ elemẽta cõtra
C riãtur: qa ultimũ uendicãt sibi propria accidentia cõtraria: quæ quidẽ accidẽtia cùm nõ sint in cœlo, nihil est illi cõtrariũ. ¶ Et ideo Aris. hic in duobus cõdẽnat antiquos de cõtrarietate principiorũ. Primò, ꝙ ponebant illa esse accidẽtia: & secundò, ꝙ appellabant principia illas formas, quarum una expellit aliam: cum tamen illa, quæ expellitur, non habeat rationem principij, priuatio uerò habet rationem principij à quo. ¶ Quòd si quis fortè percũctetur, quo ergo oppositionis nomine appellatur illa, quæ est inter duas formas substantiales. Respondetur, quòd nullo ilparum quatuor, quas tractat Aristote-

10. menta. Nequè enim sunt contradictoriè, nec relatiuè, nec priuatiuè, nec contrariè oppositæ: sed speciali nomine dicuntur diuersæ. Quapropter postquam loco modo citato disputauit Aristote de his quatuor oppositionum generibus, subsequenter text. 24. tractat de eodem & diuerso, quales sunt formæ substantiales. ¶ At uerò quia inter huiusmodi formas, quippe quæ se habent ut numeri, una semper est alia imperfectior, illa uirtualiter includit priuationem perfectioris. Et inde est, ut ex diuersitate formarum substantialiũ nascantur differentiæ diuidẽtes genus & constitutiuæ specierum, sensibile in
E sensibile, irrationale, quæ explicantur per modum habitus & priuationis. Nihilominus tamen utraq; differentiade signat aliquid positiuũ. Et hæc de oppositione formarum substantialium, & differentiarum diuidentium genus, obiter quidem, non tamen prorsus ab Ad primã confir. sque proposito dicta fuerint. ¶ Et per hæc patet responsio ad primam confirmationem. Respondetur enim, quòd quanuis alia sit oppositio priuatiua à contrariorum oppositione, nihilominus generali nomine illa, quæ priuatiuè opponuntur dicuntur contraria. Et præsertim, quia priuatio formæ, quæ gignitur, cõuenit materiæ ratione formæ substantialis diuersæ, & quodãmodo contrariæ. Qua de causa maiori ra
F tione possunt forma & eius priuatio dici contraria: quia agens per actionẽ contrariorum accidentiũ expellens diuersam formam, expellit quodammodo priuationem introducens propriã formam, ad modum cõtrariorum. ¶ Et ad Buridanum & eius sequaces, arguẽtes, quòd priuatio nihil est, & per consequens nulli contrariatur, respondetur, quòd satis est sola ratione differre à materia, ut contrarietur quodammodo formæ non enim ita sunt negandæ distinctiones rerum, ut modi loquendi philosophici permutentur. Tunc enim secluso quocunque conceptu &

A nominem, materia à parte rei quatenus priuatur forma ignis, quodammodo opponitur formæ: quia est sub oppo fita forma, hoc satis est, ut cõcedamus formam & priuationem à parte rei esse contraria. ¶ Ad secundam confirmationem negatur aliquam esse in Aristo. contradictionem. Et ad primam iam responsum est nihil obstare, & principia substantiæ non esse accidentia, sed partes substantiæ: & formam nihilominus & priuationem esse largo modo cõtrarias: licet substantiæ sit nihil propriè contrarium. ¶ Ad secundam uerò quidam respondent, quòd cum prius dixit contraria non fieri ex alterutris, accipit contraria in abstracto: calor enim

B non conuertitur in frigus: quando autem subiungit, quòd album fit ex non albo, accepit illa in concreto: idē enim subiectum, quod prius est nigrum, postea est album. Sed tamen aliter forsan meliùs respõdetur ad intentionem Arist. quòd priùs dixit contraria non fieri ex alterutris, tanquam ex partibus essentialibus: sicuti non fiunt ex alijs, denotans, quòd principia debent esse simplicia: sed postea dixit, quòd unum contrarium fit ex altero tanquam ex termino à quo, siue in concreto siue in abstracto. Dixit enim hoc ad ostendendũ quo modo principia sunt contraria: nempe quomodo calidum fit ex non calido: &

C calor ex priuatione caloris: ignis fit ex non igne, & forma ignis ex eius priuatione in subiecto apto. ¶ Ad tertium membrum respondetur, quòd tex. 50. non dixit uniuersaliter omnia principia permanere in compositō: sed intelligit de principiis, quæ sunt per se principia intrinseca, putà materia & forma ut quæstione sequenti monstrabimus: priuatio uerò, quæ contrariatur formę & est principium generationis tanquã terminus à quo, non manet simul cum forma. Et ideo nulla est contradictio.

Articulus secundus. ¶ SVBSEQVITVR in secundo articulo secundum membrum quęstionis. Ex hac ergo secunda conclusione, quã toto cap. 5. tractat Arist. ratiocinatur numerum principiorum. Quapropter in text. 50. subdit hanc secundam conclusionem. ¶ Pricipia rei naturalis sunt plura quàm unum. Quæ sequitur ex superiori hoc modo, Principia sunt contraria: sed nihil est sibi ipsi contrarium, ut habetur in prædicamentis cap. 6. ergo plura sunt uno principia. ¶ Tertia conclusio est etiam in eodem tex. Principia sunt infinita. Hanc probat illic quatuor rationibus, quia (inquit) aliàs principia non essent cognoscibilia, & per consequens nec totum ens naturale. Et præterea quia frustra fit per plura, quod potest fieri per pauciora: atq; aliis duabus rationibus, quæ in commẽto abundè expositæ sunt. ¶ Quarta conclusio est in tex 51. Principia sunt plura, quàm duo. hanc probat illic tribus rationibus, quas in commentis lucidè habes expositas. Omnes autem hunc tendunt. Principia debent esse contraria: sed duo contraria non possunt inuicem agere & pati, nisi circa unum subiectum: ergo ponendum est tertium principium, quod sit subiectum illorũ contrariorum. Secunda ratio est. Illa principia debẽt esse partes substantiæ: ergo non sunt accidentia, sed substantiæ propriè nihil est contrarium: ergo principia propriè non sunt contraria, sed tanquam priuatiuè oppositæ priuatio autem non est, nisi in subiecto apto

F ad recipiendam formam, ergo præter priuationem & formam, quæ sunt duo principia, est etiam subiectũ, quod est tertium. Quod adhuc Arist. confirmat authoritate antiquorũ. Et sic habetur, principia sunt saltem tria: quæ est prima pars huius exclusiuæ principaliter intentæ, tamen sunt tria principia. ¶ Quinta conclusio est in tex. 56. Principia rerũ naturalium non sunt plura quã tria, quæ est altera exponẽs. Probatur. Vnum per primorum contrariorũ sufficit ad oẽs generationes, quæ sunt in uniuerso, & uni contrarietati sufficit unicũ subiectũ: ergo tãtũ sunt tria principia

Ad secundã confir.

D

2. Concla.

3. Concla.

4. Concla.

E

5. Concla.

A cipia. Maiorem non probat Aristo. sed supponit tanquam notam. Explicat tamen eam Themistius hoc modo. Si essent plura contraria, quã duo, aut quicquid generaretur ex duobus contrarijs posset mediatè uel immediatè generari ex alijs duobus, aut nonsi sic, tũc plura quàm illa duo essent superflua. Si uerò non, tunc sequeretur primo, quòd nõ omnes substãtiæ generabiles & corruptibiles reducerentur ad idem genus principiorum: quod est falsum, quia cũ substãtia sit unius generis, principia debent esse unius generis. Secundò sequeretur, quòd deberent esse infinita con-

B traria: nam eadem ratione, qua ponuntur plura quàm duo, non posset diffiniri eorum numerus. ¶ Dubitatio tamen est hic non contemnenda (quam super textum. 57. partim tetigimus) circa istã quintam conclusionem, quomodo duo tamen contraria omni sufficiant generationi. Arguitur enim sic. Alia principia sunt contraria in motu locali, puta à supremo loco ad infimum (qualis est motus grauiũ) uel è conuerso (qualis est motus leuium) uel à dextro in sinistrum, qualem 2. cœli ait Aristot. esse motum cœli. Aliæ sunt, eædemq; plurimæ in motu alterationis. s. à calido in frigidum, ab albo in nigrum, &c. & aliæ

C in motu augmentationis, & diminutionis. s. à paruo in magnum, & è conuerso. Quin etiam in generationibus substantiarum sunt diuersa contraria principia, nã alia est contrarietas principiorum in generatione ignis ex ligno, & alia in generatione animalis ex semine: atque alia in generatione cadaueris ex homine. Nam contrarietas formæ & priuationis est ratione diuersitatis formarum, quarum altera expellitur, & altera introducitur: istæ aũt formæ differunt in spẽ diuersis generibus: ergo & contrarietates principiorũ sunt diuersæ, & per cõsequens non sunt tantum duo principia contraria, atq; adeoneq; principia omnia sunt tantum tria.

¶ Ad hanc dubitationem respondetur primum omnium, q hic nõ est ser- D mo de contrarietate extremorũ inter alios motus, sed de contrarietate principiorũ generis substantiæ. Verũ est tamen, q tex. 42. & tex. 50. insinuat Arist. in unoquoq; genere esse unam primam contrarietatem, ad quã oẽs illius generis reducuntur, quod ambobus in locis fermè declarauimus. Sed restat adhuc considerare, q prima cõtraria possunt intelligi dupliciter: aut quia sunt uniuersalissima in prædicando, aut quia sunt prima in efficiendo. Prima contrarietas in prædicando authore Aristote. 10. meta. tex. 15. est habitus & priuatio E quippè quòd reliquæ omnes participent rationem huius, ut commen. 12. dicebamus. Imperfectius. n. duorũ contrariorum uirtualiter includit priuationem alterius. Vnde eodem lib. text. 7. habetur, q nigrum est priuatio albi. Et pariter relativè oppositum, ut maius & minus, nam de contradictoriè oppositis manifestum est, q vnum dicit negationem alterius. Isto ergo modo possumus dicere priuatiuam oppositionem esse primam: quia uniuersaliter prædicatur de quibuscunq; oppositis, & prçcipuè de his, quæ diuidunt genus, ut, sensibile & insensibile, rationale & irrationale, &c. Alio-modo dicuntur ali- F qua prima contraria primitate efficientiæ, quomodo in genere qualitatis caliditas, & frigiditas sunt prima contraria, sanè ex quibus omnes aliæ qualitates secundæ efficiuntur. Et quamuis humiditas & siccitas annumerẽtur etiam primis qualitatibus, tamen quia sunt passiuæ, sunt posteriores caliditate & frigiditate, quæ sunt actiuæ. Quãdo ergo hic dicit duo prima contraria sufficere, ut sint principiũ omnium generabilium & corruptibiliũ, intelligit duo prima utroq; modo: nam in omni generatione concurrunt principia quæ se habent ut habitus (seu forma) & priuatio. Et hæc etiã sunt prima quodãmodo in genere causandi, quoniam simplicissima principia ad generationẽ sub-

A stantiæ sunt forma & priuatio, quæ sese vicissim expellunt circa eandem materiam. Et quia omnia accidentia cõproducuntur ad productionem substantiæ, sunt simpliciter prima. ¶ Ex quo sequitur accidentia, quæ per alterationem præcedunt generationem, non habere rationem principiorum, sed sunt instrumenta, quibus res corrumpitur, ut materia spolietur forma, & nouam possit recipere, ut quæstione sequenti euidentius monstrabitur. ¶ Ex his rursus, quæ dicta sunt, elicitur solutio vulgatissimi cuiusdam argumenti, quod est hoc. Cuiuscunque rei, dum gignitur, sunt sua principia ab alijs alterius rei, aut specie,
B aut numero distincta: & sunt res genitæ innumeræ, imò secundum Arist fuerũt & erunt infinitæ: ergo aut infinita, aut saltem quamplurima sunt principia. ¶ Ad hoc argumentum, qui plus nimio terminis & nominibus assueuerunt, explicant tria esse principia, hoc modo. Tres sunt termini non synonimi omnia principia generationis significantes. s. materia & forma & priuatio. At verò postquã principia sunt merè res, non opus est ad terminorum significationes appellare: sed satis exprimitur in hoc sensu proposito Aristot. Cuiuscunq; generationis substantiæ tria sunt
C prima principia. Et multo significatiùs exprimitur, si ly, prinaipia faciat suppositionem simplicem, & non descendamus personaliter ad singula. Vt cùm dicimus, tria sunt principia rerum naturalium, sensus sit. Tria sunt principiorum genera s. materia forma & priuatio. Quemadmodum dicimus tantùm decem sunt prædicamenta, id est decẽ sunt rerum genera. Enimuero forma ignis, forma arboris, & forma equi, & formæ uniuersæ substantiales in ratione principij sunt eiusdem generis: quia concurrunt tanquam principium formale in generatione. Et pariter omnes priuationes in ratione termini à quo sunt eiusdem generis. Nam de materia omnium generabilium nulla est ambiguitas, cùm sint oẽs eiusdẽ speciei. D

¶ Sexta demum conclusione ex propria sententia respondet Arist. tex. 67. ad utrunq; membrũ quæstionis, hoc tenore. Principia quodammodo sunt ut duo, quodammodo ut tria, & quodammodo ut contraria. Intelligit esse quodãmodo ut duo, eò q̃ principia intrinseca rei genitæ sunt tantùm duo, eadẽq́ue realiter distincta. s. materia & forma. Atqui, q̃ tantũ hæc principia sint intrinseca, probat Phi. tex. 65. hac ratione. Ea, ex quibus per se compositũ fit & factum est, sunt eius principia: sed tãtum materia & forma sunt huiusmodi: ergo. Ex quibus (inquit) fit & factũ est, ad excludendum priuationem, quæ est E principium & terminus à quo generationis in fieri, non tñ in facto esse: quia non manet in composito, & ideo nõ est eius principium per se. Quod autẽ materia, & forma sint per se principia rei iam factæ: probat, quia resolutio compositi fit in mate. iam & formã, & unũ quodq; cõponitur ex ijs, in quæ resoluitur. Intelligit ueruntamen esse principia quodãmodo ut tria, quia omnia simul principia includẽdo principiũ à quo sunt tria ratione: nã priuatiũ, quæ est principium per accidẽs, licet ot idẽ numero cum materia, differt tamen ratione. Quòd autem priuatio sit principium per accidens probat tex. 66. quia F res fit ex materia inquantùm accidit ei priuatio formæ, quæ gignitur, & per consequens fit ex priuatione tanquàm ex termino à quo. Intelligit denique esse quodammodo ut contraria: quia forma & priuatio sunt contraria. Veruntamen nõ dicit simpliciter esse contrãria: quia non omnia principia sunt cõtraria: materia enim nõ cõtrariatur formæ. In summa, comparando materiam ad formam, dicit esse quodammodo duo: uerum comparãdo eam simul ad priuationẽ, dicit esse quodammodo tria. Rursus conferendo formam cum priuatione, dicit esse ut contraria inuens, quòd si consideretur in ordine

ad

A ad materiam, non est illi contraria.
¶ Ad secundum igitur principale argumentum respondetur, ꝙ Arist. loquitur hic de principiis secundum propriã nominis significationem, ut notabili secũdo in principio quęstionis explicuimus s. pro illo, quod pertinet intrinsecè ad ordinẽ generationis, & ideo efficiẽs & finis non numerantur inter principia. Sed cũ arguitur, aut intelligit de principiis intrinsecis & per se, aut de extrinsecis & per accidens, tota difficultas est de priuatione, quæ nec est intrinseca rei genitæ, nec proinde principium per se illius, sed per accidens vt tex 66. docet Aristote. cuius contrarium uide
B tur dixisse in textu. 43 ¶ Et arguitur, ꝙ si priuatio est principium per accidens, non esset assẽdum proprie principiũ: quia principia per accidens sunt infinita: & ideo non cadunt sub scientia. ¶ Ad hoc respondet Commentator cõmento. 66. ꝙ priuatio licet sit principiũ per accidẽs, est tñ necessariũ. Sicuti propria passio, licet sit accidens, est tñ necessaria. Et ideo Arist. nec loquitur hic de solis principiis per se, nec de eo ibus per accidens: sed de necessariis. Attamẽ cõtra hanc expositionem uidetur esse, qđ diximus. 1. poste. q. 3. de intẽtione Arist.
C ꝙ idẽ est necessarium & per se: nihil. n. necessariò rei cõuenit, nisi quod per se. i. ab essentia sua conuenit, unde & propria passio facit secundũ modũ per se.
Priuatio quomodo dicatur per se & per accidens.
¶ Aliter ergo arbitror esse dicendum. s. ꝙ priuatio si comparetur ad materiã, est quidẽ accidens illius: itẽ si comparetur ad compositũ, quod gignitur, est ẽt principiũ per accidens: quia nõdicit aliquod positiuũ influens in compositũ, sicut uera causa: neq; permanet in illo tanq̃ pars eius essentialis: sed est eius principiũ per accidens ad hũc sensum ꝙ compositũ fit ex materia, cui accidit priuatio. Et hoc intendit Ari. tex 66. Si tñ priuatio comparetur ad generationem ipsam, tũc non est solùm necessarium principiũ sed quodãmodo intrinsecũ & per se intrans diffinitionem generationis & corruptionis. Et hoc uoluit dicere tex. 43. generatio enim est mutatio à non esse ad esse, corruptio uerò mutatio ab esse adnon esse, ut habetur. 5. huius tex. 7. Cùm ergo quæritur de quibus principiis determinat Arist. esse tria, respondetur, quòd nec de solis principiis intrinsecis, & per se entis naturalis, nec de omnibus extrinsecis, & per accidens: sed de intrinsecis & per se generationis entis naturalis: quæ sunt terminus à quo & terminus ad quem & subiectum. D
¶ Quod si interroges, quomodo fieri potest, ut aliqua sint per se principia generationis, quæ non sunt rei genitę. Respondetur. Idcirco quòd alia est diffinitio rei naturalis, & alia generationis eius: res ẽm naturalis diffinitur physicè per solam materiam & formam: est. n. similtas nasi cauitas: & homo animal cõpositum ex materia & anima rationali. Et per hoc probat Arist. hæc duo tantũ esse principia intrinseca rei naturalis, ut super textum. 65. exposuimus. Generatio uerò est mutatio substantiæ de non esse ad esse: & corruptio mutatio de esse ad non esse: in quarum prima diffinitione ponitur priuatio, tãquam res minus à quo incipit mutatio & in secũda tanquam terminus in quem definit. E
¶ *Sequitur consequenter quæstio exta.* F
¶ Tex lxix. Hæc non tic rnum existens, &c.

¶ *Quæstio Sexta.*

VTRVM MATERIA SIT adeo pura potentia, ut nullam de se habeat actualitatem.

POst numerum iam diffinitum principiorũ, sequitur singulorum singulis quęstionibus rimari naturam, quippe quorum cognitio plusquam dimidium est totius physicæ scientiæ. Arguitur ergo, ꝙ materia nõ sit pura potentia. Materia per se est ens reale existẽs fine operatione intelle-

A tellectus, atque adeo reale subiectum formæ, quam sustinet & cõseruat: ergo de se est actu ens, & per cõsequens non est mera potentia. ¶Et confir. Materia differt à priuatione, ut text. 75. & 79. ait Arist. in hoc ꝙ priuatio é per se nõ ens, materia uero est propè substantia permanés i cõposito, ergo materia per se habet aliqué gradũ entitatis, & per cõsequés nó est mera potẽtia. ¶Et confirmatur secundo. Materia habet ex se ueras proprias passiones: habet.n. appetitũ formæ, ut habetur tex. 81. habetq; potẽtiã, unde educitur forma, ut habetur text. 78. quod est habere realẽ causalitatem respectu formæ: hæc aũt nisi

B rei, quæ per se sit, cõperere nõ uidẽtur: ergo materia per se est ens in actu. Item est per se principiũ, ut habetur tex. 65. ergo est per se ens, quia entis principium est entis ens. ¶Secundò principaliter arguitur. Si materia esset pura potentia ut distinguitur contra actum, sequeretur, ꝙ nec per diuinã potentiã posset esse materia sine forma (haberet .n. tunc materia esse ita intrinsecè à forma, sicut corpus hẽt esse albũ ab albedine: ita.n. se habet pura potentia essentialis ad esse simpliciter, sicut pura potentia accidẽtalis ad esse albũ) sed repugnat per quancũq; potentiã corpus esse albũ sine albedine: ergo ita tũc repu-

C gnaret materiam esse sine forma. Consequens tamen inde apparet falsum, ꝙ cũ materia, & forma sint duæ res numero distinctæ, ut enunciat Arist. text. 67. & neutra illarũ sit pars alterius (in quo sensu dixerat Arist. text. 43 principia non fieri ex alterutris) sequitur Deum posse materiam seorsum conseruare sine forma, sicuti formam pót sine materia. ¶In contrarium est Arist. tex. 69. ubi ait. Vnum igitur principiũ hæc (scilicet materia) non sic unum, neque sic ens, ut hoc aliquid, unum autem scilicet forma secundùm quod ratio. Vbi docet materiam de se non existere nisi per formam.

¶QVÆSTIO HAEC duos habebit articulos. In primo respondebitur ad quæstionem: & in secundo alia minora dubia circa naturam materiæ terminabuntur. Atqui primum omnium attentè notanda est natura materiæ, quæ fundamentum est scientiæ naturalis. Et quò ab eius distinctione sumatur exordium. Materia (ut text. 82. habetur) est primum subiectum uniuscuiusque, ex quò fit aliquid cum insit, non secundum accidens. Ait, primum subiectum, ad differẽtiam subiecti accidẽtium quorum subiectum, quo, est quantitas, subiectum uerò, quod, est totum compositum, ut 1. de generatione super tex. 24. dicturi sumus, materia uerò est subiectum formæ substantialis: quæ præsupponitur accidentibus. Ex quo cùm insit fit, aliquid non secundùm accidens, ad differentiam priuationis, quæ nec permanet in composito, nec proinde per se cõcurrit ad eius esse, quia esse compositi non resultat ex esse priuationis, sicuti ex esse materiæ & formæ. Et eadem particula excluditur terminus à quo includens formam contrariam. Fit namque acetũ ex uino, & tamen uinum non est hoc modo materia (quia non manet in aceto) sed est terminus à quo. Et fit mixtum ex elementis, quæ non sunt hoc modo materia, quia non manent formaliter in mixto. Tametsi etiam si manerent excluderentur per aliam particulam: quia non sunt subiectum primum. At quia materia, ut text. 68. habetur, innotescit per analogiam ad subiectum accidentium & potissimum artificiliũ, prima comparatio est, quòd sicut subiectum formæ accidentalis recipit à forma esse accidentale, puta esse albũ, aut calidum, &c. ita materia prima recipit à forma esse substantiale. i. simpliciter actu existere. Vnde sicuti prima substantia .i. suppositum est primum subiectum respectu omnium accidentium, eò ꝙ illa sola simpliciter per se existit, ita materia, quia est subiectum formæ dantis esse simpliciter, dicitur

D Materiæ diffinitio.

E

F Comparatio materiæ ad subiectũ accidentiũ.

simpli-

A simpliciter prima materia & primum subiectum. ¶Est tamen differentia, ꝙ prima substantia est subiectum accidentium dans illis esse, quia esse accidentium non est aliud, quam inesse substantiæ: sed tamen prima materia non est ita subiectum, ut illo modo det esse formæ, immò potiùs forma est actus, per quem actu est materia, ueluti albedo est forma, per quam subiectum est album. Quocirca materia sustinet quidem, conseruatq; formam, at non propriè dando illi esse: sed tanquàm potentia ad esse per formam.

Nota pulcherrimũ.

¶Hinc sequitur secunda apprimeq; notanda differentia, cur ex materia, &

B forma fit unum ens per se, tamen ex subiecto & accidentibus non fit unum per se, quam docet Aristo. 8. meta. text. 15. quia uidelicet cùm forma substantialis aduenit materiæ, non aduenit enti, quod simpliciter sit per se in actu ante aduentum formæ: obidque non ponunt in numero forma & materia, ut duo simpliciter entia, sed quod resultat, est simpliciter unum, accidens uerò aduenit enti, quod per se est actu ens: & ideo forma & subiectum semper manent duo non facientia unum. In quo sensu intelligitur illa maxima. Ex duobus entibus in actu nõ fit unum simpliciter.

C ¶Hinc sequitur tertia differentia quantum ad modum loquendi, ꝙ propriè subiectum accidẽtium dicitur materia, in qua: sed materia prima dicitur proprius materia, ex qua, ut habetur in diffinitione Aristot. ex quo &c. Et ratio est, ꝙ esse suppositi non constat tãquàm ex partibus ex esse accidentium, sed potius subiectum cõmunicat illis suum esse: licet uicissim recipiat ab illis denominationem accidentalem, sed tamen esse suppositi resultat ex materia & forma, tanquàm ex partibus essentialibus.

¶His praeiactis fundamentis circa quæstionis titulum notandum est, quòd potentia & actus. ex opposito distinguuntur, multis modis dicitur, ut habetur 5. metaph. tex. 14. & copiosius lib. 9. in principio. Uno modo actiuè, sicut calor est potentia ignis ad calefaciendum aquam, & alio modo passiuè, sicut siccitas ligni est potentia passiua, ut benè sit combustibile, & tertio modo pro potentia subiectiua, sicut corpus recipit colorem & intellectus species. Et istis modis nõ accipitur in proposito. Non enim hic disputamus, an materia habeat potentiam actiuam, neque quærimus, an sic habeat potentiam passiuam, ut sit combustibilis: aliæ namq; sunt diuersæ; huiusmodi quæstiones. Neq; rursus ambigimus, an materia sit potentia subiectiua respectu

E formæ: hoc enim notissimum est. Sed accipitur hic potentia, ut distinguitur contra actum substantialem uel accidẽtalem, qui est esse. Et quærimus, utrũ materia in sua ratione formali includat actum huiusmodi, quemadmodum homo in sua ratione includit formam, & album includit albedinem.

¶Ad quam quidem quæstionem respondetur tribus conclusionibus. Prima Materia est uerum ens actu existẽs, seu entis ens, in alio existens. Probatur. Materia est uera pars substantiæ, de qua simpliciter prædicatur esse, ut enim uera est hæc propositio, lignum est, ita & forma est, & materia est, nisi quod suppositum subsistit, partes uerò non per

F se subsistunt, ens uerò est participis huius, quod est esse, ergo materia est ens reale, actu existens in toto. Conclusio hæc præterea comprobatur argumento primo principali cum suis confirmationibus. 1. concle.

¶Secunda conclusio. Materia in sua intrinseca ratione formali non includit actum aliquẽ, à quo formaliter fit. Et hoc est esse puram potentiam. Probatur. Actus & forma in quocunq; genere idem prorsus est: sed materia prima, ut nomen ipsum sonat, nullam in sua ratione formam includit, quin potiùs omnem excludit: ergo materia nullam de se habet actualitatem. Probatur

maior

A maior inductiuè. Id, quo aliquid est actu album, est forma accidentalis albedinis: & quo est actu calidum, est forma caloris. Et eadem ratione, quo aliquid est actu equus, est forma equi: & quo aliquid est actu homo, est forma hominis: & ita discurrendo per omnia. Immo idem prorsus significat, esse actu tale, & esse formaliter tale, id est à forma: ergo eadem ratione esse, si absolute dicatur, est ab aliqua forma. Cùm ergo materia de se nullam formã dicat, nullum in sua ratione includit actum. Et per consequens est mera potentia. Et confirmatur. Nulla res est simpliciter, nisi sit in aliqua certa spe-

B cie substantiæ, puta homo, equus, aut lignum &c. sicut nulla res est qualis, nisi in aliqua certa specie qualitatis, nec quanta nisi in aliqua certa specie quantitatis &c. sed materia de se nullam dicit certam speciem: sed quid penitus in forma: ergo in sua ratione non includit aliquem actum: sed est mera potentia. ¶Hanc conclusionẽ intendit Arist. in text. præsenti 69. dicens quòd materia nõ est hoc aliquid, sed aliud principium s. forma, est ut ratio. Quasi dicat materia non habet esse, nisi per formam. Et tex. 71. ait quòd materia est prope substantia. i. in potentia ut substitat per formam. Et text. 78.

C ait materiam esse ens, non simpliciter, sed in potentia. Quod euidentius pronunciat. 1. de gene. tex. xj. Et expresse 7. meta. tex. 8. materia (inquit) secundũ se, nec est quid nec quantũ, nec aliquid aliorum generum.

¶Hanc denique cõclusionem Aris. perscrutatus est aduersus antiquos: qui omnes hoc pessime errabant, q̃ principiũ materiale entis ponebant esse ens in actu includens formam: alij. s. aquã aut aliud quoduis elemẽtum: alij uero res ipsas naturales latitare in quolibet. Vnde cogebantur negare generationem substantiæ simpliciter: nam enti completo in actu non potest aduenire forma, nisi accidentalis. Quapropter cum uideret Aristot. materiam esse aptum subiectum ad uniuersas formas, cognouit eã in sua ratione nudam prorsus esse omni forma. Sicuti oculus eo caret omni colore, ut accipere possit omnium species colorum. ¶Tertia cõclusio est. Materia nõ est nisi per formam. 1. Cõclus.

Hæc manifeste sequitur ex superioribus, hoc modo. Materia uere & realiter est (quæ est prima conclusio.) & nõ est per se (ut habetur in secunda) ergo est per formam. Et hoc est quod ait 3. huius tex. 67. Materia continetur à forma. Et 1. de gene. tex. 83. Materia efficitur, ut sit in actu per formam. ¶Et confirmatur quia esse actualiter idem est quod esse formaliter, & per con-

D sequens esse per formam. Itaque sicut Petrus est albus per albedinem & ꝯs est statua per figuram, & ita materia simpliciter est per formam. Licet forte non nihil differat, ut iam modo dicturi sumus. ¶Hæc denique omnia manifestiora fiunt nominibus, quibus græcè materia & forma significantur. Materia nanque nuncupatur, hyle, forma uero intelechia, Hyle autem in artificijs significat materiam, non quamcunque, sed informem, ut est silua lignorum & lapidum, quæ edificio construendo congregata sunt. Et ideo in naturalibus proprie significat materiã primam omni penitus forma nudã. En-

Hyle, entelechia.

E telechia uerò significat formã, nõ quomodocunque: nam eidos, etiam significat formam: Sed eidos quamuis communiter significet omnem formam, etiam illam, quæ est pars compositi, tamen potiùs significat formam totius, quam dicimus naturam hominis, aut equi &c. Entelechia verò significat proprie formã, id est actum & perfectionẽ corporis ut distinguitur contra meram potentiam. Aliqui scribunt indelechiã per d. sed tamen græcè per t scribitur nisi quòd cũ t possit proferatur græcè ut d. Ianinũ, aliqui transtulerunt per d.

¶Et per hæc solutum est primum argumentum cum suis confirmationibus: Ad primũ argum.

ad

A ad formam enim primi distinguitur maior, scilicet materia per se est ens reale, si enim ens dicat actum essendi, hoc negatur: immò hoc habet per formam, ut expressè ait Arist. locis iam modo citatis. Si autem ens accipiatur ut dicat essentiam partialem, quòd est esse principium essentiæ compositi, hoc benè probat argumentum, & confirmationes. Neque sequitur. Materia est per se principium: ergo est per se actu, sed est per formam totius: sicut est per esse totius.

¶Hinc sequitur quòd materia generabilium nec propriè est eiusdem speciei nec differens specie à materia cœli: qa
B tam unitas quàm differentia specifica, utrumque est à forma. Et ideo Arist. 3. huius text. 65. dicit quòd materia non habet speciem. Sed dicitur materia generabilium eiusdem speciei negatiuè: qa non habet de se unde differat se unú specie. Et dicit differre genere à materia cœli quia una appetit formam: alia uerò non. Genere inquam modo quo statim dub. quarto uidebitur.

Articulus secundus. ¶In articvlo secundo primú dubiú est circa materiá, secundi argumẽti principalis, utrũ p potẽtiá Dei sup naturalẽ posset esse materia sine forma. est. n. theologis de hoc controuersia. Nam S. Tho. 1. p. q. 66. art. 1. & quo-
C libet. 3. ar. 1. existimat id implicare cõtradictionẽ. Cui subscribit. Duran. in 2. d. 12. q. 2. Scotus uerò eodem lib. d. & q. quem sequitur in eodem loco Gregorius, dicunt contra, hãc rem esse possibilem. At res est theologa, paucis eã absoluemus duabus conclusionibus.

1. Cõclus. Prima. Probabilissimũ est, & quod rei naturæ congruentissimum uidetur materiam per nullam potentiam esse posse sine forma. Probatur ratione. S. Tho. Id quod implicat contradictionẽ Deus non potest facere: sed est contradictionis implicatio materiam esse sine forma, ergo. Probatur minor. Materia formaliter habet esse per formam: nam ut dictum est materia de se est me-
D ra potentia, cuius actus est forma: quẽadmodum corpus, quòd de se est pura potentia, ut sit albũ formaliter est albũ per albedinem: sed implicat contradictionẽ aliquid esse actu tale sine forma qua est tale, ut implicat corpus esse album sine albedine: ergo eadem ratione implicat materiam esse sine forma. ¶Et confirmatur. Implicat contradictionẽ aliqui esse nisi in aliqua certa specie, vt paulò ante dicebamus: sed materia siue forma nullius esset prorsus speciei: qa species est forma. Immò hoc ipsum sonat forma, quod species, ut Arist. hic loquitur tex. 81. Quod confirmatur ex illo citato. 7. met. tex. 8. Materia nec est
E quid nec quale, nec quantũ &c. ¶Et cõfirmatur secundò: quia si materia est, ea est corpus finitum, & per consequens habet aliquã figurã quadratam, aut circulare &c: hanc tamen sine quantitate habere nõ põt: nec quãtitatẽ aut aliud quoduis accidens sine forma subsãtiali: ergo implicat materiam esse sine forma. ¶Iu contrariũ arguunt Scotus, ac Gregorius argumẽtis multis, quæ quisque apud illos & apud Capreo. 2. d. 13. uidere potest. Sed quæ alicuius sint põderis hæc sunt. Ex duabus quibuscunq; rebus realiter distinctis, quarũ neutra est pars alterius Deus potest utrãlibet sine altera seruare: sed materia & forma sunt huiusmodi: ergo potest Deus
F seruare materiam sine forma.

¶Hoc tamen argumentum in uia Scoti tenentis Deum non posse seruare subiectum sine relatione nullum est contra S. Thomã: quia profectò maior dependentia videtur naturalis materiæ à forma, q̃ subiecti à relatione. Etenim sicut pater formaliter est pater secundùm Scotum ab illa paternitate distincta; ita & materia est formaliter secundùm Aristo. à forma: immò magis dependet: quia esse subsãtiale habet à forma. Et per consequens si Deus non potest seruare (ut ipse dicit fundamentum sine relatione, multòminus potest materiam sine forma. ¶ Secundum argumentum

A gumentum est hoc. Quicquid Deus facit & conseruat per causam secundam potest se solo facere, & conseruare, Deus conseruat naturaliter materiam per formam, ergo potest illam sine forma conseruare. ¶ Et confir. Accidens plus dependet à substantia, quàm materia à forma, & tamen in sacramento seruat accidentia sine subiecto: ergo. Item tantùm forma dependet naturaliter à materia (saltem forma corporalis, quæ educitur de potentia materiæ) quantum materiam dependet à forma, sed potest Deus conseruare formam sine materia, siquidem seruat accidentia, quæ sunt minoris entitatis, ergo

B pariter potest materiam sine forma seruare. ¶ Ad hæc uerumtamen respondet S. Thom. quodlibet 3. citato, quòd aliter dependet materia à forma, quàm accidētia à subiecto. Accidentia enim dependet à subiecto in genere quodāmodo efficientis, seu conseruantis, & pari modo forma dependet à materia: materia uerò dependet à forma in genere causæ formalis, sicuti corpus esse album dependet ab albedine. Vnde ad formam respōdetur, ꝙ quicquid Deus facit, aut conseruat cum causa secunda concurrente tanquā efficiens, aut quomodocunque conseruans in ratione subiecti, potest conseruare se solo, uice

C tamen causæ formalis non potest supplere, quoniam non potest facere corpus album sine albedine, aut hominem

2. conclu. sine anima. ¶ Nihilominus sit secunda conclusio. Probabile est Deum posse materiam sine forma seruare. Neq; in hoc puto derogari grauissimæ authoritati S. Tho. tum quia res non est tanti momenti: tum quia non nego, quin in principijs persistendo Aristo. probabilissima est eius sententia, quā quicunq; potest optimè sustinere. Et forsan ego fallor. Ratio quæ me uerumtamen mouet, unica est illa prima. Hoc est enim mihi ingenium, ut credere aliud non possim, quàm ꝙ ex duabus quibuscūq; rebus realiter distinctis, quarum neutra est pars alterius, Deus possit utranlibet sine altera conseruare, nihil enim Deo negandum est, nisi ubi manifestissima est contradictio, quæ certè in hoc non adeo est manifesta. Neque id mihi persuadeo solùm in rebus absolutis, ut Scotus arguit, sed etiam in relatiuis, quod ipse negat. Profectò si paternitas distincta esset à patre meo, ambigere non possum, quin Deus possit patrem sine illa entitate, etiam me uiuo, seruare. Et si illud implicaret contradictionem, ut puta Scotus, pariter implicaret ꝙ materia esset sine forma: ut modò dicebamus. Atqui hoc mihi bonum est argumentum, relationes non distingui realiter à subiectis, nempè ꝙ destructa quacunque alia entitate, saluis patre & filio, unus esset pater & alter filius, eo quòd ille genuit, hic uerò genitus est. Idemque asseruimus cap. de proprio, de subiecto & passione, uidelicet quòd Deus potest hominem seruare sine entitate, quæ est risibilitas, & animam sine intellectu. At nihilominus ille homo risibilis esset, & intellectiuus ex sua natura. Tametsi neq; ridere, neque intelligere posset, nisi restitutis ei illis potentijs. Veluti cæcus uisiuus quidē est, ut sic loquar in potentia remota, quia uidere non potest si modo dētur ei oculi, quod lapis non potest.

D

E

F

¶ Ad rationem proinde S. Thom. utcunq; respondetur, ꝙ quamuis naturaliter materia formaliter habeat esse per formam, non tamen hoc est adeo illi intrinsecum, quàm est corpus esse album per albedinem, quia esse album non dicit aliquam essentiam, aut partem essentiæ, sed solùm informari albedine, materia uerò dicit aliquam essen-iam distinctam à forma, ut dicebamus. tin prima conclusione, siquidem essentia totius cōstat ex essentia partiali materiæ & ex essentia partiali formæ. Et ideo licet sit talis essentia, ut naturaliter non sit actu nisi per formam, non tamen repugnat Deum illam actualitatem supplere seruando materiam

sine

A sine forma. Quemadmodũ cap. de quãtitate diximus, quòd licet corpus per quantitatem habeat partem extra partẽ nihilominus supra naturaliter potest Deus seruare corpus extensum sine quantitate. ¶ Quod si tunc percunctaris, utrùm materia sine forma seruabitur in puncto, an in loco extenso? Aliqui dicunt, quòd non potest seruari nisi in puncto, postquam non habet quantitatem. Crediderim tamẽ, quòd Deus poterit seruare, sicut uoluerit: nam, ut dicebamus etiam illic, si Deus à me separet modò quantitatem partes non fluerent ad punctum, ut aliqui autumant, quia nec moueri possent: sed Deus deberet eas seruare miraculosè in toto loco, in quo sunt modo.
B Tametsi tunc non replerent locum. Immo posset mecum tunc aliud corpus esse in eodem loco, siquidem ego tunc non essem quantus. Eodem modo posset materiam conseruare in eodem loco & figura quæ conseruaretur à quantitate: licet si figura distinguitur à re figurata, tunc non haberet figura à se distinctam. ¶ Quòd si tunc arguas. Si materia esset sine quantitate, tunc partes integrales non facerent unum, nam partes integrales continuantur per quantitatem. Ad hoc respondet Scot. ꝙ tũc materia haberet
C partes substantiales, non per quantitatem: sed non respondet per quid vnirentur partes, postquàm faciunt unũ substantialiter. Dicendum igitur est fortè, ut diximus. 1. q. de quantitate, quòd forsan formaliter partes substantiæ non uniuntur per quantitatem, cũ sit accidens, uel saltem non ita formaliter quin Deus in hoc possit supplere uicem quantitatis. ¶ Quòd si secundò interrogetur, posset ne Deus seruare materiam sine forma substantiali, cui nihilominus inhærent accidentia, puta quantitas, & qualitas? &c. Respõsio huius pendet ex alia quæstione utrùm accidentia subiectentur in materia prima, an in toto composito.

Enimuerò secundũ primã opinionem D
nihil uetat quo minus Deus per miraculũ possit seruare materiã cum accidentibus cuiuscunq; speciei sine forma substantiali, ut appareat equus, uel bos, uel quicquid uoluerit. Atramenti accidẽtia subiectantur in toto composito, uidetur fortè, ꝙ materia sine forma põt magis recipere accidẽtia corporalia, q̃ angelus. Sed de hoc latius. 1. de gen. super textum. 24. Vbi concedimus, ꝙ per miraculum, forsan non repugnat accidentia subiecta ri immediatè in materia. ¶ Hoc uerũtamen est hic adnotandum, quòd licet teneatur materiam posse esse sine
E forma, id tamen multò magis miraculum est, ꝙ formam posse esse sine materia cùm sit minus. Obidquè nullatenus concedendum est (ut admouet S. Th. 1. p. q. 66. art. 1.) in creatione rerum creatam fuisse materiam informem, ex qua post mortẽ eductæ sunt formæ, immo, ut inquit Augustinus de fide & symbolo. c. certissimè creditur omnia Deũ fecisse ex nihilo: & tñ si formam præcessisset materia, tunc cõposita non fuissent propriè creata: sed genita. At de hoc satis.

Secũdum dubium appetitus

¶ Secvndvm dubium est vtrùm potentia & appetitus materiæ ad formã sint res & inter se, & à materia aliquo modo distinctæ. Et uidetur ꝙ sic. ait
F enim Arist. tex. 28. rem fieri de potentia materiæ (quod quæstione sequenti disputabitur) potentiæ verò, ut cap. de proprio diffinitum est, sunt accidẽtia distincta à subiectis, ut intellectus & uolũtas: quod certè nõ authoritas tantùm S. Tho. sed rationes & cõmunis modus concipiendi suadere videtur, ergo & potentia materiæ distinguitur à materia. Et de appetitu habetur text. 8 r. ꝙ materia appetit formam: appetitus autem alia res uidetur esse à potentia: nam appetitus solùm dicit inclinationem, potentia verò dicit quodammodo causalitatem: ergo sunt duæ res à materia distinctæ.

¶ Ad

A ¶Ad hoc dubium respondetur unica
Conclus. conclusione. Potentia & appetitus so
la ratione, & inter se, & à materia di-
stinguitur. Ad cuius euidentiam no-
tandus est ordo inter hæc quatuor, quæ
sunt aptitudo, priuatio, appetitus, po-
tentia. Primũ quod in materia est con
siderandum, est aptitudo ad formam.
Quæ nihil aliud est quã proportio quę
dam ad formam, tãquam quid suapte
natura ordinatum ad illam. Et quia lu
men fidei naturalia etiam nobis facit
lucere, consideremus quòd Deus crea
uit materiam tanquam propriũ quod-
dam & aptissimum receptaculum for
mæ. Quemadmodum in annulo fit vas
B proportionatum figuræ gemmæ quæ
in illo est celanda.

¶Aptitudo hęc in materia est causa, vt
Priuatio. negatio formæ in illa fit priuatio: est
nanque priuatio, ut habetur. 4. meta.
tex. 4. negatio formæ i subiecto apto.
Itaque, quia materia est apta, negatio
dicitur priuatio: & non econuerso:
quia est priuata, est apta. Quò fit, ut
materia cęli non habeat priuationem
formæ ignis, quia non est apta ad re-
cipiendum illam.

Appeti- ¶Rursus ex priuatione nascitur appe-
tus. titus, ut ait Arist. tex. 81. ubi ait, quòd
materia non appetit formam, quam
habet, sed quam non habet: unde illa
C celebris dimanauit sententia. Priua-
tio est causa appetitus. Quocirca in-
eptè distinguunt hic nonnulli, alium
esse appetitum carentiæ in materia re
spectu formæ, quã nõ habet, & aliũ cõ-
placentiæ respectu formæ, quã habet.
Nã improprie & abusiuè dicitur quis
appetere id, quod habet, appetitus. n.
dicit desiderium & motum ad formã
quam quis non habet: sed complacen
tia in re, quam quis habet, potius est
quies & fruitio, quàm appetitus. Si-
cuti beati non tam propriè dicun tur
appetere beatitudinem, quàm beati-
tudine frui.

¶At uerò potentia materiæ est genus
quoddam causalitatis respectu formę
proueniens ex eadem aptitudine, ũ- D
de prouenit appetitus.

¶Hoc etiam præterea uellem lectores Nota.
admonere, ut dictas rõnes, quę sunt in
rebus cognitis, explicent non per ter-
minos, sed quemadmodum Arist. ut q.
8. elucidabimus, per diuersas confide-
rationes rerum. Nam hæc non est di-
stinctio inter reales, & nominales, sed
est loqui & Aristotelicè & secundum
rerum naturã. Quòd enim aliqui pos-
sent dicere, ista differre ratione ad hũc
sensum, quòd sunt termini significan-
tes eandem materiã sub diuersis con-
notationibus, idem est prorsus, nisi q
aptiùs dicitur hoc modo. Aptitudo
priuatio, appetitus, & potentia mate- E
riæ sunt eadem res, quæ est materia
considerata per intellectum diuersis
considerationibus, uidelicet in ordine
ad diuersa. Etenim differre ratione, ni
hil est aliud quàm differre per solam
considerationem intellectus. Exempli
gratia. Materia considerata in ordine
ad formã: tanquã aliquod receptaculũ
illi proportionatum, habet rationem
aptitudinis. Considerata uerò ut ca-
rens tali forma, ad quam est apta, ha-
bet rationem priuationis, ut q. 8. uide
bitur. Rursus considerata in ordine ad
formam, tanquam imperfectum ten-
dens ad suam perfectionem & finem, F
habet rationem appetitus. Sed si con-
sideretur in ordine ad formam, tan-
quam quodammodo ad effectũ (quia
forma dependet à materia in genere
causæ) habet rationem potẽtiæ. Itaq;
appetitus & potẽtia materiæ differũt,
quòd appetitus dicit ordinem ad fi-
nem: potentia uerò, ordinem ad effe-
ctum. Et quòd hæc distinguantur ra-
tione patet per comparationẽ ad ani-
malia, in quibus appetitus & poten-
tia differunt re. Appetit enim homo
aliquando dignitates, & pecunias, qua
rum non habet potentiam consequen
di. Et rursus stat quempiam habere po
tentiam consequendi, qui tamen non
habeat appetitum illarũ. Vnde si ma-
teria

teria esset animal (cuius appetitus sequitur cognitionē) appetitus eius esset actus elicitus tendens in finem: potentia uerò non esset, nisi uirtus à qua dependet quodammodo forma in fieri, ut q. sequenti explicabimus. ¶Hinc palam est cur forma non dicatur uice uersa appetere materiam: nempe quia materia non est finis & perfectio formæ. Nihilominus inclinatur ad illam actuandam & perficiendam, saltem anima rationalis separata habet talem appetitum ad corpus: nam in formis corruptibilibus non possumus hoc dicere: quia quando non sunt in materia, nullibi sunt, vt appetant corpus: & B quando sunt in materia, iam non appetunt, postquàm actu quieścunt in illa: tanquàm proprius eius actus. ¶Ad primum ergo argumentum respōdetur, arg. quòd potentiæ substantiæ ad producēdum uel recipiendum actum, qui est accidens, sunt itidem accidentia, sicut intellectus agens ad producendū species, & intellectus possibilis ad recipiēdū, & calor ignis ad cōburēdū: & siccitas ligni, ut fit bene combustibile. Potentia uerò materię non est ad actū accidentalē: sed ad recipiēdū formā substantialem, & quodammodo concurrendum ad productionem eius. Et ideo potentia materię nō est accidens eius: C sed ipsa per se est potentia proportionata formæ, ut ait S. Th. 1. q. 77. art. 1. Et ratio est, quia potentia & actus debent esse eiusdē generis: quā ob rem sicut potentia ad actum substantialē, est substantia. Appetitum uerò materiæ ad formam, manifestum est nō esse accidens distinctum à forma. In solis enim animalibus actus appetendi est actus elicitus à potentia, & ab illa distinctus: sicuti uolutio. In rebus autē inanimatis nihil aliud est, quàm quædam inclinatio & propensio ad suū finem. Et maximè quando finis est substantia: inclinatio enim tūc nihil aliud est quàm natura ipsius rei, quæ inclinatur. De grauitate aūt & leuitate grauiū & leuiū alia forsan est rō: nam cum illæ sint potētiæ & inclinationes ad motum, qui est accidens, forsan distinguntur realiter à rebus grauibus & leuibus. Sed de hoc libro octauo. D

¶Hoc mente seruandum est fundamētum, quo nititur opinio S. Thomæ, accidentia non subiectari immediatè in materia: quod nihil aliud est dicere, ut se ipse prima parte. q. 76. arti. 6. exponit, quam quòd materia est in potentia ad formam substantialem & accidentia ordine quodam. Et quia esse simpliciter est fundamentum omnium esse accidentalium; putà huius, quod est, esse calidum, esse album. &c. immedia E tiùs materia inclinatur ad formam substantialem, quàm ad accidentalem. Et ideo priùs saltem natura forma substātialis inest materiæ, quàm accidentia. Nota.

¶Quod si uerū sit, falsa est illa proprietas, quam aliqui tribuunt materiæ, scilicet quòd materia requirit accidentales dispositiones ad recipiendum formam. Nam secundùm istos materia nō habet immediatum ordinem ad formam. Quod tamen Arist. nunquam docuit. Sed calor, qui in aqua præcedit formam ignis, solùm est ad expellendum formā aquæ: qua dum materia est spoliata, prius natura recipit formā ignis, quàm accidentia, quæ manent in igne genito. Sed de hoc in primo de generatione. ¶Ambigere hic quispiam posset, utrum materia habeat naturalem appetitum ad animam rationalem. Et uidetur quòd non: quia cùm non educatur de potentia naturali materiæ: uidetur quòd nec appetitus naturalis extendatur ad illam. ¶Respondetur nihilominus, quòd appetitus & potentia materiæ non sunt plures, ut singuli sint ad singulas formas: essent enim tunc infiniti. Sed ut quæstione. 2. radicitùs uidebitur, est unus appetitus ad formam in genere, nisi quòd illam, quam habet iam desinit appetere. Quòd autem appetat in genere formam, quam non habet, hinc prouenit: quia non potest esse F Materia requirit dispositiones.

fine

A sine forma,& illa,quam habet,est corruptibilis & ideo materia cęli non appetitur aliquam formam. Vnde sequitur quòd materia indifferenter appetăt quamcunque formam, etiam animam rationalem: ad quod sufficit, q̃ sit naturale receptiuum illius: licet non educatur anima de potentia materiæ. ¶Quòd si secundò arguas,quòd saltem materia hominis non appetit aliam formam: cum quia illa est optima, quam habere potest: tum etiam quia illa non est corruptibilis. Respondetur, quod materiæ non est melius esse per vnam formam quàm per aliã. Et ideo quia anima,licet non sit corru

B ptibilis,est tamen à materia separabilis,adhuc materia hois appetit aliam formam. Hinc sequitur, quòd appetitus materiæ non determinat ad habẽdũ unã solam formã,sed plures simul: & ideo si repugnat habere plures formas, non est ex appetitu materiæ:sed ex repugnantia formarum inter se.

3. Dubiũ. ¶Tertium dubium est de sensu illius dicti tex. 69. scilicet, quòd materia est cognoscibilis per analogiam. Cui addunt nonnulli ex recẽtioribus per analogiam ad formam. Et dicunt materiam cognosci per analogiam ad formam,uihil aliud esse,quàm cognosci per hoc, quod forma recipitur in

C subiecto, & corrumpitur manente materia.

¶Ad hoc tamen iam diximus in commento,quòd Aristoteles non dicit per analogiam ad formam: sed per analogiam. Et præterea arguitur contra istũ sensum: quia analogia est proportionum similitudo: quòd autem materia sit subiectũ ubi recipiatur forma, nullam dicit analogiam, aut similitudinem inter materiam & formam. Itẽ eadem ratione diceretur formam cognosci per analogiam ad materiam: nam illo modo quo cognoscimus materiam recipere formam, cognoscimus & formam recipi in materia. Itẽ qa Aristoteles uoluit tradere illic modum sensibus manifestum,quo possumus cognoscere latentem materiam: modus autem iste non est, ut per cognitionem formæ substantialis ueniamus in cognitionem materiæ: antiqui enim experiẽtiam habebãt, quòd ex ligno fiunt cineres, & tamen inde non cognoscebant, quòd materia esset subiectum distinctum à forma. D

¶Igitur dicendũ quòd duplex est quæstio de cognitione materiæ. Prima. Vtrũm per se sit cognoscibilis, siue à nobis, siue ab angelo. Ad quod Arist. 7. meta. tex. 36. respondet,quòd materia per se est ignota. Et commentator hic commen. 69. respondet,quòd non E potest intelligi per se:quia res cognoscitur inquantũm participat de actu, & entitate. Vnde quia materia est pura potentia,sicut non est nisi per formam,ita non est cognoscibilis nisi per formam Et re uera distincta cognitione intelligi non potest,nisi per formã. Diffinitur enim materia per formam intrinsecè, tanquàm per suum proprium actum, sicut album per albedinem, forma uerò nõ diffinitur per materiam,nisi extrinsecè tãquam per suũ subiectum: & ideo forma, quæ est actus cognoscibilis, est suapte natura sine materia: non tamen è conuerso.

F ¶Secunda quæstio est de modo cognoscendi materiam pro isto statu. Et hæc est,quam hic determinat Aris. Vbi notandum est, quòd materiam rerum naturalium,ut doctè adnotauit Philoponus, duplex fuit modus inuestigandi apud antiquos. Primus per negationem. Enimuero ut primum efficiens, quod à sensibus est remotissimum,cognoscimus per negationes: dicimus enim Deum esse illud,quod nec est album,nec quantum,nec corpus, & ita discurrendo per ea,quæ uidemus: sed est aliquid his omnibus perfectius,atque adeo purus actus unde hæc oĩa procedunt: ita materia prima, ut iam citatum est ex Aristotele, nec est quale nec quãtum,nec quid.& ita discurrendo

rendo per omnia genera, sed est aliquid omnibus imperfectius, & pura potentia, & per consequens primum omniũ subiectum, ueluti si ceco à natiuitate uolentes explicare quid est lignum, ostenderemus illi per tactum scannum, arcam, & alia lignea artificia, & dicere mus lignum esse id, ex quo omnia illa fiunt. ¶ Secundus modus cognoscendi fuit posituè per analogiam ad materiam artificialium, id est, per similitudinem inter duas proportiones. Sicut enim se habet marmor ad statuam, ita materia prima ad formam substantialẽ. hoc est, sicut sensu experimur ex marmore, in quo prius erat sculpta figura Mercurij, mox fieri statuam Iouis, ita intellectu contemplandum est, quòd eadem materia, quæ priùs fuit sub forma ligni, postea fit sub forma cinerum: atq; adeo eandem esse rerum generabilium materiam. At quia formæ sunt actus, quibus composita specie distinguuntur, per se ipse cognoscuntur. Per formas namque cognoscimus hominem, & equum differre. Quare non est opus analogia ad cognoscẽdũ formas.

¶ Quartvm est hic dubium, qua de causa materia est ingenerabilis, & corruptibilis: quid Arist. asserit tex. 82. Cuius rationẽ subtexit, quòd cùm non posset generari ex nihilo, deberet præsupponi aliquod prius subiectũ ex quo generaretur: quod est contra naturam materiæ, cùm ipsa sit primum omniũ subiectum, aliàs esset processus in infinitum. ¶ Vbi hoc duxerim adnotandũ, quòd rem esse incorruptibilem, non dicit solùm, ut aliqui putant conseruationem Dei perpetuam. Existimat enim Gabrie. 2. senten. dist. 2. q. 1. & alij, angelum non aliter esse incorruptibilem, hominẽ uerò corruptibilem, nisi quia Deus vult perpetuò conseruare angelum, non autem hominem. Isti verò nõ penetrant rerum naturam. Quoniam licet modo Deus statueret conseruare animalia, essent ipsa nihilominus corruptibilia: & licet annihilaret angelos, essent nihilominus suaptenatura incorruptibiles. Et ideo incorruptibilitas dicit naturam rei, sicut corruptibilitas. Causa ergo corruptibilitatis est aptitudo materiæ ad aliam formam, qua priuatur, unde nascitur appetitus ad aliã formam. Est ergo res à natura sua incorruptibilis tripliciter. Aut quia nullam habet materiam, ut angeli, aut quia licet habet materiam, non tamen habet priuationem alterius formæ, quia forma, quam habet, non habet contrariũ [qua ratione probatur. 1. de cœlo tex. 20. cœlum non esse corruptibile] aut quia est primum subiectum, quod de nullius prioris potentia potest educi, & hac ratione materia est incorruptibilis. ¶ Ex quo sequitur, quòd incorruptibilitas primo, & secundo modo arguunt perfectionem, & primo modo maiorem, quam secundo modo: incorruptibilitas uerò tertio modo non arguit maiorẽ perfectionem: perfectior enim est & equus & sua forma, quam materia, licet equus sit corruptibilis, materia uerò non. ¶ Sequitur secundo cur Arist. 10. meta. tex. 26. dixit corruptibile & incorruptibile esse differentiam, non specificam, sed genericam. Etenim ut differentia, quæ est forma, & actu est specifica, ita illa, quæ prouenit ratione materiæ est generica. Diximus enim. c. de genere, genus in ordine ad differentiam se habere, ut materia: cùm ergo corruptibilitas sit ratione priuationis & potentiæ materiæ, & pariter incorruptibilitas: quia videlicet aut nulla est, aut non est in potentia ad aliam formam, fit, ut hæc differentia sit generica. ¶ Sequitur tertiò, quòd omnia hæc ingenerabilia & incorruptibilia produci non possunt, nisi per creationem, nec corrumpi, nisi per annihilationem supranaturaliter: quæ Aristote. & philosophi naturales non cognouerunt. ¶ Sequitur quartò, quòd intelligentias, cœlum, & materiam primã perpetuò durare, nõ esset miraculum, sed esset naturale: definere

D

Aliquid à natura sua esse incorruptibile contingit tri, liciter.

E

F

A autem esse,hoc esset miraculum. Econuerso uero ꝙ Deus conseruaret perpetuo hominem aut equum hoc esset miraculũ,sed ꝙ corrũpantur est naturale. ¶Sequitur deniq; postremo pro tyronibus philosophiæ,ꝙ tota materia, quæ modò est in orbe,in animalibus & plantis,& aliis, quæ generantur & usq; ad finem mundi generabuntur,eadem fuit numero creata in principio mundi: cui nec addi quicquam potest, nec adimi per naturam, secus in miraculo sanctissimi sacramenti. Sed quę modò est sub forma terræ,mox est sub forma herbæ, deinde sub forma bouis, postremo sub forma hominis,qui bouem comedit. Et
B rursus sepultum cadauer uertitur in terram. Et pariter aer cauernas terræ ingressus uertitur in aquam:& aqua rigãs arborem uertitur in lignum:& lignum in ignem : & ita iugiter manente semper eadem materia sub formis diuersis. Et illa,quæ in me modo est una, diuiditur in partes. Et quæ modo sunt diuisę,aliquando conueniunt in idem suppositum.

5.Dubium utrum materia sit actiua.

¶Dvbivm quintum est, utrùm materia prima sit alicuius actiuitatis. Ad quod facilè respondetur nullius esse actiuitatis,ut Aristote.2.degenerat.tex.
C 50.& ifra latè ꝓbat aduersus antiquos, dicens, quòd materiæ potius est moueri & pati: agere & mouere alterius est potentiæ,scilicet causæ efficientis. Ratio ex superius dictis colligitur manifesta Enimuerò agere præsupponit esse: nihil enim agit, nisi inquantum est in actu, quia omne agens intendit agere sibi simile: aqua enim quando est in potentia calida non calefacit, sed quando est actu calida: ergo per eandem formam,qua res habetesse, habet & agere simile. Vt ignis per calorem, quo est calidus,calefacit:& equus, per formam, quam est equus,generat equum: & ita in cęteris,sed materia prima,ut dictum est, nullam in sua ratione formam includit: ergo nullius est actiuitatis. ¶Et confirmatur, quia si materia esset alicuius actiuitatis, intenderet producere sibi simile in specie:sed materia de se D
nullius est speciei,ergo.

Dubiũ 6.

¶Per hæc tandem soluitur postremum dubium,utrum materia prima sit entium infimum,ut dictum est. Respondetur infimũm esse substantiarum omnium per se subsistentium substantialiumq; omnium formarũ.Hoc est manifestum:nec cuipiã debet philosopho in dubium reuocari: quia perfectio in genere entis idem est,quod actus perfectior.Cum ergo forma omnis sit actus, & omne compositum includat formã, materia uerò sit pura potentia, sit, ut sit omnium imperfectissima. ¶Sed de accidentibus est dubium, quippe qui E
uidentur minoris esse entitatis, quàm materia, quę per se est pars substantiæ. Respondetur tamen, quòd propriè nõ sunt comparabilia:quia comparatio debet esse in eodem genere :sed materia hoc habet perfectius,quòd est pars substantiæ : accidentia uerò hoc habent perfectius, quòd sunt actus, qui dant aliquod esse: in quo similitudo dei magis lucet. Vnde August. 12. confessio. cap. 7. Duo (inquit) cœlum & terram fecisti domine: unum propete,quo superior tu esses, aliud prope nihil, quo inferius nihil esset. Atqui nomine cœli intellexit cœlestes
F spiritus: nomine uerò terræ materiam primam, ut ille ipse ait super Ge.ca.1. eo quòd(teste S.Th.1.p.q.66.artic.1.) sicut terra omnibus subsidet,ita materia est primum subiectum.

Octo theorematama teriæ.

¶Colligamus ergo theoremata octo materiæ. Nempe quòd materia est primum subiectum, quod est pura potentia,quòd est per se principium substantiæ, ingenerabilis & incorruptibilis, quòd nullius est actiuitatis,quòd est cognoscibilis per analogiam ad materiam artificialem,quòd est appetens formam, quòd est denique potentia, de qua educitur forma.Quod sequens quæstio monstrabit.

¶Sequitur in tex.Caput.8.

In

In cap.viij.Textlxxxvlij. Contingit eadem dicere secundùm potentiam.&c.

Quæstio.vij. De forma.

VTRVM FORMA EDVCAtur de potentia materiæ.

PARTE negatiua arguitur. Nihil inde educitur ubi non erat, sed forma antequam educatur, non est in materia: quia, ut dictum est quæst. præcedenti, materia prima est pura potentia, omni forma nuda: ergo forma non educitur de potentia materiæ. Vel ponenda est in materia aliqua inchoatio formæ unde educatur: quam non ponit Aristote. Et confirmatur. Educi idem est, quod extra in re produci: sed forma non producitur à materia: quia ut dictum est: materia nullius est actiuitatis: ergo non educitur de potentia materiæ: si non ponatur in materia aliqua feminalis uirtus productiua materiæ.

¶Secundò principaliter arguitur. Inquirendo quid est formam educi de potentia materiæ. Aut enim est materiam concurrere actiuè: & hoc non, ut modò dicebamus: aut solum ex appetitu naturali passiuè illam recipere: & hoc non quia tunc anima etiam rationalis educeretur de potentia materiæ: nam materia tam aptum subiectum est receptiuum animæ rationalis, quàm alius cuiuscunque formæ. Quod si dicatur formam educi de potentia materiæ esse materiam mediantibus dispositionibus attingere productionem formæ, tunc arguitur. Primo accidentia non attingunt ad productionem formæ substantialis, alias imperfectius produceret perfectius. Et præterea hoc potius esset produci de potentia dispositionum & agentis, quàm educi de potentia materiæ. ¶Et postremò videntur etiam dispositiones attingere ad productionem animæ rationalis: nam illis positis in embrione tam naturale est subsequi animam rationalem, perindeque esset miraculum non subsequi, quod in aliis formis esset. ¶Tertiò principaliter arguitur. Si forma educeretur de potentia materiæ, maximè quia alias agens naturale crearet producendo illam ex nihilo, sed hoc naturali agenti non repugnat: ergo nulla est ratio. Probatur minor: quia si hoc agenti naturali repugnaret, id maxime esset (ut dicunt) quia arguit potentiam infinitam, hoc tamen est falsum, quia nulla maior uirtus requiritur ad producendum effectum, quàm est perfectio ipsius effectus: sed ex nihilo producere aliquid non est infinitus effectus: qui enim ex nihilo produceret formicam, nihil aliud faceret quàm formicam, formica autem est finita perfectio, ergo nihil est causæ cur non possit hoc fieri ab agente naturali. ¶Et confirmatur; quia si daretur à deo per impossibile frigiditas separata in uacuo, tunc ignis posset eam naturaliter corrumpere, quod tamen non posset facere, nisi producendo calorem ubi illa est, quem cum non educeret de potentia subiecti (quia nullum subest) consequitur, ut crearet illum. D E

¶QVÆSTIO hæc præcipua est in hoc primo libro, quippe in qua operæ pretium est explicare generationis naturam: quæ basis prima est philosophiæ naturalis. Tres erunt quæstionis articuli, secundum numerum & ordinem argumentorum quæ proposita sunt. In primo nanque referentur atque refellentur opiniones quinque ponentium aliquid perpetuum in materia, ut inde educatur forma, uel ut inde individuetur. Cõtra quos statuitur una cõclusio uniuersalis. In secũdo explicabitur qdnam sit formam educi de potentia materiæ. Vbi respondetur ad quæstionem una conclusione exceptiua. In tertio demũ explicabitur, in quo consistat ratio productionis rei alicuius ex nihilo: Arti.1. F

A quæ est creatio. uidereturque, an sit agenti naturali possibilis. Ad quod respõdebitur per unam exclusiuam. ¶ In quæstionis ergo statim uestibulo supponendum est fundamentum illud, quod in lumine naturali & uniuersi philosophi ante Aristotelem ut per se notum semper habuerunt, & Aristoteles hic etiã inter respondendum antiquis text. 75. tanquàm manifestum confitetur. Nempe ex nihilo nihil fieri: saltem per se & simpliciter, ut limitat Aristot. nam ex priuatione per accidens nihil uerat, fit enim ignis ex materia, cui accidebat priuatio formæ ignis. Et eadem ratione fit ex aqua, quæ non est ignis & homo ex semine, quod est non homo. B At uerò quid sit simpliciter fieri ex nihilo, explicari non potest, nisi expositio priùs quid sit fieri ex aliquo: quod est educi de potentia materiæ. Quod proinde articulo tertio reseruetur.

Ex nihilo nihil fit.

¶ Secundò notandum est quòd istud principium adeo animis hominum insedit, ut non solùm antiqui negauerint simpliciter generationem, sed multi post Aristotelem, aliàs Aristotelici, crediderint aut formas aliquo modo, aut aliquam earum particulam, uel accidens in materia latitare antequàm ab agente manifestè producatur. Et ista fuerunt in multiplici differentia. C Fuerunt enim quidam, quos Duran. 2. senten. distin. 18. refert, dicentes in materia latitare quasdam possibilitates. v.g. in materia aquæ est possibilitas ignis, & possibilitates omnium formarum, quæ inde possunt educi. Quæ quidem possibilitas per actionem agentis conuertitur in actualem formam. Secunda fuit opinio Alberti Magni in hoc. 1. lib. tract. 3. capit. 3. & capit. 15. qui dixit formas omnes latere in materia secundum quasdam inchoationes. Inchoationem autem formæ appellat formam secundùm essentiam. & non simpliciter secundùm esse. Itaque imaginatur Albertus formã ignis & quancunque aliam latere in materia ligni secundùm essentiam: produci tamen ab agente secundùm esse actuale. D Vnde in materia latent formæ confuse secundùm habitum: & postea per productionem agentis fiunt in actu distinctè. Et tertij (ut Aureo. 2. dist. 18.) id non potentes intelligere, dicunt q forma est in materia secundùm partẽ: quæ postea per actionem agentis reducitur ad perfectum ad modum intensionis accidentium. Quarta est opinio, quam recitat Sanct. Thom. 2. 2. distin. 18. quæst. 1. artic. 2. scilicet quòd in materia est perpetua forma corporeitatis, quæ facit illam esse corpoream & extensam: & est communis omnibus generabilibus & corruptibilibus: ex cuius uirtute producuntur formæ specificæ. E Quam opinionẽ tenet Scotus in 4. dist. 11. q. 2. art. 2. Postrema opinio est Cõmentatoris in hoc. 1. lib. tex. 63. & latiùs in libello de substantia orbis c. 1. & c. 4. tenentis in materia esse perpetuas dimensiones interminatas, illi coeuas & incorruptibiles, quæ faciũt illã extẽsam & diuisibilem, ut in diuersis portionibus materiæ recipiantur diuersæ formæ specificæ. ¶ Opiniones istæ aliquas habent communes, & rationes, & impugnationes: & alias speciales. Omnes enim ponunt aliquid reale in materia incorruptibile & ingenerabile adiuuans causam efficientem ad generationem. F Rationes uerò quatuor primarum opinionum suot tres communes. Prima, quia nisi ponatur in materia entitas aliqua similis formæ generandæ, sequitur formam produci ex nihilo & per consequens creari. Probatur consequentia: quia forma non producitur ex forma contraria præcedente in materia, cùm sint repugnantes: nec ex materia prima: tum quia nullius est actiuitatis, tum etiam quia omne, quòd producitur, producitur à suo simili, & materia nullam habet similitudinẽ cum forma. Secunda ratio est. quia aliàs materia nõ appeteret formam: nã nihil appetit, nisi, sũ simile: si autem

A autem in materia non esset aliquid qua litercunque simile formæ generandæ, non appeteret illam. Et tertio sequere tur, quòd generatio omnis esset violen ta, & per consequens non esset naturalis. Violentum enim, ut habetur iij. ethic. cap. 1. est, quod fit ab extrinseco, passo non conferente uim: cùm ergo materia prima nullius sit actiuitatis, si non esset in ea aliqua uirtus productiua formę, tunc generatio ignis ex aqua esset atque uiolenta.

Cōclusio. ¶His non obstantibus statuitur ad uersus istos. Prima conclusio uniuersalis. Nihil à materia distinctum est in ea perpetuum. Et quidem contra has omnes opiniones sunt argumēta communia. Primò contra omnes est authoritas Aristo. qui tantùm ponit tria principia, scilicet materiam, formam, & priuationem sola ratione distinctam à materia, cùm tamen secundùm istos aliquod sit in materia principium realiter ab illa distinctum. ¶ Item quia ponunt aliquid præter materiam coęuum materiæ & ingenerabile & incorruptibile sicuti est ipsa: quod tamen est quodammodo opinionem Anaxagoræ ab orco [ut aiunt] reuocate. Aristo. namque solam materiam attruit ingenerabilem esse, & incorruptibilē. Itē, in solis uiuentibus datur uirtus alterans semē & materiā, in qua est reducens eā, ut fit actu planta aut animal: in aliis uerò impossibile est aliquā uirtutē agere in suā propriam materiam: quia non potest esse idem agens & patiens: istli uerò contrarium dicunt. ¶ Sed contra singulas sunt præterea argumenta specialia. Prima enim opinio asserens illas possibilitates formæ, manifestè asserit impossibilia. Primò quia asserit possibilitatem. v.g. formæ ignis, quæ est in aqua, conuerti per actionem ignis in actualem formam ignis. Contra quod arguitur. Aut possibilitas illa erat res alia, aut specie, aut saltem numero distincta à forma, quæ producitur, aut eadem numero: si primum, mutari non potuit in aliam: etenim nigredo fieri nequit albedo, nec una albedo fit alia, & per cō sequens nec vna forma substantialis fieri potest alia. Hoc enim est miraculum, quod ueneramur in sanctissimo sacramento altaris, quòd panis transubstantietur in corpus Christi. Vbi adhuc nō cōcedimus, quòd illa res numero, quæ erat panis, postea sit corpus: sed quod desitio panis terminetur ad esse corporis. Si autem possibilitas illa non differebat numero à forma, quæ producitur, hoc est asserere opinionem Anaxagoræ tenentis res, quæ produci uidentur, priùs latere in subiecto. ¶ Item uel illa possibilitas formę est substantia, vel accidens: si accidens non est possibilitas ad formam: forma enim substantialis, licet producatur instrumentaliter ab accidente: tamen non educitur de potentia accidentis. Et sic non euitarent, quin produceretur ex nihilo. Sive rò esset substantia, tunc faceret cū materia prima unum ens actu, & sic principiū non esset materia nuda omni forma: sed esset incidere in opinionem antiquorum dicentium principium esse ens actu scilicet aquam uel aerem. &c. cui secundùm Arist. non potest aduenire forma substantialis. ¶ Secunda opinio alia etiam propria affert absurda. Ait enim inchoationes formarum esse formas ipsas secundùm essentiam. Itaque in materia aquæ sunt secundum essentiā omnes formæ quæ inde possunt educi. Et ideo tractat. iij. cap. 15. Agens [inquit] non producit formam secundùm essentiam, quia essentia iam erat: sed secundùm esse. Videtur tamen contradictionem implicare, quòd essentia formæ fuerit, & quòd producatur secūdùm esse. Arguit enim sic. Essentia formæ ignis erat in aqua ante actionem ignis: ergo per actionem ignis non producitur: nā produci est acquirere esse. Quòd si dicas ante habuisse esse essentiæ, & nunc acquirere esse existentiæ. Arguitur sic. Essentiam esse, est habere esse existentiæ: manifestum enim est

Nota.

A ante creationē mundi essentias rerum non fuisse. Quoniam uerbum, & secundum adiacens semper dicit esse existentiæ. Tametsi concedatur ante creationem mundi petrum fuisse hominem, & hominem fuisse animal. Vnde essentiæ fuerunt productæ per hoc quod receperunt esse existentiæ in suis indiuiduis. Non intelligo esse existentiæ esse rem distinctam ab essentia: sed ad hunc sensum, quòd ab æterno petrus fuit homo, & homo fuit animal [quod est dicere, illa prædicata erant de essentia subiecti] sed per creationem Deus dedit illis, ut essent. Et hoc fuit producere essentias. Ad propositum ergo. Si formæ
B sunt in materia ante actionem agentis, non simpliciter producuntur. ¶ Et præterea currit argumentum sicut contra superiorem opinionem: quia tunc ille inchoationes, cùm sint substantiæ, faciunt unum compositum substantiale cum materia: & per consequens principium est unum ens completum, ut dicebant antiqui. ¶ Et præterea est tertiū argumentum, quòd secundùm Albertum non debent poni singulæ inchoationes singularum formarum indiuiduarum, sed una inchoatio pro omnibus eiusdem speciei, quia dicit solùm esse inchoationem secundùm essentiā: & essentia omnium indiuiduorum eius
C dem speciei est eadem. Hoc tamē quodammodo est alludere ad ideas Platonis. Concedit enim unam inchoationē communem omniū formarum ignis, quæ nec est ista forma, nec ista, nec ista singularis. Vel si dicat, quòd est singularis & indiuidua, non uidetur quomodo sit inchoatio plurium indiuiduarū formarum. ¶ Et quartò arguitur. Vel aliqua de nouo substantia producitur actione agentis naturalis, quę priùs nō erat, uel non. Non potest dicere Albertus, quòd aliqua substātia de nouo producatur: nam essentia formæ secūdùm ipsum iam erat, & per consequens nec forma producitur, nec aliquid sui, nisi fingat, quod producitur esse existenti distinctum. Hoc tamen falsum est, ut D modò dicebamus: quia non distinguitur esse ab essentia tanquā diuersa res. Et esto distingueretur, non tamen est uera substantia: sed quodammodo accidens, seu actus substātię, ut cap. 4. prędicamentorum. q. 1. dicebamus. Si autem nulla substantia de nouo producatur, sequitur opinio Anaxagoræ, quòd generatio non est productio substātiæ, sed manifestatio illius, quæ priùs latebat. ¶ Et. 5. arguit. Nihil agit, nisi inquā tum est actu: sed formæ non præsunt in materia secundùm esse actuale, ut vult Alber. ergo non iuuant ad agēdum. Et hoc argumentum currit contra possibilitates primæ opinionis. ¶ Tertia opi 3 Opinio.
E nio non est impugnatu digna: quia ponit formas substantiales intensiuas ad modum accidentium. Intelligibile enim non est, particulam formæ ignis latere in materia, ex qua postmodum fit perfecta forma, nisi id fiat per modum intensionis. Quod tamen est manifeste contra rationem formæ substantialis: quarum perfectiones consistunt in indiuisibili, ut habetur. 8. meta. text. 10. 4. Opinio.
In quo comparantur numeris. ¶ Quarta opinio latiùs habet disputari in libris de generatione & de anima: ubi examinabitur, an plures formæ substātiales possint esse in eodem composito
F quod S. Tho. 1. p. q. 76. arguit esse impossibile. Et pro nunc arguitur ex intentione Arist. Forma quæcunq; substantialis facit cum materia simpliciter unum, quod est actu ens: ergo compositum ex materia & forma corporeitatis esset simpliciter unum: sed forma substantialis non potest subiectari simpliciter in eo, quod est actu ens [hoc enim differunt forma substantialis & accidētalis, quòd accidentalis aduenit composito substantiali, cum quo proinde non facit unum simpliciter] ergo si in materia præcederet forma corporeitatis, tunc forma ignis aduenies non esset substantialis, nec faceret simpliciter unum cum priori composito. Hoc

Forma corporeitatis.

cum

A enim argumento arguit Aristotel. iij. meta. tex. 18. aduersus Platonem, quod si alia esset idea & forma animalis, & alia bipedis, tunc animal bipes non esset unum simpliciter in homine. ¶ Et confirmatur. Si ignis non haberet ab eadem forma esse corporeum & esse ignis, sed à diuersis, tunc haberet se, ut lac, quod alio accidente est album, & alio dulce: & per consequens corpus non esse genus ignis nec ignis ponitur sub corpore in recta linea prædicamentali: sicuti album nō est genus dulcis, nec è conuerso. Item ignis haberet duo esse substantialia simpliciter distincta, putà esse corpus, & esse ignē: sicut in lacte esse dulce, non est esse album.

B Et cùm ens dicatur ab esse, sequitur q ignis esset duo entia. Non est ergo in igne neq; in re aliqua naturali, nisi una forma substantialis. Vnde homo ab una anima rationali habet esse ens, esse substantiam, esse corpus, esse animal, & esse hominem. Sed de hoc aliàs. ¶ Est præterea argumentum contra istos & potissimum contra hanc ultimam opinionem, quia adhuc posita forma corporeitatis, non explicatur quemadmodum forma specifica, quæ secundùm se totam producitur, educatur de uirtute illius formæ corporeitatis: quippe quæ non magis concurrit actiuè ad

C generationem, quàm materia ipsa. ¶ Et præterea est manifestum argumẽtum. Materia ex diffinitione Arist. tex 82. est illud subiectũ [quicquid illud sit] quod est perpetuũ, & subiicitur formæ, quæ de nouo generatur, sed erat controuersia inter eum & antiquos, quòd illi opinabantur esse ens actu includens formam: Arist. uerò dicebat esse purã potentiam: ergo ponere formam corporeitatis perpetuam cum materia, est ponere illud compositum ex materia & tali forma, esse subiectum formarum generabilium atquè adeo esse materiam. Quod est manifestè incidere in opinionem illorum aduersus Aristotelem. Profectò argumentum secundùm Aristotelem integram facit fidem aduersus formam corporeitatis. ¶ Quarta opinio Commentatoris aliud habet fundamentum. Dimensiones interminatas uocat corpus de genere quantitatis. Siue quantitas distinguatur à subiecto, siue nō, nihil ad rem modò differt. Nisi quòd perspicacior erit opinio tenendo quantitatem distingui à re quanta, ut tenet Commentator. Appellat ergo dimensiones interminatas quantitatem extendentem materiam: abstrahendo ab hac & ab illa magnitudine, quam specifica forma sibi determinat. Enimuero ut materia de se est indifferens ad quancunque formam, ita de se habet indifferentem quantitatem, ad quãcunque extensionem: saltem circa quantitatem orbis lunæ, sub quo uniuersa generabil. a continentur. Et hãc quantitatem uocat dimensiones interminatas: quia extensio est secundùm tres differentias positionis, scilicet longum, latum, & profundum. Hæ autem dimensiones terminantur postea ab agente secundùm existentiam formæ introducendæ. ¶ Fundamentum Commentatoris ponentis istam quantitatem perpetuam in materia, est hoc. Diuisio numerica indiuiduorum oritur ex hoc, quod diuersæ formæ in diuersis partibus materiæ recipiũtur: differt enim numero forma unius ignis à forma alterius, & per consequens totus ignis, à toto igne, quia hæc forma recipitur in hac portione materiæ, & illa in illa: diuisio autem materialis non est, nisi ratione quantitatis: ergo materia intellecta ante omnem formam habet suam quantitatem. Vnde Commentator non ponit dimensiones interminatas, ut forma educatur de potentia materiæ, sed ut sit causa indiuiduationis formarum, ut uidere est in libello citato de substantia orbis. Vnde Scotus & alij ponentes formam corporeitatis coæuam materiæ, subsequenter habent ponere istam quantitatem &

D E F

A dimenſiones interminatas. Et.S.Tho. in.4.diſt.12.q.1.arti.2.quæſtiũcula.iij. uidetur applaudere huic opinioni,niſi attentè legatur. Attamen.1.p.q.76.arti. 6 ad ſecũdum argumentum,& in quęſtione de anima.arti.9.& alibi ſępè manifeſtat opinionem ſuam aduerſus Cõmentatorem. ¶ Et quòd in uia S. Tho. opinio Cõmentatoris ſit falſiſſima, eſt manifeſtum argumentum. Accidentia ſubiectantur in toto compoſito,quantitas eſt accidens:ergo eſt in toto compoſito. Et per conſequens in materia, antè omnem formam cogitata, nulla eſt quantitas, nullæq; ſubinde dimẽſiones interminatæ. ¶ Sed in quacunque

B uia,ſi teneatur quantitatem diſtingui à re quanta, [ut q.2. de quantitate diximus fuiſſe opinionem & Ariſ.& uerosimiliorem] eſt quoq; falſa. Accidens enim præſupponit eſſe ſimpliciter in ſubiecto,in quo eſt:ſed quantitas eſt accidens:ergo ſiue inſit compoſito, ſiue materiæ primæ, non poteſt illi inhęrere,quin priùs,ſaltim natura,ſit:& cum materia,ut dictũ eſt ſuapte natura non habet eſſe ſubſtantiale niſi per formã, ſit,ut priùs ſaltẽ natura,materia habet eſſe per formam ſubſtantialem, quàm recipiat quantitatem. ¶ Et confirmatur manifeſto argumẽto. Aut in equo ſunt duæ quantitates realiter diſtinctæ, alia

C perpetua,qua materia eſt quãta,& alia producta à generante equum:primum non eſt credibile:una enĩ numero quãtitas ſufficit extendere omnia,quę ſunt in eodem ſuppoſito. Si autẽ eſt unica, tunc uel generans equum nullam producit quantitatem,quod abſurdum eſſet dictu, cum alias omnes diſpoſitiones equi produxerit: aut ſi quantitatẽ produxit, non erat alia perpetua in materia. ¶ Et confirmatur ſecundò præterquam quòd ponit aliquod incorrupti bile diſtinctum à materia cõtra doctrinam Ariſt.adhuc peius errat quam ſuperiores,in hoc,quòd cum illud ſit accidens,non poteſt cum materia facere unum ens per ſe. Item neq; illud accidens poteſt conſeruari conſideratum D ante omnem formam:nam materia licet ſit primum ſubiectum omniũ,quæ ſunt in ſuppoſito tamen forma eſt,quæ dat eſſe materiæ & toti compoſito, & quæ accidentia omnia ſuppoſiti cõſeruat. ¶ Et tertiò arguitur,etiam ſi quantitas credatur non diſtingui à ſubſtantia,tanquam alia res,materia tamẽ nullam habet naturaliter extenſionem, niſi tanquàm diſpoſitionem formæ ſubſtantialis neceſſariam ad generationẽ & conſeruationem eius (quæcunque enim forma determinat ſibi certã quãtitatem,ut.q.4.elucidatum eſt)ergo in materia per ſe conſiderata nullæ ſunt interminatæ dimenſiones. ¶ Ad argu- E menta aliorum, quæ tangunt eductionem formę de potentia materię,reſpõdebitur in fine qnæſtionis:ſed ad argumentum Commentatoris reſpondetur cum S.Tho.locis citatis,quòd in materia nulla eſt quantitas præter illam, quæ generatur ab agente naturali ad introductionem formæ. Et dum arguit, principium indiuiduationis formarũ eſt diuiſio materiæ per quantitatem, conceditur ad hunc ſenſum,quòd illæ diſpoſitiones numero in hoc loco, in hoc tẽpore, in hac parte materia ſunt cauſa,ut producatur hæc numero forma. Negatur ueruntamen contraria, cùm infertur, quantitatem eſſe perpe F tuam in materia. Sed forma. v.g. equi priùs natura dat materiæ & compoſito eſſe ſubſtantiale,mox eſſe corporeum, deinde eſſe hoc animal,& poſtremò eſſe huius ſpeciei. Et in illo priori, quo dat eſſe corpori, intelliguntur dimenſiones terminatæ ad eſſe huius animalis. Itaq; ſolùm natura dimẽſiones præcedunt eſſe equi. Hoc eſt dicere. Quia hæc materia habet has dimenſiones:recipit formam equi. Sed de hoc aliàs.

¶ Si igitur in materia nihil eſt præter ipſam, de cuius uirtute educatur forma, edocere reſtat in hoc ſecundo articulo, quidnam ſit formã educi de potentia materiæ. Enimuero qui di- Artic.ſecũdus.

cunt

A cunt aliquid præexistere in materia, vt cunque exponunt eductionem formę de potentia materiæ: illo tamen seclu so, cùm materia nullius sit actiuitatis, & passiuè recipere formâ non satis est, vt forma educatur de potentia materiæ (ut ante quæstionem arguebamus de animali rationali) difficilè iudicant doctores hanc eductionẽ explicare. ¶ Iuniores quidâ ad dispositiones accidentales materiæ recurrunt dicentes: formâ educi de potentia materiæ, idem esse, quod formâ produci in ma
1. Opinio. teria certis dispositionibus disposita, quæ naturaliter ordinantur ad talem formam, sine quibus forma nõ produ
B ceretur. Et ad argumentũ de anima rationali respondent, ꝙ illæ dispositiones embrionis non ordinantur ex sua natura ad animâ rationalem. Obidq; (ut aiunt) nec introductio formæ in materiâ sequitur ex natura dispositionis materię, sed ex pacto diuino. Deus enim pepigit (inquiũt) positis dispositionibus introducere animâ. Et ideo subinde concedunt, ꝙ istæ dispositiones nihil prorsus agunt ad introductionẽ animæ rationalis potiùs, quàm aliæ alterius speciei, sed Deus eodem modo posset producere animam cum aliis dispositionibus, sicut cũ istis: nisi
C ꝙ ex suo beneplacito hoc facit: quia ita pepigit. ¶ Sed re uera doctrina hęc nihil pertinet ad philosophiam naturalem. Nam ad pactum & beneplacitum dei appellare, est rerũ naturas tollere. Et quanquàm natura à Deo depẽdeat tãquàm à prima causa, nihilominus res naturaliter agunt Deo generaliter cõcurrente modo (ut ita dicam) necessario, ac si non esset causa libera. Atqui quando causas impedit naturales, illud est miraculũ. Ad propositũ ergo argueretur. Quemadmodum positis dispositionibus i embrione ad introductionem animę rationalis posset Deus de potentia absoluta nõ producere animâ, vel illam cũ aliis dispo sitionibus producere & cõseruare, ita omnino positis sufficientibus dispo- D sitionibus ad formâ ignis in ligno posset illam non producere uel aliã quancunque producere (nam vt q. 4. dictũ est, potest Deus supra naturaliter formam quancunq; in materia cum quibuscunque dispositionibus conseruare) & conuerso, sicut esset miraculũ positis dispositionibus ad formâ ignis non subsequi formam ignis in materia, ita esset miraculum, positis dispositionibus sufficientibus in embrione non subsequi animâ rationalem, ergo dispositiones ad animam rationalem, ita naturaliter disponunt ad introduE ctionẽ animæ rationalis, sicut dispositiones ignis ad introductionẽ formæ ignis. ¶ Et confirmatur. Homo tã propriè generat hominem, quàm equus equum, aliàs non esset ita propriè pater, quod est absurdum: ergo ita naturaliter virtus seminalis hominis attingit generationem hominis, quàm virtus seminalis equi generationẽ equi: & per consequens ita naturaliter attingit introductionem animæ in materia. ¶ Et confirmatur secundò. Si dispositiones non attingunt naturaliter introductionem animæ rationalis in materia, sequitur ꝙ nec naturaliter eã conseruant in materia: sed ex pacto diuino conseruatur. Et eadem ratione F medicinæ quæ adhibentur infirmis, non conseruarent naturaliter vitam, nec mors esset naturalis: sed solùm esset pactum diuinum conseruare quandiu vellet. ¶ Secundo modo posset di- 2. Opinio. ci, ꝙ formam educi de potentia materiæ, est dispositiones attingere non solùm ad introductionem: sed ad productionem & simpliciter ad esse formæ. Habetq; iste modus probabilitatem; nã re uera ita est, ꝙ dispositiones aliarum formarum attingunt productionem earum; non tamen dispositiones animæ rationalis. Attamen dispositiones teneant se ex parte causæ efficientis tanquàm instrumenta quibus causa efficiens generat, hoc potiùs est for-

mam

A mam produci uirtute agentis naturalis, quam educi de potentia materiæ. Educi enim de materia designat præter concursum agentis, aliqualem cõcursum materiæ.

¶Nonnulli thomistæ dicunt formam educi de potentia materiæ nihil aliud esse quàm formam actu recidi in materia, quæ erat in potentia receptiua materiæ, sed animam rationalem dicunt non recipi in materia: quia intellectualitas repugnat materiæ. Hoc tamen non benè intelligo: quoniam cùm anima sit actus corporis physici &c. 2. de anima tex. 6. negari non potest, quin uerè recipiatur in materia.

B Vnde quandiu est in corpore intelligere non potest, nisi dependenter à materia: utpotè per conuersionem ad phantasmata.

Educi de potentia materiæ quid sit.

¶His igitur & alijs omissis expositionibus, quid sit educi de potentia materiæ scrutandum est ex significatione ipsa nominum: quæ ubique magnam habet energiam ad explicandam naturam rerum. Igitur cùm educi idem sit, quod extra duci. i. inde extrahi, ubi priùs erat, educi aliquid de potentia materiæ (quod t. p. q. 90. articu. 2. ad secundũ uno uerbo significauit Sanct. Tho.) est actu id fieri, quod priùs erat in potentia ma-

C teriæ. Et quia omnes formæ tam substantiales, quàm accidentales generabilium & corruptibilium, præter animam rationalem, antequàm actu sint, præerant in potentia materiæ, uel subiecti, ubi recipiantur, fit, ut quando producuntur, educantur de potentia materiæ. Sed quia anima rationalis nõ præfuit in potentia materiæ, non educitur de potentia materiæ.

¶At uerò declarare restat, quid est formã præesse in potentia materiæ, hinc enim res ista pendet. Respondetur, quòd formã esse in potentia materiæ, nihil aliud est quàm dependere in fieri & esse à materia in genere causæ receptiuæ & passiuæ. Quod per causas efficientes explicati potest. Enimuerò D inter alios modos, quibus Aristote. 4. huius tex. 23. docet aliquid esse in alio, unus & præcipuus est, esse in illo tanquàm in causa. Erat enim mundus in Deo antequàm fieret. s. in uirtute productiua Dei: & omnia generabilia sunt illo modo in sole: & fructus in seminibus: dicitur namque, cùm nux subtus terram conditur, illic esse arborem: & in semine est animal. Atqui in moralibus dicimus in potestate alicuius aliquid esse, quia illud facere potest. Sicuti diclmus in rege esse uitam illius, qui meruit mortem. Eodem fermè modo aliquid esse in potentia materiæ, nihil aliud est, quàm dependere E à materia in fieri & esse: non quidem in genere causæ efficientis, sed in genere causæ materialis: quod est genus causandi passiuè. Et quia omnes formæ, præter animam rationalem, fiunt & sunt dependẽter à materia, optimè dicuntur esse in potẽtia materiæ: atq; adeo inde educi. ¶Sed quæreret quispiam, cùm anima rationalis producatur positis dispositionibus in materia, & nõ aliter: ueluti producitur forma equi, unde arguitur non dependere à materia? Respondet, ꝙ quicquid Arist. de hoc senserit, quod altioris est negocij disputare, ad libros de anima pertinentis, lumẽ tñ nobis fidei id certò re- F uelauit. Credimus.n. animã per se subsistere. Quod est dicere suapte natura in suo esse non dependere à corpore. Enimuero, ut q. prçcedẽti dicebamus, non est dicendum animam esse perpetuam, eò solùm quòd adeo conseruatur, sicuti posset formã equi perpetuò conseruare: esset.n. hoc rerum negare naturas. Si.n. equum aut eius formam perpetuò Deus conseruaret, miraculum esset, & supra naturam rerum: ꝙ autem anima rationalis duret sine corpore, sua natura est, velut est natura angeli, eò quòd est immaterialis. Sed formç aliç uniuersç, cùm sine miraculo esse non possunt nisi in corpore, fit,

ut

ut naturaliter dependeant à materia. Et cùm eodem modo se habeat res ad produci, sicut ad esse, sic, ut formę alię dependeant in fieri à materia: anima uerò rationalis minimè. Et hoc est formas alias ante earum productionem prędesse in potentia materiæ: rationalem uerò non. Et inde sequitur, quòd aliæ producuntur à materia depẽdenter, quod est dicere materia suo modo concurrente ad esse formæ: anima uerò rationalis producatur non concurrente materia ad eius productionem. ¶ EX HIS ergo colligitur conclusio exceptiua, qua ad titulum quæstionis respondetur. Omnis forma generabilium, præter rationalem educitur de potẽtia materiæ. Omnis inquam tam substantialis quàm accidentalis, præter formam cœli: quod neutiquam est generabile. Quòd aliæ formæ præter rationalem educantur de potentia materię, est sententia Arist. in hoc tex. 78. vbi ait res non fieri ex nihilo, sed ex ente in potentia, qualis est materia. Et copiosiùs hoc differit. 1. de generatione, tex. 11. & infra: vbi quęstio hęc tractari etiam solet. Et ratio, ex ijs quæ dicta sunt, colligitur sub tali forma. Omnis forma, quæ in esse dependet à materia, fit depẽdenter à materia: sed omnis forma generabilium, præter rationalem, in esse dependet à materia: ergo fit dependenter à materia: quod est educi de potentia materiæ. Maior est nota, quia cùm fieri sit esse acquirere, unaquæque res, ut habet esse ita fit: & per consequens quæ dependet in esse, dependet etiam in fieri. Et minor patet ex superius dictis.

¶ De animæ uerò ꝓductione quid senserit Arist. nondum satis exploratum habent interpretes. Tametsi mentem, quæ est pars intellectiua animæ manifestè asserat esse à materia. i. inde pendentem: ut patet. 1. de anima tex. 65. & li. 3. tex. 20. & copiosius. 2. de gene. animalium. c. 3. ubi animam vegetatiuam & sensitiuã ait educi de potẽtia materiæ, intellectũ uerò uenire de foris. Quapropter nisi frenesis illa cõmentatoris audiatur ponentis intellectum rem esse distinctam ab anima, quem anima corrupta perpetuò, inquit, permanere, certum est Arist. posuisse animam perpetuam. Quòd si est perpetua, tunc sicut in esse non dependet a materia, ita neque fit dependenter à materia, & per consequens de eius potentia nõ educitur. Sed hinc sumitur magnum argumentum, ꝙ secũ dùm ipsum fuerũt etiam animæ à parte ante perpetuæ: quia nondum nouit à solo Deo quicquã creari posse. Qua de causa intelligentias posuit esse perpetuas: nẽpe quæ cũ nõ possint per generationẽ fieri, non uidit quomodo aliter fieri possent. Hanc tamen quęstionem ad primum vsq; de anima reponamus. Supponimus tamen nunc ex fide animã rationalem naturaliter esse posse sine corpore, & tũc facimus argumentum. Nulla forma, quæ in esse non dependet à materia, dependet ab illa in fieri: anima rationalis nõ dependet in esse à materia: ergo nec quando fit, educitur de potentia materiæ. ¶ Quòd si quis arguat animam rationalem dependere à corpore. Nã quandiu dispositiones sufficiunt animam conseruare in corpore, durat uita quibus distẽperatis, sequitur mors. ¶ Respondetur differentiam esse inter animam & alias formas, ꝙ anima quidem conseruatur à materia & suis dispositionibus, non simpliciter, sed ea ratione, qua corpus animat: quia non potest corpus informare nisi cũ talib. dispositionibus. Et ideo dispositiones concursus materiæ attingunt quidem ad introductionem animæ in corpus, sed non ad productionem. Et æqua ratione conseruant eam in corpore: nõ tamen conseruant simpliciter: quoniã separata naturaliter manet. Reliquæ uerò formæ non solũ dependent à materia quantum ad informationem, sed simpliciter: quia separatæ nõ supsunt.

Quo-

A Quocirca non solùm materia & eius dispositiones attingunt ad introductionem formæ in materiam, sed ad eius productionem. Hinc sequitur secundò, quòd anima licet sit subsistēs, est tamen media inter angelos & formas corporales. Angelus namque per se subsistit vt suppositum, ita vt nec dependet à materia, nec potest informare materiam: anima verò suapte natura, & per se subsistere potest, & informare materiam. Reliquæ verò formæ ita informant materiam, ut per se subsistere nequeant, nisi miraculo sustineantur. ¶ Quòd si quispiam percūctetur quomodo aliter Deus concurrat ad productionem animæ rationalis, quàm aliarum formarum, ut illā creet, has verò non. Videtur enim, q̄ non aliter concurrat: postquàm naturali lege, ut producitur equus, producitur homo: nō aliter nec alias, quàm dispositā materia. Respondetur quòd longè aliter Deus concurrit: nam animam se solo ita producit, ut eodem concursu, quo producit eam in materia, posset eam producere in vacuo absq; materia, formam verò equi producit generaliter concurrendo cum igne, educendo illam de potentia materiæ, taliter ut eodem concursu non possit se solo producere eā in vacuo: nisi specialiori modo supplendo uicē seminis & quodammodo uicem materiæ. Non tamen productio animæ nostræ censetur miraculosa: sed naturalis: quia natura animæ est, ut non aliter quàm per creationem producatur. ¶ In summa si illustrissimam desideras differentiam inter animam rationalem & alias formas. Formæ uniuersæ, ut apud S. Tho. 1. p. q. 90. arti. 2. Eò educuntur de potentia materiæ, q̄ non producuntur per se, sed comproducuntur ad productionem suppositi. Nam ut super textum 62. cœpimus adnotare, & in tex. 64 repetit Aristo. & 7. meta. tex. 27. ex professo docet, & hic in subsequentibus frequentissimè adnotabimus, forma non fit: sicut nec materia: sed compositum, siue substantiale, siue accidentale. Non enim fit forma equi, sed equus, nec fit per alterationem albedo, sed album, nec caliditas, sed calidum. Eo modo, quo loquitur Arist. quòd non fit musica, sed homo fit musicus & ex immusico fit musicus. Quod est fieri secundum quid. Et ratio est manifesta, quia cum rem producit, fit esse acquirere, & aliæ formæ à rationali habeant esse dependens à materia, non simpliciter producuntur: sed comproducūtur ad esse suppositi. Obidque 7. & 11. meta. accidens non dicitur ens, sed entis ens. Vnde cùm ignis calefacit aquam, non producit, sed comproducit calorem, faciendo suppositum esse calidum. Nec producit formam ignis, sed comproducit, producendo ignem. Itaque uia ad producendum formam est facere calidum, aut ignē. Sententia expressa est Commentatoris. 12. meta. com. 18. vbi ait, quòd formæ secundùm Aristote. non producuntur, sed comproducuntur, quia nō creantur. Quo circa, si ita loquendū est; priùs natura in uia generationis aqua sit calida, quàm fit calor: & priùs natura ignis est ignis, quàm sit forma. Etenim licet forma fit id, quo agens alterat aquā, aut generat ignem, nihilominus uia generationis agens dādo esse toti, dat partibus, & accidētibus. Et in hoc cōsistit ratio eductionis formæ de potētia materiæ. At uerò in generatione hominis anima non producitur per productionem hominis, sed priùs natura est in se quàm insit homini, unde in hoc consistit eius creatio, quòd actio Dei terminatur ad esse animæ immediatè, & non fit per esse totius. Actio uerò uiriutis seminalis terminatur ad unionem animæ cum corpore. In quo consumatur uera & propria ratio generationis, ut generans sit pater, genitusq; sit filius. ¶ Ex his demum, quæ dicta sunt, sequitur

B C D E F

A quitur corollarium hoc, apprimè notandum: nẽpe falsum esse principium illud, càm apud quosdam celebratum: vbi asserunt, quòd omnis forma priùs Nota. est in se, quã inhæreat. Quin potius hoc interest iter animã rationalẽ reliquasq; omnes substantiales accidentalesq; formas. Forma nanq; prius in se esse siue rẽpore siue natura: est per se habere esse indepẽdẽter à materia. i. est per se subsistere: quod soli animæ nostræ cõpetit. Formæ verò aliæ vniuersæ nullum esse prorsus habent nisi esse in supposito. Et ideo falsum est, ꝙ priùs sint in se quam inhæreãt. Exẽplum est in artificialibus, à quibus Arist. sumit argumentum na-
B turalium. Enimuero quando in lapide sculpitur statua, aut æs funditur, aut quado sigillũ imprimitur cerę, nõ priùs natura est forma artificialis, quàm inhęreat (etiã si teneatur formã distingui a subiecto) sed fit forma statuæ per hoc, ꝙ fit statua. ¶ Quòd si arguas, forma dat esse cõposito: ergo priùs natura habet illud, quia nemo dat, quod non habet. Negatur cõsequẽtia. In hoc enim differunt causa efficiens & formalis, ꝙ efficiens, nisi sit actu talis, nihil operatur. Aqua enim nõ calefacit, nisi sit calida: nec generat equũ, nisi id, quod est actu equus. Forma tũ non habet in se priùs esse, quod dat supposito. Albedo enim
C dat esse album & non est alba: & calor dat esse calidum, & non est calidus: sed forma est id, quo subiectum est tale. Et pariter forma equi dat esse equũ, tñ nõ est equus: sed ẽ id, quo equus est equus. Et quia forma equi nullũ aliud esse habet, quã esse id, quo equus est equus, non priùs natura est, quàm sit in materia, & fit pars equi. Vnde non sequitur, forma priùs natura cõponit, quàm totum fit: ergo priùs natura est, vt a. huius q. 3. patebit. Anima verò rationalis, quia habet per se esse separatum, priùs natura est, quàm insit materiæ. Et in hoc consistit ratio creationis.

¶ Ad primum igitur argumentum, quod faciebant illi, qui ponunt, aut possibilitates aut inchoationes formarum in materia, respondetur, quòd forma dicitur educi de potentia materiæ, eò quòd ipsa, vel aliquid eius actu præfuerit in materia: sed quia forma præfuerat in potẽtia, & quodammodo virtualiter ĩ materia. Nõ quidẽ, ꝙ materia actiuè cõcurrat, sed in ratione subiecti naturalis per cuius transmutationem res producitur. ¶ Ad secundum respondetur, quòd non opus est materiam habere similitudinem cum forma, vt illam appetat: sola enim causa efficiens est, quæ producit sibi simile. Materia verò appetit formam: non sicut simile suum simile, sed sicut imperfectum suam actualem perfectionem, vt
E quæstione precedenti dicebamus. ¶ Ad tertium negatur consequẽtia. s. quòd si in materia non sit aliqua virtus adiuuans effectiuè virtutem agentis, tunc productio ignis esset violenta. Satis enim est materiã aquæ suapte natura habere potentiam passiuam, & inclinationem naturalem ad formam ignis, vt generatio ignis sit naturalis, non solum ex parte ignis generantis, sed ex parte subiecti, vnde fit generatio. Non dixerim, quòd aquæ simpliciter fit naturalis generatio ignis ex ea: nam aquæ ratione formæ est violenta calefactio: quippe quæ tendit ad eius corruptionem. Sed dico, quòd est naturalis ma-
F teriæ aquæ, ex qua fit ignis. ¶ Quòd si arguas hinc consequi, vt productio formæ artificialis statuæ ex ligno sit etiam ligno naturalis: siquidem habet naturalem inclinationem, vt ex eo fiat statua. Negatur lignum, aut aliquod substantiuũ artificialium habere naturalẽ inclinationem, seu naturalem potentiam passiuam, vt inde educatur forma artificialis. Quinimo dolatio ligni fit per eius corruptionem, cui lignum resistit: potentia verò naturalis non est in materia, nisi respectu agentis naturalis: est enim in auro ratione materię potentia naturalis, vt calefiat ab igne: tamen ut quòd disponatur in formam

D Ad argumenta.

anuli

A anuli aut uasis: non est naturalis potentia, sed obedientia, ut sic dicamus, respectu artificis: quatenus ars præsupponit naturam. Sed de hoc copiosiùs lib. 2. ¶ Eædem sunt prorsus solutiones ad primum principale argumentum in capite quæstionis cum sua confirmatione. At quia illic fit mentio de virtutibus seminalibus, respondetur hanc esse differentiam inter viuentia, & non viuentia, quòd in solis viuentibus virtus actiua est coniuncta materiæ in eodem supposito. Vt in nucleo oliuæ sub terra posito est virtus actiua, quæ de materia, in qua est, deducit formam oliuæ: & in arbore est virtus, quę
B de materia arboris educit fructus: & semine animalis existente in matrice feminæ, est virtus actiua impressa ab agente, quæ educit formam de potentia materiæ, in qua est. At uerò non viuentia, vt elementa, non generantur per virtutem actiuam, quæ sit in materia, vnde educitur forma: sed per dispositiones, quæ ab agente recipiuntur in materia separata. Vt elut ignis generatur ex stuppa mediantibus dispositionibus, quas stuppa recipit ab igne. Quocirca virtutes seminales (atq; adeo nomen seminis) solùm concedendæ sunt in uiuentibus. Semen enim idem pollet, quę materia, cui coniuncta est vir
C tus a[illegible]a, educens formam de eius ma
Ad ūdū pria p. ter[illegible] Sed de hoc latiùs alias. ¶ Ad se[illegible]um principale argumentum cum confirmationibus satis responsum est inter exponẽdum quid nam sit formã educi de potentia materiæ.

Articulus tertius. ¶ At verò circa materiam tertij principalis argumenti superest in hoc 3. ar. breue facere verbum de creatione. Quod intelligenti rationem eductionis formæ de potentia materiæ facillimum erit. Atqui, ut à diffinitione exordiamur, creatio est productio alicuius ex nihilo. Hoc communiter doctores exponunt, quod sit productio alicuius non præsuppositio subiecto. Sed sanctus Thomas 1. parte, quæst. 45. arti. 1. id exponit sub his verbis. D
Creatio est productio totiùs entis, seu entis in quantùm ens. Et in re idem est, si modo rectè vtraque definitio intelligatur. Nisi quòd diffinitio San. Thom. significantius exprimit, & verba philosophi, & naturam creationis. ¶ Vbi notandum est, quòd fieri aliquid contingit tripliciter. Primo modo fieri secundum quid: quæ est acquisitio alicuius accidentis, ut fieri calidum, fieri album. Et dicitur hęc factio secundum quid: quia præsupponit subsłantiuum, quod sit subsłãtia completa per se subsistens: qua de causa, vt superiori quæstione dictum est, forma accidentalis aduenies, non facit vnum simpliciter E
cum subiecto, sed vnum per aggregationem. Secundo modo fit aliquid simpliciter, quando fit subsłantia. Et hæc dicitur factio simpliciter, quia nõ præsupponitur subsłantiuum, quod sit subsłantia completa per se subsistens, sed sola materia prima, quæ est pura potentia ad formam: ob quam causam forma subsłantialis aduenies facit vnum simpliciter cum materia. Nempe quia materia non erat vnum ens simpliciter absque forma. Hos duos modos tractat Arist. in hoc lib. per totum. c. 7. & expresè distinguit tex. 62. ¶ Sed tertio modo aliquid dicitur secundum se totum inquantum ens. i. eo modo, vt F
nihil illius præsupponatur, sed fiat ex nihilo. Et hæc dicitur productio totius entis, & productio entis inquãtum ens, quæ est creatio: quam Arist. nec philosophi naturales cognouerunt. ¶ Manifesta fit hæc diffinitio ratione Arist. Fieri unumquodque, est nouum esse aut esse tale acquirere, quod est fieri ex eius priuatione: album enim fit ex non albo: & musicum, ex non musico: vt ait hic Aristo. tex. 43. nam quod erat ante albũ nõ fit albũ, & tex. 76. si canis (ingt) fit ex equo, rũc nõ fit animal inq̃tũ animal, sed inquãtũ canis: nã ratio communis animalis erat antea ĩ equo. Nec canis fit ex non animali, sed ex nõ

Aliquid fieri cõtingit tripliciter.

cane,

A cane, Et eadem ratione homo fit ex non homine: & lignum ex non ligno, & ita in singulis, vt illud fiat cuius ratio non immediatè præcellerat. Ergo eadem analogia ens simpliciter fit ex non ente: quod est dicere, ex nihilo. Fieri autem ex non ente, est, quòd nullũ ens prorsus præsupponatur ad productionẽ eius. Vnde egregiè profectò, ut pleraque omnia S. Tho. 1. p. q. 44. articu. 2 meritus est cognitionem naturalium philosophorum. Quippe quos ait solùm cognouisse productiones particulares rerum: puta album fieri ex non albo: & calidum fieri ex frigido, & ignem fieri ex non igne, &
B equum ex non equo. Et quia priuatio particularis entis saluatur in aliquo subiecto: ut priuatio albi saluatur in nigro: & priuatio caloris, in subiecto frigido: & priuatio formæ ignis aut formæ equi in alia materia, quæ est sub alia forma, idem habuit Arist. & antiqui pro principio per se noto quòd quicquid fit, fit ex præsupposito subiecto, cui accidit priuatio talis formæ. Et ideo non dixit, quòd homo fit simpliciter ex non ẽte: sed ex non ente tali scilicet ex non homine: nam semen non est non ens, sed non homo. Deus autẽ, qui est vniuersalis causa entis in-
C quãtum ens, potest ens ex nõ ente producere: & per consequens materiam, arq; adeo vniuersum creare. ¶ Ex quo sequitur aliud esse fieri ens simpliciter, & aliud fieri ens inquãtũ ens. Nam quotiescũq; generatur substãtia, fit ens simpliciter ad differentiã alterationis, quę est factio secũdũ quid, ut fieri calidum. Tamẽ quãdo fit homo aut equus nõ fit ens inquantum ens: nam ratio entis præcessit in materia ex qua fit equus: & id quod erat, non fit: sed fit equus inquãtũ equus. ¶ Igitur cùm aiunt, q rẽ creari, est produci nõ præsuppositio subiecto, & rẽ generari, est rem pro-
Nota. duci præsuppositio subiecto, intelligendum est non præsuppositio, concurrente ad productionẽ: nã anima rationalis licet non producatur, nisi in su-
D biecto, non tamen præsupponit subiectum tanquàm concurrens ad productionem. ¶ Tametsi multò profectò significantiùs dicatur, quòd aliquid creari, ut ait hic magnus Albertus, siue sit materia, siue forma, siue præsuppositũ, siue accidens, est secundùm se totum produci nihilo illius uel nulla eius parte præsuppositia: hoc enim nomen creationis designat. Quamobrem, licet in productionem equi non supponeretur materia, supponeretur tamen ex natura productionis, aut forma, alia, aut si pars integralis, re uera non crearetur. ¶ Quod arguas tunc subsequi formas omnes substantiales & accidentia creari, quia formã equi producitur nulla
E eius parte præsuppositia. Negatur certè sequela: quoniam forma equi, ut superiori articulo dicebamus, non producitur, sed comproducitur: quia non habet per se esse, sed esse in supposito. Et multò minus accidentia producuntur, sed comproducuntur. Enimuero si essent formæ in suo esse independentes à materia, tunc re uera producerentur, sicut anima producitur, atque adeo crearentur: licet reciperentur in materia, sed propterea non creantur: quia simpliciter non producuntur. Homo uerò & equus & quodcunque suppositum, licet simpliciter producantur,
F quia habent per se esse, non tamen creãtur, quia equus non producitur secundum se totum, sed præsupponit aliquid sui, putà materiam. ¶ Ex his sequitur uanam esse illam distinctionem, qua aliqui distinguunt, dupliciter aliquam causam effectum creare. Vno modo quando producit rem independenter ab alia quacunq; causa, id est nulla alia superiori concurrente. Et hoc modo implicat cõtradictionem aliquam causam secundam creare: quippe quæ semper dependet à Deo. Alio modo ad causam qñ aliqd producit non præsupposito subiecto. Enimuero gratis fingitur il-
le prius modus creãdi: cùm creatio nullum

Nota egregiũ dictũ Sancti D. Aquinatis.

Creationis nomẽ quid designet.

Corolla.

A lum respectum dicat ad causam efficientem, sed ad subiectum uel partem rei. Et ideo si causa secunda produceret aliquid ex nihilo, hoc esset propriissimè creare: licet in genere causę efficientis penderet à Deo concurrente. Sequitur secundò, ꝙ neque opus, est alia distinctione, quam claritatis causa ponit Scotus in quarto & alij, ut refert Caie. 1.p.q.90.artic.2. ſ.ꝙ creari ſtat dupliciter: uno modo præſuppoſito ſubiecto, quemadmodũ creatur anima, alio modo nullo præſuppoſito ſubiecto, ut creatus fuit mundus. Quoniam reuera iſti modi non differunt in ratione creationis, ſiquidem materia non præſupponitur ad productionem animæ, ut explicatum eſt: ſed ad animationem. Et ideo proprijſſimè & ſimpliciter creat anima. Nec eſt alius modus, niſi unicus, creationis, quæ eſt productio ex nihilo.

B

¶Sed multò profecto minus apparentiæ habet Ochã. 2. ſent. q. 4. ubi ait, ꝙ omnis productio formæ eſt generatio reſpectu cauſæ ſecundæ, & ſimul creatio reſpectu dei. Itaque cùm ignis generatur ex ſtuppa, dicit quòd reſpectu ignis generantis illa eſt generatio: quia ignis non poteſt ignem producere. niſi dependenter à materia, ſed reſpectu dei, eſt creatio: quia taliter producit illam formam, ut poſſet illam ſe ſolo producere. Et idem eſt de productione equi & de productione hominis: ita ut nulla ſit differentia inter animam rationalem, & alias formas. At reuera hoc philoſophiæ prorſus aduerſatur: Deus enim ut ait Auguſtinus ſuper primum ca. Geneſis, poſt primam creationem mundi nihil unquàm creauit præter animam rationalem. Vnde licet poſſet formã equi ſe ſolo producere, non tamen illo concurſu generali, quo concurrit cũ equo & cum uirtute feminis obidque modo non creat illa. His fundamentis adnotatis concluſio huius tertij articuli eſt ex cluſiua. Tantum Deus poteſt creare. Salem uirtute naturali. Et eadem ratione ſolus ipſe poteſt annihilare.

Ocham refellitur opinio.

C

3. Concluſio.

¶Hanc cõcluſionem, ut pote quæ theologa eſt, non intendimus hic ad unguẽ examinare. ſed quatenus ad phyſicam pertinet aperire. Quod Deus poſſit creare, præter lumen fidei, S. Tho. 1.p.q.45. arti. 5. hac naturali ratione oſtendit. Vniuerſaliores effectus uniuerſalioribus cauſis competũt, ſicut producere ignẽ conuenit igni: producere equum cõuenit equo: ſed producere in uniuerſum ſubſtantiam conuenit ſoli, qui cauſa eſt omnis ſubſtantiæ generabilis: at inter omnes effectus ratio entis eſt uniuerſaliſſimus comprehendens accidentia & ſubſtantias tam corporales quàm ſpirituales: ergo ille conuenit uniuerſaliſſimæ cauſæ. Eſt profecto egregia ratio metaphyſica, cuius ſcientię eſt altiſſimas reddere cauſas, ut enim ignis eſt particularis cauſa ignis: & equus equi. & calidum calidi &c. ita Deus, qui cum ſit eſſentiæ infinitæ uirtualiter continet omnem rationem entis, producit uniuerſaliter ens, & omnem rationem entis, producere autem ens inquantum ens. eſt producere ex nõ ente (quod eſt dicere ex nihilo) ſicut producere hominem eſt producere ex non homine (id enim producitur, cuius ratio immediate non præceſsit) ergo deo propriũ eſt res ex nihilo producere, quod eſt creare. ¶Et confir. Deus eſt uniuerſaliſsima & prima cauſa: ergo eſt cauſa omnium entium: ſed ſunt multa entia, quæ, niſi per creationem, produci nequeunt, ut angeli, anima rationalis, cęlum, & materia prima: ergo hæc potuit creare. Impugnat hanc rationem Scotus in. 4.d. 1.q.1. ſed non eſt præſentis loci impugnationes eius afferre. ¶Quod autem nulla cauſa ſecunda poſſet creare uirtute propria. ſicut poteſt generare, omiſſis aliis rationibus, quas S. Tho. à Scotus locis citatis, & theologi. 2. ſent. d. 1. faciunt contra Auicenam, qui 9. meta. c. 4. tenet primam intelligentiã creare ſecundam: & ſecunda tertiam &c. vulgatiſſima ratio eſt hęc. Ad creandũ requiritur uirtus infinita, nulla uirtus

D

E

Nota egregiam D. Thomæ rationem.

F

creata

A creata est infinita: ergo nulla talis potest creare. Maior probatur Creare est rem ex nihilo producere: sed inter nihilum & aliquid est infinita distantia (quippe quæ omnem distantiam inter quæcunque duo positiua extrema exuperat) ergo requirit ifinitam virtutem. ¶ Hanc itidem impugnat Scotus loco citato contendens probare, q̃ inter nihilum & ens finitum non est distantia, nisi finita. Nõ enim (inquit) plus distat formica à nihilo, quã est quãtitas perfectionis eius. Et ideo producere aliquã rem finitè perfectam ex nihilõ, non arguit infinitã perfectionem. Prætermissa autem examinatione huius litis S. Thomas loco citato ad tertium argumentum egregiè profecto explicat hãc rationem. Vbi non ait, distantiam esse infinitam inter nihil & aliquid, sed arguit hoc modo. Virtus potentiæ nõ solùm attenditur ex perfectione effectus, sed ex modo producendi, putà q̃ citiùs aut alio faciliori modo producat, ergo quantò agens educit formam de potẽtia magis ab actu remota, tantò est maioris virtutis, & per consequens si educit alias de nulla potẽtia, erit virtus infinita. Exẽpli gratia, q̃ ignis educat ignẽ de potentia materiæ stuppæ quæ est ligata sub contraria forma & dispositionibus, arguit aliquam virtutem: sed q̃ educat illam de potentia materiæ ferri, quæ est magis ligata sub dispositionibus remotioribus, est maioris uirtutis: (& ideo paruus ignis non inflammaret ferrum) ergo producere ignẽ nulla præsuppositа materia, arguit infinitam virtutem. ¶ Et confir. quia aliàs si virtus agentis pensanda est solùm ex perfectione effectus, & non ex termino à quo, vt uult Scotus, tunc æqualis virtus esset educere ignem de potentia materiæ, & producere ex nihilo. Et confir. secundò quia producere ignem de materia cæli, arguerer infinitam virtutem, eò quòd illic nulla est potẽtia ad ignẽ. Disputatio sese hic latè patens insinuat, an saltem instrumentaliter creatura posset concurrere ad creationem tanquàm instrumentum per virtutem super naturalem dei: quod. S. Tho. illic negat, propterea quòd creatura nõ potest habere actionem propriam ergà nihil, & ideo non potest assumi & eleuari à Deo, ut sit instrumentum creationis: sicuti si serra non haberet actionem propriam circa lignum, non posset assumi vt instrumentum ab artifice ad faciẽdum scannum. Hæc tamen disputatio altior est, quã ut physicis sit aliquo modo tractanda. Cõcitanda enim esset hic materia de sacramentis, an gratiã creẽt: & de sacramento altaris, quomodo dũ vermes generantur ex hostia consecrata excusetur illic creatio, cum nulla videatur præcessisse materia: & materia de miraculis, utrum Christus mediãte humanitate fecerit miracula producendo uisum per tactum oculorum, quem nõ eduxit de potentia materiæ, & resuscitando Lazarum per uocem: & utrũ sua uoce, ut instrumento, dicendo, fiat, cælum, posset creare cælum sicut uerbo mentali dicendo, fiat firmamẽtum, creauit illud. De his ergo, & similibus nec verbum hic ullum fit: sed definat physicus, vbi theologus incipit: à quibus omnibus supersedendum est usque ad sua cuiusque loca theologica.

B Nota subtilissimã expicationẽ Angelici Doc. cõtra Doct. subtiliter.

C

D

E

¶ Ad tertium igitur principale argumentum satis respõsum est, q̃ licet producere formicam aut equũ ex materia nõ arguat maiorẽ uirtutẽ, quàm sit perfectio ipsa effectus producti, tamẽ modus producendi ex nihilo, arguit infinitam. Et ideo creatura nõ potest creare. Ad 3. prĩ.

F

¶ Vnde ad confirmationem respõdetur, q̃ si daretur frigiditas ĩ uacuo, nullo modo ab agente naturali posset corrũpi, quia est materia, de cuius potentia educeret calorem. ¶ Dubiũ esset hic tamen de lumine, utrum educatur de potentia aeris tenebrosi, in quo producitur. Et videtur q̃ nõ: quia formã educi de potentia materiæ, est produci per transmutationem materiæ: & tamen cùm sol incipit oriri, non est propriè transmuta- Ad cõfir.

A tio aeris, eùm nulla forma contraria inde expellatur. Et augetur dubiũ de speciebus sensibilibus, quæ producuntur ab obiecto uisibili per medium, quæ cũ non habeant contrarium in aere, non uidetur quomodo educantur de potentia aeris. Nam quòd recipiantur in aere, nõ tollit rationem creationis: ut patet de anima, quæ nõ creatur, nisi dum recipitur in materia. ¶ Ad hoc aliqui distinguunt aliquas formas magis depẽdere à materia: alias uerò minus. Illæ quæ producuntur per transmutationem materiæ plus depẽdent: illæ uerò, quæ nõ habent contraria, minus dependent. Quæ quidem distinctio non displicet, si
B modo simpliciter concedatur omnes corporales formas, quæ fiunt sub sole, educi de potentia materiæ. Respondetur ergo ex his, quæ supradicta sunt, lumen educi de potentia aeris, propterea q̃ sol non producit prius natura lumẽ, quàm faciat aerem luminosum. sed producit lumen illuminando aerem. Sicut ignis producit caloré calefaciendo subiectum. Ita ut in uacuo nullam habeat uirtutẽ sol producendi lumen. Quam ob causam Aristo. 1. meteo. c. 2. necesse est inquit mundum hunc inferiorem continuũ esse lationibus superioribus, ut uirtus eius inde gubernetur, sanè q̃ per uacuum cœlestes influentiæ nõ pos-
C sent descendere. Idem dicendum est de speciebus sensibilibus, quæ per mediũ multiplicantur. Concurrit enim mediũ suo modo ad deferendum species usq; ad sensum: ob idquè quodammodo educuntur de potentia medii. Cuius signũ est, q̃ determinant certum medium. puta aquam uel aerẽ, ita ut per aliud densius multiplicari nequeant.

¶ De accidentibus spiritualibus animæ non spectat hic dicere: quia illa non ordinantur ad generationem nec sunt materialia. Tametsi suo etiam modo educantur de potentia subiecti: cum non possint ab agenti naturali in uacuo produci, paulo plus forsitan iusto immorati sumus in hac quæstione, eò quòd ad physicam D fores aperiat.

¶ *Sequitur in tex. Caput nonum. Tangentes. &c.*

In capite nono textus lxxix. Nos autem materiam. &c.

Quæstio viij.

VTRVM PRIVATIO SIT ens reale, an sola ratione à materia distinguatur.

Dvplex partem affirmatiuam arguit. Et primò, quòd priuatio sit uera res realiter à materia, distincta, est argumentum. Se- E cluſa quacunque operatione intellectus hæc uera cœcitas est, in quo differt à pura negatione, quia hæc est falsa, chimera est: sed ens est participium huius, quòd est esse: ergo priuatio est uerum ens.

¶ Et confirmatur primò. Priuatio determinat sibi proprium subiectum: cœcitas enim non est in aure, sed propriè in oculo: & surditas in aure: ergo est ens positiuum. Et tertiò quia priuatio est per se terminus à quo realis motus: ait enim Aristote. quòd album realiter fit ex non albo. Colligitur ergo, F quòd priuatio est uerum ens reale.

¶ Confirmatur secundò. Priuatio nihil aliud est, quàm forma contraria, quæ expellitur per aduentum nouæ, ut forma aquæ est priuatio formæ ignis, ergo. Probatur antecedens, quia nulla alia rõne materia priuata forma ignis, nisi quia sub forma aquæ, quæ, ut quæstione quinta dictum est, uirtualiter est priuatio formæ ignis. Qua de causa concedimus, ex aqua fieri ignem, tanquàm ex termino à quo: nempe quia aqua ratione suæ formæ est quodammodo priuatio ignis. ¶ Et confirmatur tertio: q̃ realiter distinguitur à materia, & sic probatur. Priuatio distinguitur à materia specie, ut habe-

tur

A tur tex. 60. & utrunq; est ens reale: ergo distinguũtur realiter: quia entia eò dicũtur realia: quia distinguuntur realiter. ¶ Secũdò pricipaliter arguitur ad aliud extremum. Priuatio est negatio formę: negatio verò nihil est: ergo priuatio nullatenus distinguit à materia, sed est ipsamet materia, quæ caret forma. ¶ Et cõfirmatur. Materia, & priuatio vt habetur tex. 60. sunt idem numero: sed quæ sunt idem numero, sunt idem specie, vt habetur 5. meta. tex. 12. & quæ sunt idẽ specie, sunt idem diffinitione, ut ibidẽ asseritur, & esse idem diffinitione, est esse idem ratione: ergo materia & priuatio non differũt ratione. ¶ In medio ho-

B rum extremorum est sententia Aristo. in hoc textu 79. vbi ait materiã & priuationem differre eò q̃ priuatio est simpliciter non ens, & materia est non ens per accidens. Et superiùs text 60. dixerat esse idem numero, sed differre specie. i. ratione, ut se interpretatur.

1. Opinio. ¶ Quarto hæc postea, quę dicta sunt, facilis est. De qua inter arguendũ quatuor sunt insinuatæ opiniones. Prima est quorũdam plùs nimio realium, q̃ priuatio est nescio quid positiuũ distinctum à materia. Nec tamen millam præ se fert probabilitatem. Nam ut nomen ipsum sonat, & ab Aristo. quarto meta. tex. 4. diffinitur, priuatio est negatio in subiecto apto. Cęcitas nanq; non

C dicit formam, sed negationem visus in oculo. ¶ Et confirmatur, quia cùm aer illuminatur, nihil profecto positiuum inde pellitur: nam lumen non est qualitas actiua pellens aliquid contrarium: & per consequens quando obtenebratur, nihil ibi generatur: ergo tenebræ nihil aliud sunt, quàm absentia luminis in diaphano apto illuminari. Et eadem ratione priuatio formæ ignis in materia aquæ nihil positiuum est, quod cor-

2. Opinio. rumpatur per aduentũ forma. ¶ Secunda opinio est, q̃ priuatio unius formæ est forma cõtraria: ut priuatio albedinis est nigredo, aut medius color: & priuatio formæ ignis est forma substantialis

D aquæ, aut quæuis alia contraria igni. Sed neque ista opinio omnino consonat verbis Aristote. nam tunc materia & priuatio realiter distinguerentur; cùm tamen text. 60. expressè enũciet materiam & priuationem esse unum numero, & differre ratione. Item quia priuatio, ut quæstione quinta dictum est, per se intrat diffinitionem generationis: quippe quæ est, mutatio de non esse adesse, cuius priuatio, tanquàm terminus à quo, est principium: vna tamẽ forma impropriissimè diceretur principium sui contrarij. ¶ Tertia est opi-

3. Opinio. nio nominalium quorũdam, qui distinguunt nomen priuationis posse accipi,

E aut pro subiecto, quod priuatur, aut pro forma, qua priuatur, aut pro aptitudine ad talem formam. Et tunc dicũt, quod in prima acceptione materia est priuatio: & similiter in tertia. Iraq; oculus est, & aptitudo ad visum, & cæcitas, & item aptitudo est cæcitas. Sed secũdo modo accipiendo priuationem, illa distinguitur à subiecto. Idem dicũt de materia prima, quæ est & aptitudo & priuatio. Quod cõfirmant ex tex. 60. vbi habetur materiam & priuationem esse idem numero. Quo (inquiunt) circa differentia inter materiam & priuationem solùm consistit in nominũ cõnotationibus. Hoc enim nomen materia, supponit pro materia connotando,

F q̃ si primum subiectum formæ nomen verò priuatio pro eadem accipitur materia connotando, q̃ aliqua forma careat. ¶ At verò illa imprimis multiplex acceptio priuationis nomini nõ congruit. Quis enim dicat, q̃ cæcitas accipitur pro visu, aut pro aptitudine ad videndum: cùm forma & aptitudo dicãt aliquam perfectionẽ, priuatio verò imperfectionẽ & absentiã formæ. Quòd autẽ accipiatur pro subiecto, ut hæ sint veræ, oculus est cæcitas, materia est priuatio, quãuis in re nõ adeo multũ à vero deuient: in modo tamen loquẽdi, neque Arist. neq; sermoni, quo nõ solùm philosophi, sed prudentes quicunque

A utuntur, cõsonat. Aristoteles enim expressè, ut uisum est, ponit principia rerũ naturalium esse ut tria, & ait ut tria ad denotãdum priuationem aliquo modo distingui à materia, ob idq; certo certius est, ꝙ Aristot. nunquàm admisisset huiusmodi locutiones, oculus est cęcitas, aer est tenebrę, materia est priuatio, sicut nec uiri prudentes in familiari sermone eas reciperent. ¶ Et præterea tũc propositio Aristot. tria sunt principia, sustineri non posset, nisi appellando ad cõnotationes terminorum, scilicet tres sunt termini non synonomi significantes principia, & tamẽ re ueraextra schoB las nullus sic auderet loqui: sed diceret, ut ait Arist. ꝙ tria sunt principia. s. duo realiter distincta & tertiũ distinctũ rõne.

Conclusio princip. ¶ IGITVR sententia Aristo. posita est in medio inter hæc extrema. Secũdùm quem ad quæstionem respondetur unica cõclusione. Priuatio ratione tãtùm distinguitur à materia. Quod est dicere. Materia & priuatio non sunt duæ res: sed tamen materia alia ratione & diffinitione est materia, & alia ratione & diffinitione est priuatio Quod enim alii explicãt per connotationes terminorum. Arist. censet proprietates esse in re, quas solus intellectus distinguit. Itaque materia secluſa operatione intellectus est materia: & secluſa operatione intellectus priuatur forma: sed tamen C materia & priuatio non sunt duo, nisi per solam operationem intellectus distinguẽtis inter illas duas rationes, quæ sunt, subiici formæ, & carere forma. Et quia priuatio significat in abstracto priuationem, id est abstrahẽdo à subiecto, non prædicatur de materia formaliter, sed solùm identicè. Ita ut hęc sit uera, aer est res, quę sunt tenebræ, tamen aer non est tenebræ, sed tenebrosus: & oculus est res, quę est cęcitas, non tamẽ est cęcitas, sed cęcus. Iuxta modum, quẽ quæstione secunda de quantitate adnotauimus, negandi has propositiones, sed eas est sessio, pater est paternitas, liD cet sessio non sit alia res à sedente, nec paternitas alia res à patre. Etenim ista propositio, oculus est cęcitas, non solũ significat, quòd sunt eadẽ res, sed quòd sint eadem res sub eadẽ ratione & diffinitione. Nescio profecto, cur sit difficilius huiusmodi propositiones negare, quàm affirmare. Vt enim nimias rerum distinctiones non facilè credo, ita neq; incongruos loquendi modos libenter audio. ¶ Probat ergo Aristote. quòd ma 1. Ratio. teria & priuatio distinguantur ratione, decem rationibus, quæ ex textu colliguntur. Prima est in textu. 58. sumpta ex diuerso modo loquendi de materia & priuatione. Ba namq; distinguntur ratione, de quibus diuersimode loquenE dum est: sed tales sunt materia & priuatio: ergo. Probatur minor: quia in accidentalibus concedimus, quòd ex non musico (quæ est priuatio) fit musicum non tamen cõcedimus, quòd ex homine (qui se habet ut materia) fit musicũ: sed quòd homo fit musicus. Sed in substantialibus concedimus, quòd ex non homine, tanquàm ex termino à quo, fit homo: & ꝙ non homo, puta semen, fit equus: non tamen cõcedimus, ꝙ ex materia, tãquàm termino à quo, fit homo, sed tanquàm subiectum: nec concedimus. ꝙ materia fit homo. ¶ Secunda ratio est statim in textu 59. Ea distinguun 2. Ratio. tur saltem ratione, quorum unum manet altero non manẽte: sed materia maF net ingenito, priuatio uerò non ergo. Et ex hac potissimùm cõcludit tex. 60. differentiam specificam. i. secundùm rationem (ut ait) inter materiam & priuationẽ. Vbi notandum est, quòd qñ materia stuppę recipit formam ignis, non solùm dicendum est, quod non manet priuatio formæ ignis, sed etiã, quod priuatio non manet. Aiunt enim quidã, quod priuatio manet: quia materia manet, & materia est priuatio: ergo priuatio manet. Attamẽ respectu huius uerbi præsentis, manet, falsa est minor: nã cùm est materia, sub forma ignis, iã nõ est eius priuatio. Si verò arguatur respectu futuri ante itroductionẽ formę, hoc mõ.

Materia

A Materia manebit sub forma ignis: & materia est priuatio formę ignis: ergo priuatio manebit sub forma: certè Ari. & antiqui negarēt minorē materia enim est res, quæ est priuatio: sed non est priuatio. Et ideo concludendum esset solū identicè, res, quę est priuatio, manebit. Sed qui mordicùs voluerit cōtendere, ꝙ illa sit vera, materia est priuatio, debet negare consequentiā propter variationē appellationis: quia hæc cōclusio, priuatio manebit, facit sensum manebit ī ratione priuationis. Cōcedere autē, ꝙ priuatio manebit, expresse est cōtra Arist. dicentē, ꝙ priuatio, quia contrariatur formæ, nō manet sub suo cōtrario. ¶ Tertia ratio est in text. 65. Ma-
B
3. Ratio. teria est per se principiū generationis, & in fieri & in facto esse, quia est par⁹ rei genitæ: sed priuatio non est principiū per se rei genitæ, sed solùm per accidēs: qa necesse est accidere materię,
4. Ratio. ex qua fit generatio: ergo. ¶ Quarta colligitur ex text. 67. &c. Priuatio cōtrariatur formæ: materia verò non: ergo.
5. Ratio. ¶ Quinta est in text. 78. Materia habet potentiā, de qua educitur forma, quia positiuè concurrit ad generationē: priuatio verò non habet talem potētiam, tum quia est negatio, tū etiā quia contrariatur formæ, vnde educitur: ergo.
6. Ratio. ¶ Sexta colligitur ex eodē textu. Materia se habet, vt subiectū respectu priuatiōis: priuatio verò significatur per modum formæ, quæ expellitur per generationē formæ contrariæ in eodē subie-
C
7. Ratio. cto: ergo. ¶ Septima & præcipua est in hoc textu præsenti. 79. Priuatio est simpliciter nō ens: quia est negatio formæ in subiecto apto: materia verò solùm per accidens est non ens, quatenus accidit ei priuatio formę quā appetit ergo. Et dicitur materia per accidens nō ens,
8. Ratio. quia materia est pura potentia, ut sit in actu per formam. ¶ Octaua est in eodē textu. Materia est propè substantiam. i. potentia ad esse per formam: priuatio verò formaliter sumpta, nihil est: ergo.
9. Ratio. ¶ Nona est in textu. 18. Materia appetit formam priuatio verò nequaquā, quia
D
contrariū non appetit suum cōtrariū: ergo. ¶ Decima deniq; est in text. 82. 10. Ratio. Materia per se non corrumpitur, quia manet in cōposito: priuatio verò per se corrūpitur corrupta forma cōtraria illi, quæ generatur, vt per corruptionem formæ aquę corrūpitur priuatio formę aeris, ꝙ immediatè succedit: ergo. ¶ Ex his omnibus concludit in eodem textu diffinitionē materię, in qua differt à priuatione, quæ in commento & quæstione 6. satis exposita est.

¶ Per hæc ad primum argumētum principale respondetur distinguēdo, ꝙ Ad primū principa. secluſa operatione ıtellectus ista sit vera, cæcitas est. Si enim intelligatur aliquid esse in rei ueritate pro quo subiectum supponit & ratione cuius uerificatur illa propositio, id cōceditur: sufficit enim ad ueritatē illius, ꝙ oculus careat uisu. Si autē intelligatur: ꝙ secluſa
E
operatione intellectus illud, quod in abstracto significatur nomine cæcitatis distinguat ab oculo, hoc negatur. Itaq; in uia S. Tho. & certè in uia Ari. aliud est, ꝙ aliquid habeat esse per operationē intellectus, & aliud, ꝙ distinguatur ab alio per operationē intellectus. Solutio & doctrina est Arist. 5. metaph. text. 14. & S. Tho. 1. p. q. 48. arti. secundo, ad secundum, vbi habetur, quòd
F
ens vno modo accipitur pro eo, quod sufficit ad veritatem propositionis: & isto modo priuatio est ens: in quod differt à pura negatione. Concedimus enim, quòd cæcitas est, &, tenebræ sunt, negamus autem, quòd chimera sit. Sed alio modo accipitur ens, prout diuiditur in decem prædicamenta, putà ut dicit aliquam quidditatem & isto modo priuatio non est ens: sed negatio entis: putà negatio formæ: iuxta illud Diony. 4. capit. de diui. no. malum est non existens & non bonum. ¶ Hinc sequitur, quòd priuatio est ens rationis: quia solùm est quædam carentia distincta à subiecto per operationem intellectus comparētis eandem rem ad diuer-

A sa. Distinguimus enim inter materiam & priuationē per hoc, quod cognoscimus materiam esse subiectum formę: priuationem uerò non: & priuationē esse contrariam formæ, materiam uerò non. Et sic de aliis supra positis differentiis. Vnde id hic duxerim adnotandum ꝙ falso aliqui imponunt S. Thomæ, ꝙ senserit materiā priuationē distinguirealiter, quòd re uera nusquā dixit. Sed potiùs loco citato & prima quæstione de malo articulo. 1. ad postremum argumentum, & ubiquè dicit, ꝙ priuatio est ens rationis. ¶ Ad primā cōfirmationem conceditur, quòd priuatio determinat sibi aliquod subiectū, sed tamen

B illud non determinat, quia priuatio sit aliquid positiuū: sed rōne formæ, cuius est priuatio. Priuatio enim nō est pura negatio, sed negatio in subiecto aptonato, & ideo non dicitur, nisi de subiecto, quod habet aptitudinē ad formam cuius est priuatio. ¶ Vnde q. 3. de uniuersalibus super Porphyrium posuimus differentiam inter tria genera entis rationis, quæ sunt negatio, priuatio, & relatio. Negatio enim ut, nor. uidere, nihil ponit in re. Relatio verò, puta ratio speciei in homine, ponit quidem in re subiectū remotum, putà hominē: sed nō fundamentū propinquum, quod est cognosci cōceptu abstrahente à singularibus, ad qđ cōsequitur relatio speciei, nō est in re, sed est operatio intellectus. Priuatio verò supponit in re nō solùm

C subiectum remotum, sed fundamētum propinquum, putà aptitudinē. Et ideo inter entia rationis habet plus de entitate. ¶ Ad secundam confirmationem cōceditur quidē, quòd materiæ aquæ conuenit priuatio ignis ratione formæ substantialis, quam habet contrariam. Et subinde conceditur hac de causa receptas esse inter Philosophos has locutiones, ex aere fit aqua, ex grano fit spica, ex semine fit animal, tanquàm ex termino à quo: quòd hic adnotādum est. Negatur tamen inde subsequi, quòd talis forma fit priuatio: sed priuatio est carē

D tia formæ in subiecto, quod est aptum illam recipere. Sicut tenebræ sunt carētia luminis in aere: & cū materia sit subiectum, priuatio est carentia formę in materia. ¶ Sed est contra hoc argumentum. Si priuatio formæ aduenientis nō esset forma substantialis præcedens, sed absentia eius in materia, sequeretur, ꝙ priuatio corrupta eadem numero rediret: consequens est falsum. Probatur sequela. Est in materia terræ priuatio formę ligni, quæ cùm ex terra germinatur lignum, corrumpitur. Corrumpatur ergo idem lignum & uertatur in terram. Videtur, quòd in eadem materia redeat eadē numero priuatio formę ligni: quippe cùm sit priuata, ut prius fuerat. Si autem diceretur, quòd priuatio formæ ligni erat forma terræ, tunc illa corrupta nunquam rediret. Aliqui non habent pro inconuenienti, quòd eadem priuatio redeat. Secus est de forma positiua: de qua ait Aristote. 5. huius tex. 56. semel corruptum non posse redire. ¶ Alii hoc impugnant, quia potētia ad formā, ut supra dictum est, consequitur priuationem: sed in materiā, unde priùs fuit corrupta aliqua singularis forma, nunquam amplius redit potentia ad eandē formam: quia potentia materiæ ad fōrmam naturalem & naturaliter eadem forma numero semel corrupta non potest generari. ¶ Illi tamen supponunt, ꝙ priuationes & potentiæ formæ sint tot numero in materia, quot formę, quibus caret. Et sic haberet infinitas priuationes & potentias, maximè si mundus esset perpetuus. ¶ At uerò cùm priuatio & potentia non distinguantur à materia, ut supra dictum est, nisi ratione, ne sint aliquæ entiales distinctæ à materia, impropriè dicerentur plures priuationes, aut plures potētiæ: sed sunt potius plures respectus & relationes rationis. Quod nihil aliud est dicere, quàm quòd materia caret pluribus formis, & est in potentia ad plures formas. Quæ quidē potentia est una saltem eiusdem rationis: quoniam materia eadem ratione

concurrit

Nota. Dignum animaduersione.

Ad primā cōfirmat.

Tria entia rationis.

Ad 2. cōfir.

A concurrit ad generationem omnium formarum, scilicet tanquã principium passiuum. Immò potentia materiæ de se non est ad hanc, uel illam: sed ad formam in genere: determinatur uerò ad hanc ab agente per eius dispositiones. Sit pariter priuatio proxima non est nisi ad hanc formam, quæ immediatè succedura est. Et ideo arbitror, cùm materia per acquisitionem formæ perdit (ut sic loquamur) eius priuationem, quòd si iterum corrumpatur, eadem priuatio reuertitur in genere, ideſt materia est priuata eadem forma: quia quantum est de se, apta est recipere illam. Non tamẽ habet potẽtiam naturalem ad illã producendam, eò quòd ipsa forma non est
B naturaliter iterum producibilis. Est tamen in potentia obedientiali, ut Deus posset iterum eam creare in eadem materia. Sicuti modo materia omnium hominum defunctorum uerè habet priuationem ad animas, quas habuit: licet non habeat potentiam ad recipiendum illas actione naturali: sed actione Dei in finali resurrectione. ¶ Ad tertiam cõfirmationem negatur, ꝙ materia & priuatio utrunq; sit ens reale, immò priuatio est ens rationis ad sensum expositũ. Et ideo non distinguitur specie à materia, sicut res habens quidditatem distinctam: & per consequens non distinguitur realiter, sicut res positiuæ diuersorum prædicamentorum: sed solùm differt ratione, quam Aristot. uocat differentiam specificam.

Ad. 3. confir.

C

¶ Ad secundum principale satis respõsum est, negatur enim, ꝙ priuatio sit mera negatio: sed est negatio in subiecto apto nato. Et ideo ratione distinguitur à materia. ¶ Ad confirmationem, qua arguitur, materia & priuatio sunt unũ numero: ergo sunt unum specie, negatur consequentiam. quæ multos profecto potest decipere. Cùm enim ait Aristotel. ea, quæ sunt unum numero, esse unum specie, intelligit, ꝙ eo modo, quo sunt unum numero, sunt unum specie. Exempli gratia. Si sunt unum per prædicationem formalem unius (ut sic loquar) de alio, ut si a. & b. sunt unum numero taliter ut a. sit b. quemadmodum tunica est indumentũ & Petrus est homo, illa sunt eiusdem speciei inter se. Ea uerò, quæ sunt unum numero, id est, faciunt unum tertium numero, aut sunt in eodem suppositio, non opus est, ꝙ sint eiusdem speciei inter se. Enimuerò materia & forma hominis sunt unũ numero: quia faciunt unum simpliciter: & tamen inter se non sunt eiusdem speciei, sed faciunt unam speciem, putà unum hominem. Quin etiam omnia accidentia, quæ sunt in lacte, scilicet, quantitas albedo & dulcedo sunt unum numero: quia non habent unitates separatas: sed sunt suppositio idem: & tamen inter se differunt specie. Item uirgæ medietates, quarum una est uiridis & altera sicca, sunt unum numero (tenendo quòd materia sit continua) qui faciunt unum tertium numero: & tamen inter se non sunt eiusdem speciei: quia non sunt taliter unum numero, ut una medietas prædicetur de alia. Ad propositum ergo materia & priuatio sunt unum numero identicè: quia materia est res, quæ est priuatio: non tamen formaliter, quia alia est ratio & diffinitio unius, & alia alterius. Et hanc uocat Aristore, differentiam specificã. Et hæc, Deo authore, de primo libro.

D

E

F

Ad secundum principale.

Libri Primi finis.

DOMINICI SOTO.

SEGOBIENSIS,

Theologi, ordinis Prædicatorum,

ſuper Secundum Phyſicorum

Ariſtotelis Quæſtiones.

A ¶In cap.j.text.iij.Tanquam natura.&c.

Quæſtio prima de natura.

VTRVM DIFFINITIO naturæ ſit bona.

SECVNDVS hic liber, ut in commentariis dicebamus, reliquas duas cauſas entis mobilis cõſideratet efficientẽ.ſ. & finalem. Sed quia intẽtio eſt hic Phi-

B oſtendere hanc ſcientiam demonſtrare per omnes cauſas, præmittit in duobus ſtatim primis capitulis mediũ & ſubiectum & paſſiones huius ſcientiæ: nempe quidnam ſit natura, quid ens naturale, quid ens ſecundùm naturam. Ob idq; circa primum mouetur hæc.1.q. pe diffinitione naturę: qua ait Ariſto. naturam eſſe principium & cauſam mouendi & quieſcendi ei, in quo eſt primũ per ſe, & non ſecundum accidens.

Naturę diffinitio.

¶Atqui, ꝙ non ſit bona, eſt primum argumentum. Diffinitio hæc non conuenit omni naturæ: ergo nõ eſt bona. Probatur antecedens. Deus & intelligentia ſunt naturæ: unde Boetius lib. de duabus naturis. Perſona (inquit) eſt rationalis naturæ indiuidua ſubſtantia, & accipit rationale, ut ſe extendat etiam ad in C tellectuale. ſ. ad Deum & intelligentias: & tamen Deus non habet in ſe ullius motus principium: ſane qui Malachiæ 3. ait. Ego dominus & non mutor. Neq; angelus eſt mutabilis aliquo iſtorũ quatuor motuum, de quibus vbiq; loquitur Ariſtote. ſcilicet alterationis, generationis, augmẽtationis, ut notum eſt, aut motus localis, quia angelus, cum ſit ſubſtantia ſpiritualis, non dependet à loco, ut ſucceſſiuè moueatur. ¶Secundò hic principaliter arguitur. In cęlo eſt natura (quandoquidem eſt ens naturale): & tamen nõ eſt principium motus: ergo. Probatur minor, quia forma cęli D non eſt principium actiuum ſui motus, ſed extrinſecus mouetur ab intelligentia: alias ſi ab extrinſeco moueretur eſſet profecto uiuens, hoc eſt enim proprium uiuentium, ut à ſua ipſorum forma moueantur. Nequè materia cęli eſt principium paſſiuum naturale motus, ſequeretur enim, ꝙ cœlum naturaliter inclinaretur ad motum circularem, & per conſequẽs ille eſſet naturalis, quod tamen eſt falſum, ut Auicena. 9 meta. argumentatur, quia omnis motus (inquit) naturalis eſt propter aliquam quietem, ut patet in grauibus & leuibus: & tamen motus cęli non terminatur ad aliquam quietem. Colligitur ergo nullum eſſe in cęlo principium motus.

¶Et

A ¶ Et confir. In cœlo eſt natura: & tamen nullum eſt illic principium quietis, Sicuti conuerſo in terra eſt natura: vbi tamen non eſt principium motus ſecundum ſe totam, quia tota terra moueri nequit. Ergo non omni naturæ conuenit, ut ſit copulatiue principium motus & quietis. ¶ Tertiò principaliter ad elementa deſcendendo arguitur. Ignis & quodcunque elementum habet in ſe naturam, poſtquã eſt ens naturale: & tamen non habet in ſe principium ſui motus: ergo. Probatur minor, quia ignis non habet in ſe principium actiuum, quo ignis ipſe moueatur, aliàs moueret ſe ab intrinſeco,
B & per conſequens eſſet uiuens. Quod ſi dicatur habere in ſe principium paſſiuum, putà materiam, quæ eſt in potentia naturali ad aliam formam: contra hoc arguitur. Sequeretur, quòd productio artificialis formæ ex auro, aut marmore eſſet naturalis: nam aurũ & marmor habent principium paſſiuum naturale receptiuum illius formæ propter duritiem & conſiſtentiam partium, quã habent, Quin etiam & motus uiolẽtus grauis, quo ſurſum proiectum effertur, eſſet naturalis ſiquidem habet principium paſſiuum talis motus. ¶ Quartò principaliter arguitur. Si ratio naturæ in hoc conſiſteret, quòd ſi principium
C talis motus eius ſuppoſiti, in quo eſt, ſequeretur, quòd in ſolis uiuẽtibus eſſet natura, quæ eſſet principium actiuum motus, quippe quæ ab intrinſeco nutriuntur, augentur, & localiter mouentur, conſequens eſt falſum. ergo & antecedens. Probatur minor. Grauia uidentur moueri à ſeipſis deorſum, tãquam à principio actiuo, ſi dimittantur: quia non uidentur, à quo moueantur alio. Et ſemen animalis, antequam uiuat, habet uirtutem actiuam educentem formam animalis de potentia materiæ, in qua eſt. Et pariter granum ſubtus terrã, dum putrefactum non uiuit, habet nihilominus uirtutem actiuam ad profe rendum ſpicam. Et aqua calefacta mouetur intrinſecùs ad debitam frigiditatem. D ¶ Quintò contra illam concluſionem Ariſt. tex. 6. quòd naturam eſſe, nõ ſit demonſtrabile: arguitur ad hominẽ: nam negocium eius in lib. 1. fuit aduerſus antiquos demonſtrare materiam eſſe, & formas eſſe ſubſtantiales, quas antiqui non cognouerunt. ¶ Et confirmatur ex Commentatore qui commento 3. ait demonſtrari poſſe materiam eſſe hoc modo. Natura eſt id, quo naturalia differunt ab artificialibus: ſed naturalia differunt ab artificialibus in hoc, quod habent in ſe principium motus: ergo natura eſt principium motus. ¶ In contrarium eſt authoritas Ariſt.

¶ Significatio huius nominis natura, quę ad cognitionem libri ſecundi primum eſt lumen, ne ad libitum acceptionibus terminorum, ſicut fieri ſolet, utamur, ſumitur ex Ariſtot. 5. mete. tex. 5. ubi docet nomen hoc primùm fuiſſe impoſitum ad ſignificandum naſcentium generationem. Vt natura idẽ ſit, quod naſcitura, ſeu natiuitas. Naſci autem dicuntur tantummodo uiuẽtia. Et quia in generatione uiuentium uirtus ſeminis eſt in ipſo ſemine, quod à ſua uirtute intrinſeca mouetur, & diſponitur ad generationem animalis: deriuatum eſt nomen naturæ ad ſignificandum uniuerſaliter principium intrinſecum motus eius, in quo eſt: ſiue actiuũ ſit, ſiue paſſiuum: ſiue in uiuentibus, ſiue in non uiuentibus: ſiue ſit motus alterationis, ſeu augmentationis, ſiue localis. Et ſecundùm hanc acceptionem diffinitur hìc ab Ariſtote. At uerò, quia ex principijs naturalibus conſtat eſſentia rei, extenſum eſt tertiò nomen naturæ, ut loco citato ait Phi. ad ſignificandum eſſentiã rei quæ eſt terminus principalis generationis. Hominem enim generari nihil aliud eſt, quam eſſentiã hominis de nouo incipere eſſe in hoc ſuppoſito. Et hoc eſt, quod ait hic Ariſtot. tex. 14. ſcilicet quòd natura ſe habet ad naturam, ideſt naſciturã & natiuitatem, ſicut ſanitas ad ſanationem. E Naturæ nomen quid præſeferat. F

A Vt sicut sanitas est terminus, qui sanatione producitur, ita natura sit species illa, quæ generatur per natiuitatem.

Duplex forma. Et quia species constituitur per formam substantialem principalius, quàm per materiam, concludit quòd forma est magis natura quàm materia. Et hinc dimanauit illa distinctio duplicis formæ: ut alia sit forma partis, putà illa quæ est pars compositi, ut cùm distinguitur contra materiam: & alia forma totius, quæ includit materiam & formam & significatur in abstracto: ut humanitas, equinitas: de qua latius q. 3. Natura Græcè dicitur physis. Vnde physici. i de natura differentes. ¶ A natura dicitur ens naturale id quod habet

B naturam. Obidque abusus est nominũ, distinguere, quòd ens naturale accipitur strictè pro substantia per se subsistẽte, & largè vt accipiatur etiã pro principijs & accidentibus eius. Vnde postea sequitur hæc falsa conclusio, quòd non omne ens naturale habet in se principium intrinsecum sui motus: ut patet de forma simplici. Quapropter uni cuique tribuit Aristote. suum propriũ nomen: ut ens naturale solùm dicatur illud, quod in se habet naturam, putà substantia per se subsistens, cuius principia scilicet materia & forma non dicuntur propriè entia naturalia, sed naturæ, & principia rei naturalis: accidentia uerò proprie dicuntur entia se-

C cundùm naturam. i. consequentia rerum naturas.

¶ His præhabitis ad quæstionem respondetur una conclusione. Cui ad maiorem expressionem adhibẽtur tres

1. Cõclus. aliæ. ¶ Prima conclusio. Diffinitio naturæ est optima. Conclusio probatur: cum authoritate Aristote. tùm etiam si particulæ singulæ, ut super tex. 3. expositæ sunt, adnotentur. Sunt enim particulę quatuor. Prima loco generis, principium & causa. Est enim tàm materia quàm forma principium. i. primum, unde incipit motus (principium enim dicit ordinem) est etiam utraque causa in suo genere: addit nanque causa, supra principium concursum. Punctum enim principium est lineæ, & instans principium tẽporis: & tamẽ propriè non est causa. Et ideo non opus est ly, &, præter intentionem Arist. mutare in, uel, ut quidam uolunt: dicẽtes, quòd causa accipit pro forma, & principium pro materia: aut è conuerso. Tametsi hoc verum sit, quòd forma perfectiori modo est causa, quàm materia. ¶ Secunda particula est, motus & quietis. Vbi nec coniunctio copulatiua mutãda est in disiunctiuam. Siquidẽ Arist. consultò posuit copulatiuam, ut insinuaret, quòd natura saltem generabilium, eò est principium motus, quia tendit ad quietem. De cælo verò quid dicendum sit, patebit in responsione ad confirmationem secundi argumẽti. ¶ Tertia particula est, primum, ad excludendum formas accidentales: putà grauitatem, & leuitatem elementorũ, & calorem naturalem animalium: quæ non sunt naturæ: licet sint principium instrumẽtale motus. sed sola forma substantialis. ¶ Quarta est, per se & non secundum accidens, aliqui dicunt ad excludendum casum & fortunam. Vt fossio terræ, qua intẽditur plãtatio vineæ, est causa inuẽtionis thesauri de per accidens. i. præter intentionẽ agentis. Sed tamen nõ opus est ad fortunam diuertere. postquàm Aristote. se se i hac particula exponit. Ponitur enim ad excludendum artem medici, qui seipsum sanat: quæ licet sit principium sanationis eius, in quo est, est tamen eius, in quo est per accidens. Etenim ly, per se, determinat illud uerbum, in quo est, & sicut album non fit per se dulci, sed ex nigro: ita sanum nõ fit per se ex medico, sed ex infirmo, cui accidit, ut sit medicus. ¶ Philoponus ait hanc non esse iustam diffinitionem naturæ, propterea quòd non explicat quid sit natura, sed quæ sit actio & effectus naturæ. Et ideo est (inquit) descriptio ab effectu. Quamobrem ait, quòd natura est quæ-

dam

A dam uita, seu uis formatrix & gubernatrix corporeum. Attamẽ S. Tho. meritò reprehendit huiusmodi correctionem diffinitionis Aristote. etenim nomen, natura, ex sua propria significatione dicit, quòd sit principiũ motus: nam dicit respectum ad nascituram, seu natiuitatem. Et ideo per talem respectum debet diffiniri: & nõ per aliquod absolutum, ut isti uolunt. Non quòd natura sit relatiuum secundùm esse, ideſt, de prædicamento relationis: sed solùm secundùm dici: nempe quod debet diffiniri in ordine ad actum: sicut potẽtia. ¶ Sequitur ex hac conclusione, quòd forma non dicitur natura, eò quòd sit
B principium generandi sibi simile in exteram materiam, ut forma ignis non dicitur natura eius ab eo, quòd aquam calefacere potest, & inde generare ignem: sed materia aquę est natura: quia est principium naturale passiuum ad recipiendum talem motum. Neque forma animalis dicitur natura ab eo, quòd filium generet: sed ab eo, quòd est principium intrinsecum, quo animal nutritur, augetur, & mouetur localiter. Forma uerò ignis est natura: quia est principium eius motus sursum, & forma aquæ, quia est principium eius motus deorsum. ¶ Sequitur secũdò, quòd ens
C naturale nõ accipitur in proposito particulariter, ut distinguitur cõtra supranaturale, aut contra artificiale: sed generaliter contra omne illud, quod non habet in se principium sui motus, ut sunt artificialia & alia, de quibus quæstione sequenti sermo habendus est. Quare Adam, licet supranaturaliter fuit creatus, erat tamen ens naturale.
¶ Secunda conclusio. Tam materia, quàm forma est natura. Hanc probat Aristo. cap. 1. quia utraq; est principiũ motus & quietis: materia quidem passiuum: forma uerò, actiuum. Forma tamen est magis natura, quàm principiũ. Quod Aristot. probauit tribus rationibus: quas in commentis latiùs explicuimus. Primò quia est id, à quo potissimũ res denominatur naturalis: sicut forma D
artis est id, à quo res dicitur artificialis. Vt enim lignum nõ dicitur mercurius, quoadusque habeat formam mercurij, ita nec semen dicitur actu equus, quoadusque actu habeat formam equi. Item quia lignum defossum sub terra & putridum iterum germinat sibi simile secundùm formam: quod est producere sibi simile in natura. Et tertiò: quia forma est terminus motus, qui dicitur nascitura & natiuitas: & per consequẽs forma est magis natura. ¶ Quòd si percuncteris utrum natura uniuocè dicatur de materia & forma. Commen. hic commen. 1. & Albertus magnus negatiuam partem sentiunt. Attamen, salua E
eorum authoritate, non uideo, cur nõ dicatur uniuocè. Primò: quia hoc nomen, pars essentialis, uniuocè dicitur de materia & forma: licet enim materia aliter sit pars, quàm forma, pars tamen significat unam rationem communem utriusque abstrahendo ab hoc, uel illo modo partis. & ideo utraque ponitur reductiuè in prædicamento substantię. ¶ Et confir. Natura idem est, quod principium: sed principium uniuocè dicitur de illis, est enim principium, ut genus ad materiam & formam: ergo.
¶ Et tertiò confirmatur, quia Aristote. F
asserit formam esse magis naturam, quàm materiam: comparatio autẽ non fit, nisi inter ea, quæ conueniunt aliqua ratione communi: ergo naturam dicitur uniuocè de illis. Cum hoc tamen stat, quòd alia sit ratio specifica principij & naturæ in materia, & alia in forma. Est enim materia natura, quia est principium passiuum & potentia: unde incipit motus naturalis & forma, quia est terminus & actus, ad quem terminatur. Et hoc est fortè, quòd philosophi citati intelligunt æquiuocationis nomine. ¶ Tertia conclusio. Omnia & 3. Cõclus.
sola uiuentia sunt & dicuntur entia naturalia ratione principij actiui, scilicet ratione formæ substantialis. Conclusio hæc 7. huius latiùs patebit,

ubi

A ubi principium illud tractabitur, quod omne, quod mouetur, ab alio mouetur. Sed probatur interim utcunque. In omnibus & solis uiuentibus forma est per se principium actiuum motus eius, in quo est: ergo. Probatur prima pars antecedentis. Viuere, ut habetur. 2. de anima text. 13. consistit in hoc, quòd res à sua propria forma mouetur, aut motu augmentationis, aut alterationis, ut patet in plantis: aut præterea motu sensitiuo, ut patet in animalibus: aut ultra hoc motu locali, ut patet in animalibus perfectis: aut denique supra hæc omnia secundùm intellectum, ut in homine est uidere: ergo omnia uiuentia habent in se principium per se actiuum intrinsecum sui motus. Secũda uerò pars scilicet quòd solis uiuentibus hoc competat, probatur. Forma aquæ aut ignis, ut paulò ante dicebamus, non dicitur natura, propterea quòd in extrinsecam materiam producit sibi simile: sed propterea, quòd sit principium motus sui proprij subiecti: sed forma ignis nõ potest motũ efficere in ipsomet igne, in quo est. Cuius ratio est: quia omne mouens producit sibi simile in subiecto, ubi est eius priuatio. Cùm ergo in igne nulla sit pars, quæ careat, aut summo calore, aut forma ignis, nõ potest forma ignis C esse principium motus eius, in quo est. Et eadem ratione neq; aqua existẽs in sua naturali dispositione se mouet, neque aurum aut ferrum atq; alia mixta homogenea secundum primas quali tates, id est quæ uniformiter per totum habent primas qualitates. Quod addiderim, quia si ferrum est difformiter calidum, potest pars magis calida calefacere aliam minus calidam aut pars frigidior, calidiorem frigefacere. Sicut in uiuentibus contingit, cor enim mouet aliàs partes: & pars morbida corrũpit sanam. aut uice uersa, quæ sana est, restaurat infirmam. Et hoc est, quod 8. huius ait Aristo. in eo, quod ab intrinseco mouetur necessarium est signare per se mouentem distinctã à parte per se mota ¶ Itaque in summa differentia attente obseruanda inter uiuẽtia & nõ uiuentia, hæc est, quòd perfectio & status uiuentium consistit in moueri: sane quæ quandiu mouentur uiuunt, & cessante motu cessat uita: status uerò & perfectio non uiuentium consistit in quiete: obidque non mouentur, nisi quando sunt extra locum & perfectionem naturalem. Ideoque formæ uiuentium proprium est, esse principium actiuum intrinsecum motuum, per quod uiuẽs ipsum se mouet, nutritione: augmentatione, aut localiter. Atq; adeo propriũ est uiuenti generare per semen à se decisum, cui imprimit uirtutem actiuã. E forma uerò non uiuentium non mouet subiectum, in quo est, sed aliud extrinsecum: ut ignis non se, sed stuppã calefacit: nec mouet se localiter sursum, quia motus ille attribuitur generanti, ut in solutione ad 4. patebit. Quare malè quidam assignant hanc solam differentiam inter uiuentia & non uiuentia: quòd non uiuentia solum mouentur ad unam differentiam positionis mutando locum: uiuentia uerò ad omnem. Etenim licet planta solum augeretur sursum uersus, & non uersus radices, aut in latum, esset ille motus proprius uiuentis, & econuerso licet per impossibile daretur mixtum participans utranque naturam ascendendi, ut ignis, & descendendi, ut lapis, essent illi motus non uiuentium. De hac autẽ natura uiuentium. 1. de anima latiùs. F ¶ Quarta conclusio sequitur ex tertia. 4. Concl. Substãtiæ non uiuentes dicuntur entia naturalia solum ratione naturæ & principij passiui intrinseci: principium uerò actiuum habent ab extrinseco, ut aqua est ens naturale, quia habet principium passiuũ sui motus: putà formam ratione cuius mouetur deorsum: & materiam: ratione cuius recipit calorem ab igne. Et pariter lignum & res aliæ uniuersæ. ¶ Ex quo sequitur. 1. quòd calefactio passio aquæ & generatio ignis

ex illa

D Differẽtia uiuẽtium.

A ex illa, non dicitur naturalis à natura ignis, scilicet à forma, quæ est principium actiuum: sed à natura aquæ. putà à materia, quæ habet naturalem inclinationem ad recipiendum illum motũ. Dixerim calefactionem, ideſt quatenus est motus aquæ: nam si consideretur, vt actio & motio, qua ignis mouet, dicitur: etiam naturalis igni, id est secundũ naturam ignis: quia est actio, quæ consequitur eius naturam. Et ad hunc modũ loquendum est in omnibus non viuentibus. ¶ Sequitur secundò, quòd nullũ ens potest dici naturale à principio actiuo intrinseco suæ generationis: quia implicat contradictionem quippiam à
B seipso, uel ab aliqua sui parte produci. ¶ Sequitur tertiò, quòd motus progressiuus animalis non est mixtus, aut præter naturam (ut quidam sentiunt) sed est simpliciter naturalis. Sunt enim, qui animalia duntaxat considerãtes inquãtum sunt grauia, dicunt, quòd eleuatio pedis ad ambulandum est uiolenta impressio uerò eius in terra est naturalis. Et ideo talis motus est mixtus. At verò motus ille non debet attendi penes naturam uniuersalem grauis, sed penes particularem animalis. Etenim neque alia grauia, putà lignum, aut lapis, descendunt inquantum sunt talis speciei sed secundum uniuersalem naturã gra-
C uitatis. Itaque forma ligni non est principium descensus inquantum dat esse lignum, sed inquantum facit esse corpus, cui prædominatur natura terræ, aut aquæ. Et pariter anima rationalis, licet sit indiuisibilis, tamen inquãtum dat homine esse corporeum, cui prædominatur natura terræ, est principium descensus. Attamen formã quæcunq; animalis perfecti est principium naturale motus progressiui, qui proinde motus simpliciter est naturalis animalibus quemadmodum & nutritio & augmentum, ut enim habere pedes, est propria passio aliquorum animalium, ita & motus, ad quem pedes ordinantur, est naturalis. Sicut & serpentibus reptare est motus naturalis. ¶ Sequitur denique quartò, quòd cuicunque rei naturali corporeæ cõpetit motus aliquis proprius, cuius principium sit materia & ille uel alius, cuius principium sit forma: aliàs, si aut materia, aut forma non esset principiũ alicuius motus, in quo est, non esset natura: & per consequens nec talis res esset ens naturale. ¶ Vnde palam fit, cur idem sit ens naturale, & ens mobile. Nempe, quia ens naturale idem est quod habens naturam: & natura idem est, quod principium motus eius in quo est. Cõclusiones istæ & perspicaciores fient, & exactiùs limabuntur solutionibus argumentorum. D

¶ Igitvr ad primum principale argumentum respondetur, quòd Deus & intelligentiæ nec sunt entia naturalia: neque habent in se naturam, ut loquitur hic Arist. Deum enim manifestissimum est non habere principium sui motus. cùm sit summus actus nihil habens de potentia ad aliquem motum. Et angeli, cùm incorporei sint, motu corporeo moueri non possunt. Nec subinde in motu locali à loco dependent: sed possunt mutari de loco ad locum distantem sine hoc, quod per transeant per medium. ut. 2. sent. est uidere, de quo nihil ad presens. Motus autem intentionales secundum intellectum & uoluntatem non sufficiunt apud Arist. ut angeli dicãtur entia naturalia. Deus ergo & reliquæ substantiæ spirituales habent duntaxat naturam in tertia acceptione supraposita, scilicet essentiam. Deus quidem infinitam: angelus uerò specificam. E

Deus & intelligentiæ sunt entia naturalia, nec habentia in se naturã, vt philosophus vult.

F

¶ De secundo principali argumento fuerunt apud ueteres diuersæ sentẽtiæ, quas, prima parte quæstione 70. artic. 3. refert S. Tho. quidam enim prædecessores Aristotelis putantes cœlum actiuè moueri à sua propria forma, opinati sunt cœlum esse animal. Et consequenter dicebant motum cœli esse naturalem à principio intrinseco actiuo. Et re uera benè syllogizabantur.

Pro-

A Proprium enim animalium est, ut paulò superbus dicebamus, à seipsis moueri. Et ideo profecto, qui diceret cœlum moueri à propria forma, subsequè ter tenetur concedere illud uiuere: qd est absurdum. Quapropter Aristo. rectè iudicans cœlos non esse animalia. persecutatus est non moueri ab intrinseco: sed ab intelligentiis: quæ singulis orbibus sunt singulæ accommodatæ. At uerò Commentator in de substantia orbis, & 12. metaph. commen. 41. & in lib. de cœlo: quem Paulus hic Venetus & alij imitantur: nescio quam unionem fingit intelligentiæ cum cœlo, ut sit uelut eius anima, obidque cœ

B lum asserit esse, ut animal & quodammodo moueri ab intrinseco. ¶ At uerò falsum est hoc & absque ulla probabili tate, quod uel fides nostra satis nos docet. Intelligentia enim nullo modo vnitur orbi: sed assistit illi, ut motor eius intrinsecus: ut lib. de cœlo latiùs patebit. Vnde non opus est distinguere, ut

Cœlũ non est animal. iuniores distingunt, quòd cœlum, si accipiatur, ut includat intelligentiam, mouetur ab intrinseco: si uerò, ut distinguitur ab intelligentia, mouetur ab extrinseco. Enimuero cœlum nullo modo accipitur, ut includat intelligentiam: & ideo simpliciter dicendum est, quòd cœlum mouetur ab extrinseco.

C ¶ Sed hinc emergit dubium maius, quòd tunc sequitur motum cœli non esse naturalem. De hoc fuit opinio Auicenæ 9. meta. per oppositum extremũ, scilicet quòd motus cœli simpliciter non est naturalis: quia nec à forma propria actiuè mouetur: nec habet in se principium passiuum, quod sit naturalis inclinatio ad motum. Ait uerumtamen, quòd neque est motus violentus: sed præter naturam, quod est dicere, neque cœlum habet naturalem inclinationem ad illum motum, neque naturalem repugnantiam. ¶ Rationes Auicennæ sunt tres. Prima. Nullus est motus naturalis rei, nisi ille, quo mouetur, dispositione & statu non naturali ad naturalem dispositionem: sed motus cœli D non est, quo mouetur à dispositione & statu non naturali ad naturalem: ergo non est naturalis. Maiorem ostendit exemplo grauis, quod mouetur descensu naturali, nisi à loco, in quo sursum uiolenter detinetur ad centrum, ubi quiescit: & aqua non mouetur naturaliter, nisi quando est calida extra suam naturalẽ dispositionem, ut se reducat ad naturalem dispositionem. Minor uerò est manifesta: quia cœlum nunquàm esse potest extra suam naturalem dispo E sitionem: atque adeo motus eius non est ad acquirendam naturalem dispositionem: & per consequens non est naturalis. ¶ Secunda ratio. Si motus cœli est naturalis, sequitur, quòd cùm sol. v.g. mouetur ab oriente in occidens, naturaliter recedit ab oriente: & eadẽ ratione quando postea in nocte subtus terram reuertitur ab occidẽte in oriẽs, naturaliter etiam mouetur ad idem pũctum orientis, vnde sequitur, quòd duo motus contrarij naturaliter conueniũt eidem corpori: quod est repugnantia. ¶ Tertia ratio est. Si motus. v.g. primi mobilis ab oriente in occidens esset naturalis, sequeretur, quod si nice uersa moueretur ab occidente in oriens motu planetarum, ille esset motus contra F naturam. Et eadem ratione, si intelligẽtia uellet cœlum sistere & tenere, ne moueretur, pateretur difficultatem: sicuti qui uellet utrem aere plenum sub aqua tetinere, cùm aer sursum nitatur: consequens tamen est falsum: quia si intelligentia uellet primum mobile mouere motu contrario, aut illud immotum retinere, indifferens esset cœlo. Sẽtentiæ Auicennæ subscribit Scotus 2. senten. d. 2. in fine quæstionis 6. & ponit exẽplum. Sicut superficies (inquit) nec habet naturalem potentiam, nec repugnantiam ad albedinem uel nigredinem: sed neutram, ideſt indifferentẽ ad hanc uel illam, & eadẽ ratione quæstione 1. proponit potentiam neutram mediam inter naturalem & uiolentam.

¶ Contra

A Contra hanc tamen opinionem arguitur primũ quòd nulla est propriè potẽtia neutra respectu alicuius qualitatis, uel motus. Et primò de potentia actiua manifestum est neque contrariũ dicerent Auicenna aut Scotus. Nam si est potentia ad producendũ per se aliquid, erit potentia naturalis: quòd si non poterit producere, nulla erit potentia: si uerò poterit producere, non tamen sine auxilio supranaturali, non dicetur potentia neutra, sed mixta potiùs ex naturali & supranaturali. ut ait S. Tho. intellectũ creatum producere non posse uisionem Dei, niſi supranaturaliter fuerit adiutus lumine gloriæ, quod nõ

B disputationis: sed dumtaxat exempli gratia dictum sit. ¶ Quòd uerò nulla sit potentia passiua respectu alicuius qualitatis, uel motus, probatur ex proportione potentiæ actiuæ, etenim si nõ dabitur in rerum natura potentia neutra ad agendum, certè neque erit ad patiendum. ¶ Sed arguitur secundo. Aut nomine potentiæ neutræ intelligit potentiam, quæ de se determinatur ad genus, sed est indifferens ad species (sicut patet in suo exemplo, quòd superficies est indifferens ad albedinem, uel nigredinem) & hic est abusus nominis, nam certè superficies omnis corporis mixti (quod dixerim ad excludendum superficiem elementi & cœli) potentia est naturalis ad recipiendum colorem: licet ad hanc uel illã speciem non determinetur de se: sed ab agente, quòd si hanc appelles potentiam neutram, certè eadem ratione potentia materiæ ad formam erit neutra, quia solùm est potentia ad formam in genere: ad hanc verò uel illam non determinatur de se, sed ab agente. ¶ Et confir. quòd potentia subiecti ad albedinem uel nigredinem sit naturalis: quia illa accidentia educuntur de potentia subiecti, non enim possunt ab agente naturali produci: niſi dependenter à subiecto: sicut forma substãtialis educitur de potẽtia materiæ. Aut noie potẽtiæ, quæ est neutra intelligit meram negationem, & hæc nullo modo dicitur potentia. Aut intelligit aliquid positiuum. Et tũc profectò, videtur repugnãtia, dicere, quòd sit potentia, & sit neutra. Nam potẽtia. 9. meta. tex. 13. diffinitur per illud, ad quod est in potentia. Si ergo est potentia, est saltem inclinatio, aut resistentia respectu actus: si autem sit neutra, nulla est inclinatio, nec resistentia, o bidque dicere, quòd est potẽtia, & est neutra, videtur inuoluere cõtradictionem. Sed neutra potentia idem est, quod nulla potentia. ¶ At quicquid sit de potentia neutra in alijs, quòd tamen cœlum non habeat potentiã naturalem ad suũ motum circularem, re uera uidetur assertio indigna homini philosopho. Et his quidem, qui lumine fidei creationẽ mundi nouerunt, satis deberet esse hoc argumentum. Deus qui omnia disponit suauiter, rebus omnibus sub cœlo indicit naturam ad suos proprios motus: igni, ut naturaliter calefaceret: terræ & arboribus, ut naturaliter germinarent: animalibus, ut naturaliter prolem facerent: ac deniquè materiã primam creauit, quæ naturalem ad omnes formas haberet potentiam, at tanquàm uniuersalem omnium horum causam creauit orbes cælestes, qui suis motibus omnia hęc inferiora procreassent: ergo à fortiori munus hoc cœli suapte natura faciunt: & per consequẽs motus unde hæc omnia pendent, est illis naturalis. Mirabile est formicam naturaliter moueri: non autem cœlum. ¶ Secundò arguitur. Cœlum, perinde ac res uniuersæ naturales, aliquam habet inclinationem naturalem: sed nullam potiùs potest habere, quàm moueri, quippe cùm hoc perpetuò illi conueniat: ergo motus eius est naturalis. ¶ Et confir. Aut materia & forma cœli sunt naturalia principia illius motus, aut non. Si sic, ergo motus est naturalis: si non, ergo neutra earũ ẽ natura: quia cùm nullo alio motu possit moueri cœlũ, neutra esset principium

None est potentia neutra.

Cœlũ naturaliter mouetur.

A pium motus eius, in quo est. ¶ Et tertiò arguitur. Cœlum habet naturaliter figuram rotundam aptissimam ad circularem motum: est etiam substantia incorruptibilis ad motum perpetuum accommodata: ergo & motus ipse est naturalis: si enim media ordinata ad finem sunt naturalia cœlo: finis etiam ipse naturalis utique est. Veluti si homini naturale est habere oculos & pedes, naturale est illi uidere & ambulare. ¶ Et quartò arguitur. Idem est aliquid cuipiam per se, competere, & naturaliter competere: nam per se conuenit alicui, quod à natura conuenit: sed moueri circulariter per se conuenit cœlo, sicut
B graui descendere, & leui ascédere (quia non conuenit illi per accidens) ergo cõuenit naturaliter. ¶ Et confirmatur. Motus cœli est mensura & causa prima omnium motuum inferiorum: sed motus omnium inferiorum per se conueniũt suis substantijs: ergo à fortiori motus cœli per se conuenit cœlo: nam mensura in unoquoque genere debet esse regularissima: quod non esset si esset res per accidens.

Conclusio ad 2. princ.

¶ Est ergo conclusio, qua ad secundum principale respondetur. Motus cœli est ei naturalis: non quidem ratione principij intrinseci actiui, quia forma
C cœli non est actiua sui motus, sed ratione principii passiui, quia scilicet potentiam habet & aptitudinem naturalem ad illum motum. Conclusio est S. Tho. 1. p. q. 70. artic. 3. ad quartum. Quin etiam est expressa Arist. 12. meta. tex. 10. ubi ait, quòd cœlum materiam habet: non in potétia ad aliam formam, sed ad motum localem. Vbi simul asseritur, & quòd est compositum ex materia & forma [contra Commentatorem dicentẽ esse corpus simplex] & quòd motus eius est ab intellectu secundum contractum uirtutis. est quidem motus circularis naturalis cœlo, sicuti motus sursum est naturalis aeri & igni: & mo-
Nota. tus deorsum aquæ & terræ. ¶ Verumtamen animaduerte, quòd cùm dicimus in cœlo esse principium naturale B
sui motus, non ideo solùm intelligimus esse materiam, sed principaliùs formã: nam aliàs, cùm nullus alius motus cõueniat cœlo, si forma non esset principium illius, tunc non esset natura: sed intelligendum est, ut est intentio Arist. 1. cœli, quòd sicut graui & leui conuenit motus naturaliter deorsum, aut sursum ratione suarum formarum: ita & cœlo ratione suæ formæ conuenit ille motus circularis: cùm ratione etiã formæ conueniat figura illa circularis.

Dubium.

¶ Dubiolũ tamẽ restat ex dictis, utrùm motio cœli, inquantum est actio procedens ab intelligentia, sit naturalis, ueluti dictum est in quarta conclusione: ca- E
lefactionẽ, qua ignis calefacit, esse illi naturalem. Et vr, quòd illa motio non sit, nisi uoluntaria: nam angeli liberem videntur mouere intelligentias. Et inde sequitur, quòd nullum esset miraculum, si intelligentia vellet cessare à motu: atque adeo si cœlum quiesceret.

¶ Respondetur, quòd licet intelligentiæ secundum fidem per voluntatem moueant: quia tamen est lex naturalis cœlorum, vt perpetuò moueãtur, illæ intelligentiæ mouent ac si essent merè causæ naturales. Et ideo si motus cœli cessasset (vt cessabit in die iudicij) esset super naturale. Quemadmodum Deus voluntariè concurrit cũ causis secũdis F
concursu generali: nihilominus, quia agit lege naturali, censetur agere per modum naturæ. Et ideo cùm cessat cõcurrere cum causis secũdis (quemadmodum Danielis. 3. non concurrit cũ igne ad comburendum pueros) tũc est verè miraculum ¶ Vnde ad primum argumentum Auicennæ negatur illa sua maior syllogismi. Non enim est necessarium motum naturalẽ esse à dispositione & statu nõ naturali ad naturalem: sed hoc solùm est uerum in motibus naturaliũ generabilium, & corruptibilium: quorum finis est quies: ut in graui, & leui. In mixtis verò motus corruptionis, qui est dispositione naturali ad non naturalem,

turalem;est etiam ex parte materiæ naturalis: ut motus, quo putrescit lignum,& quo corrumpitur animal. Cœlum uerò,quod non ordinatur ad quietem in aliquo loco, neque est corruptibile,habet motum naturalem inuariabilem & uniformem. Enimuerò, ut perfectio naturalis uiuentis (ut paulò ante dicebamus)consistit in hoc,quod est mouere se:ita perfectio naturalis cœli est perpetuò moueri ab intelligétia. ¶ Ad secundum respondetur, quòd natura cœli nec est recedere à puncto orientis, nec accedere ad illud: sed est perpetuò moueri,& transire per quodlibet punctum cœli. Quare recessus à puncto orientis,& accessus ad illud nó sunt motus contrarii: sed sunt partes unius motus naturalis. ¶ Ad tertium argumentum respondent nonnulli concedentes, ꝙ cœlum est indifferens ad motum ab oriente in occidentē,ut modo mouetur,aut uice uersa si ab intelligentia moueretur modo retrogrado. Ego tamen profecto id non concedo: sed credo naturam cœli esse, moueri, ut mō mouetur. Nec uirtus intelligentiæ, nec simul omnium posset mouere ipsum è conuerso,nisi solū de potentia Dei absoluta. Et hoc euidentius confirmat motū cœli,quē modo habet esse illi naturalem. Motus aūt proprii & naturales planetarum sunt de occidente ad orientē, ut est ex libris de cœlo intelligere. Sed cū hoc est etiam illis naturale,ut à primo mobili rapiantur ab oriēte in occidentem motu diurno. Sed de hoc alias. ¶ Ad aliud,si intelligentia uel let sistere,& tenere cœlum, respōdetur, ꝙ nulla esset fatigatio: sed per hoc, ꝙ ipsa non moueret,cessaret motus:quia in cœlo nulla est uirtus actiua motus: sicut est in utre inflato sub aqua ad motum sursum.

¶ Circa materiā cōfirmationis est etiam opinio Commentatoris. 12. meta.tex. 41.& de substantia orbis.c.2.tenētis, ꝙ cœlū habet principiū quietis. Itaq; quantum est ex se, est indifferens ad motum & quietē. Et in hoc sensu citat Arist.9.meta.tex.17.ubi ait,nō esse timendum, ut cœlum quiescat. Ac si dixisset (ut ait Cōmentator) quòd licet habeat potentiā passiuā ad quietē,intelligentia uerū tamen nunquàm cessabile mouere. Et alii,qui in uerba Cōmentatoris iurarunt,dicūt, ꝙ licet cœlū secū dū totū motū nō quiescat, tamē quiescit quodammodo hodie à motu hesterno, qui præteriit: & cras cessabit a motu hodierno. ¶ At uerò nec opinio Cōmētatoris,nec istorum discipulorū eius est rei physicæ cōsentanea. Arguitur.n.sic. Natura non est principium quietis, nisi quando motus,ad quē inclinatur, ordinatur ad quietē,ut pater in grauibus & leuibus:sed motus cœli ad nullam prorsus ordinatur quietem, ergo natura cœli non est principium quietis. Minor latissime probatur ab Arist. 1.de cœlo.ubi ait: motū cœli esse ꝑpetuū, ut generationes horum inferiorū perpetuo durēt. Vnde.2.cœli.tex.2.mēte acutè ait motū cœli suspicere quietē horum inferiorum. Quod est dicere, cessatione & corruptione horum inferiorum,(hanc.n.appellat quietem)uti tanquā uis ad nouas generationes,ob idq; non solum non ordinantur ad quietem propriam, uerum neq; ad aliquā quietem horum inferiorum. Sed habet pro fine,perpetuò motu cōseruare semper species rerum,quæ de se sunt corruptibiles. ¶ Secundò arguitur quia figura cœli rotunda non est suapte natura facti ad quietem,sed ad motum:ergo nec ulla est inclinatio cœli ad quietē. ¶ Et tertiò arguitur,quia si esset in cœlo inclinatio ad quietem, sequeretur, ꝙ quies esset finis motus: & per consequens esset aliqua difficultas ex parte cœli, ut moueretur quòd est contra Arist.9. meta.tex.17. ubi ait, ꝙ nulla est fatigatio, nec resistētia ī motu cœli. ¶ Et postremò arguit:quia ī die iudicij, cū motus cœli cessabit,erit profecto miraculum:nō solùm ex parte intelligētiæ cessantis, sed supra naturā cœli:& tamen si in cœlo est

A set principiũ quietis, tam naturale esset illi quiescere, quàm moueri. Et authoritas Arist. quam citat 9. metap. potiùs est contra eum: sentit enim Ph. non esset timendum, ꝙ cœlum quiescat non solùm, quia intelligentia non cessabit, sed quia repugnat naturæ cœli. Accedit huc demum sententia Themist. tenentis in cœlo nullum esse principiũ quietis. Et S. Tho. q. 5. de potẽ. ar. 5. hanc eãdem differentiam cõstituit inter cœlum & elementa. ¶ Alia opinio recitata ridicula est profecto, nã cœlum nullo modo quiescit à motu hesterno, sed merè negatiuè se habet respectu illius: qui est
B trãsactus. ¶ Alii dicunt, ꝙ cœlũ quiescit secundũ pũcta polorũ, supersquibus uertitur. Aut secundũ alios (quod itidẽ est) quiescit in locototali, inquo mouetur: quia non mutat locum secundum se totum ¶ Sed profecto arbitror, ꝙ in cœlo nulla est quies, nec quietis principiũ. Et ideo potius dicendum est, ꝙ quãdo Arist. dixit copulatiuè naturã esse principium motus, & quietis, intellexit, ꝙ ubiq; est aliqua natura, quæ sit principiũ motus eius, in quo est: sed ubi motus ordinatur ad quietem, principium motus est etiã principium quietis: ubi uerò motus est naturalis status, & perfectio rei, nõ est necessariũ, quòd sit principium quietis. ¶ De natura autem ter-
C ræ palam est, quomodo sit principium motus. Primo quia secũdum partes est principium motus localis, quæcunque enim pars terræ sursum eleuetur, suapte natura cadit: & quia appetitus partium appetitus est totius, sequitur terram habere principiũ motus. Et præterea materia terræ est principium motus alterationis & corruptionis ipsius.

Ad tertium principale conceditur elementum quodcunq; habere in se naturam: non quidẽ propter principium actiuũ sui motus, ut. 3. & 4. conclusioni bus expositũ est. Forma enim ignis non potest ipsummet ignem, in quo est, aut alterare aut augere: aliàs enim esset uiuens. De motu autem locali, quàm, primum videbitur. Et hac de causa Albert. ponebat inchoationes formarum, & alii alias, possibilitates, ut libr. 1. q. 7. visum est. Nempe, ut adstruerent calefactionem aquæ: & generationem ignis ex ea esse naturalem ex parte passi. Nã cum forma aquæ nihil iuuet ad talem motum, si non poneretur illic aliquid conferens uim, & quod adiuuet agens, putabant eiusmodi motus esse uiolentos. ¶ Has tamen opiniones abundè illic expugnauimus. Quo circa secũdum Arist. dicendum est, ut tales motus sint naturales, satis esse, quòd materia ignis & aquæ ligni, &c. est principium passiuum sui motus: ratione cuius corruptio ignis calefactio aquæ, aut ligni est illi naturalis. Et passum conferre, uim, est formam educi de potentia materiæ: aut saltem, quòd materia sit in potentia naturali, quæ ad eius receptionem concurrit, ut in generatione hominis. ¶ Sed est argumentum in contrarium. Sequeretur, quòd cum lapis sursum proiicitur, motus ille esset naturalis: nam quamuis non habeat principium actiuum intrinsecum, habet tamen materiam, quæ est receptiua illius motus. Quòd si dicas illum motum repugnare formæ grauis, eodem modo calefactio aquæ repugnat eius formæ, ut pote cùm sit motus tendens ad eius corruptionem. Quòd si rursus respondeas motum localem sursum recipi in toto composito, cui ille motus repugnat calorem uerò recipi in materia aquę, quę est in potentia ad omnem formam. Solutio imprimis in uia S. Thomæ non habet locum: nempe qui tenet accidentia omnia subiectari in toto composito. Et præterea licet calor subiecterur in materia, postquàm repugnat formæ, quam actu habet, uidetur, quòd motus non sit naturalis.

D

E

F

¶ Respõdetur, ꝙ siue calor subiecterur in materia, siue in toto cõposito, nihil ad præsens refert, sed motus dicitur naturalis ratione principii passiui, quãdo ille motus disponit ad formam substantialem

A stantialem, ad quam materia prima est in potentia (qualis est calefactio aquę) motus uerò lapidis sursum, quia repugnat formæ substantiali, & non disponit ad aliam formam substantialem, ad quam materia sit in potentia, est violentus. Materia enim horum inferiorum ad nullum motum est in potentia: nisi ratione formæ substantialis, quàm appetit.

¶ Et per hæc respondetur ad aliud de ente naturali respectu formæ artificialis. Est enim conclusio, quòd nullũ ens naturale habet principiũ naturale, neque actiuum, neque passiuum respectu formæ artificialis. Cùm enim forma
B artificialis in ligno, aut ære, non sit dispositio ad introductionem formę substantialis, materia harum rerum naturalium nullum habet appetitum ad tales formas: nec propriè dicuntur educi de potentia materiæ: quia eductio de potentia naturali materiæ solùm est respectu agentis naturalis. Dicuntur autem entia naturalia apta, aut inepta ad artificialia: nõ propter inclinationem, quam habeant ad talem formam (nihil enim lignum inclinatur, vt inde fiat Mercurius, aut Iupiter) sed quia vel melius obediũt incisioni, vel cuius alij operationi artificis, aut quia sunt
C longioris durationis.

Grauia mouẽtur à generante.

¶ Ad quartum principale argumentum concesso solis viuentibus in esse principium actiuum sui motus, ad primum argumẽtum de motu grauium & leuium negatur formam substantialem grauis, aut grauitatem esse principium actiuum descensus. Et idem negatur in leuibus. Solutio est, quam ex professo philosophus. 8. huius tex. 32. & affirmat & comprobat. Tractat enim illic, vt tractauerat in. 7. quòd omne, quod mouẽt, ab alio mouetur: & si quid mouetur intrinsecùs, debet distingui pars per se mouens à parte per se mouente, ut in animali cor mouet alia mẽbra. Et cùm in corpore simplici, videlicet, quod est homo geneũ secũdum qualitates primas, non sint partes diuersæ complexionis & naturæ, ut una posset mouere aliam (qualia sunt elemẽta) concludit, quòd non mouentur intrinsecùs, sed à generante. Quòd si quis dicat formam lapidis esse partem, quæ mouet & materiam partem, quæ mouetur, hoc stare nõ potest: quia forma nõ est, quæ agit, sed suppositum agit per formam. Neq; materia propriè est, quæ descendit, sed lapis. Forma. n. animalis non est, quæ nutrit, nec materia est, quæ nutritur, sed totum animal nutrit & auget se per formam. Vnde in uiuentibus partes illę per se mouens & per se mota, debent esse integrales, ut in. 8. huius uidebimus. Et ideò, qui dicit formam
E lapidis esse principium actiuum, solùm dicit esse principium quo: sed principium quod esset tunc lapis: & per consequens moueret se. Quod ne Arist. cõcedat dicit principium mouens, tanquàm quod, esse generans, sed forma lapidis est id, quo lapis mouetur à generante. ¶ Ratio est hæc. Generãs aliquid: sicut dat formam, dat omnium accidentia, & contraria ad formam, quæ requiruntur ad perfectum statum naturalem ipsius geniti: sed status perfectos grauis v.g. lapidis est, esse in centro, generans formam lapidis dat illi impetum quendam naturalem, ut descendat ad centrum, nisi impediatur. Et
F ideo motus grauis attribuitur generanti. Sicuti qui iactat lapidem imprimit illi impetum, quo moueatur. Non disputo an impetus sit res distincta, nec ne: est enim hoc impertinens, ut est impertinens grauitatem, aut leuitatem accidentia esse distincta à substantijs: tametsi probabilius est distincta esse.

¶ Est tamen præsto argumenium. Arbores & omnia uiuentia nutriuntur augẽturque per uirtutem, quam habent impressam à generante (generans. n. formam dat contraria ad formam) ergo eadẽ ratione huiusmodi motus attribuerent generãti. ¶ Solutio huius facilè elicit ex differentia suprapositа inter viuẽ

A tia,& non uiuentia,quòd status naturalis uiuentium consistit in moueri: status uerò & perfectio non uiuentium inquiescere. Hinc sequitur, quòd actio generantis plantam aut animal illic cessat,ubi animal genitum habet suã propriam formam & uirtutem, qua posset nutriri & augeri, cuius proinde nutritio & augmentum attribuitur ipsi animali genito. Reliqua uerò cùm extra locum suum naturalem,sint semper extra suũ statum & perfectionem naturalem, motus ad talẽ locum attribuitur generanti quasi mittenti genitum ad suam perfectionem. ¶ Quòd si quis rursus obiiciat, quòd stat, quando graue
B descendit,non esse generãs,quod illud genuit. ¶ Respondetur quòd res, quæ non est,mouere potest,quandiu eiusvirtus durat,ut in exemplo proiectæ sagittæ,aut globi catapultæ manifestum est. Ignis enim est,qui mouet globum illũ (etiam quando distanter mouetur)per impetum impressum. Et idem dicturi sumus modò de semine emisso ab animali: quod semen mouetur ab animali per uirtutem ab eo impressam. Colligitur ergo,quòd tam forma substantialis lapidis, quàm grauitas sunt principiũ passiuum motus: forma quidem substãtialis principale & grauitas instrumentale. Et idem dicẽdum est de leui. ¶ Sed
C non deest adhuc aduersus hanc sententiam argumentum. Forma substantialis lapidis est uelut instrumentum, ut dictum est,generantis sed instrumentum reducitur ad genus causæ efficientis: calor enim,quo ignis calefacit, est principium actiuum: sicuti & dolabra, qua artifex dolat lignum. Item si grauitas est instrumentum, videtur,quòd forma substantialis sit principale agens respectu illius. ¶ Respondetur, quòd instrumentum quando est coniunctum agenti,ut in exemplis modò positis,reducitur ad genus causæ efficientis: sed tamẽ forma producta ab agente in passo, ꝙ mouetur,reducitur ad genus causæ formalis: & ideo est principium passiuum.

Calor enim qui est formaliter in igne D
calefaciente,est uelut principium actiuum,sed tñ ille, qui ab igne productus est in aqua,non est principium actiuũ: sed formale,à quo aqua est calida. Vnde si ille calor productus moueret aquam localiter, certè esset principium passiuum talis motus, sicut impetus in sagitta. Et hac ratione grauis dicit principium passiuum. Verum est tñ,quòd licet respectu generantis sit passiuum, tamen respectu grauitatis dicitur aliquãdo actiuum: eò quòd grauitas cõsequitur ad talem formam, acsi produceret E
ab illa. Et hoc modo S. Tho. q. 5. de potentia articu. 5. dicit formam grauis & leuis quodammodo esse principiũ actiuũ sui motus. Licet loco citato super Arist. & 3. p. q. 32. art. 4. & ubique simpliciter dicat couformiter ad Arist. in graui & leui non esse,nisi principiũ passiuum sui motus. ¶ Similis fere respon-
sio est ad secũdum membrum de semine. Virtus enim seminis est uirtus generantis,per quam generans immutat semen usque ad productionem animalis. Non tñ eodem modo, quo dictũ est de graui & leui. Grauitas n. & leuitas sunt principia passiua: uirtus tñ seminis est actiua. Non. n. comparatur solùm ad semẽ,quod mouetur, sed ad animal inde
generandum: respectu cuius illa uirtus est actiua: sicuti calor, qui formaliter F
est in igne, est instrumentum actiuum calefactionis aquæ. ¶ Et pari modo se habet uirtus in grano ad producendũ spicam; & in semine plantæ ad plantæ generationem. In ferro autẽ, quod mouetur ad magnetem: dicendũ est, ut in 7. huius uidebimus, quòd nõ mouetur per uirtutem actiuam,quę est in ferro: sed per actiuã,quæ est in magnete, qui ferrum alterando ad se trahit.

¶ Ad postremum membrum quarti argumenti principalis, ut Paulus hic Venetus recitat, fuerunt quatuor modi diuersi de reductione aquæ uehementer calidæ ad suam frigiditatem. Primò est opinio Auicennę pri-

Reductio aquæ ad frigiditatẽ 4. modis.

A suæ physicæ dicentis illam reductionẽ fieri per se à forma substantiali aquæ. Quia tamen nõ exprimit, an id fiat mediante frigiditate, nec ne, quidam exponentes Auicennam dicunt id fieri mediante frigiditate uirtuali: alij sine ulla prorsus frigiditate. ¶ Secũdò est opinio Egidij, quòd illa reductio est quidem à forma substantiali aquæ non per se, sed per accidens. Itaque cùm aqua suapte natura inclinetur de se ad frigiditatem, ideo quando habet caliditatem, per se intendit illam corrumpere: & quia ad corruptiongm caliditatis sequitur productio frigiditatis, fit, ut per accidens
B & posterius natura producat frigiditatem. ¶ Tertia est opinio Burlei, quòd illa reductio non fit à forma aquæ saltẽ ubi multò plus est caloris, quam frigiditatis: quia à proportione minoris inæqualitatis nõ fit actio. sed illa inquit fit à medio circunstantiæ frigido paulatim frigefaciente partes priùs exteriores, deinde interiores aquæ. ¶ Quarta est Iacobi de Forliuio tenentis, quòd aqua nunquam est uniformiter calida: ideoque partes frigidiores frigefaciũt calidiores. ¶ His addit suam Paulus Venetus dicens, quòd inclinatio naturalis aquæ est densitas certa: obidque cùm per calorem fit rarior, quàm debeat naturaliter esse, reducit se ad condensatio
C nem & quia ad condensationem consequitur frigiditas, de per accidens reducit se ad frigiditatẽ. ¶ Horsum has omnes opiniones recitauerim, quia uidere non possum curres ista tantò iuniores philosophos pauore stupefecerit, ut in tot eos dispersérit uias: cũ (si non fallor) non sit adeo difficilis. Atqui opinio Burlei, ut in hoc uerũ habet, quòd medium circunstans semper iuuat aquam calidam, ut se ad frigiditatem reducat, ita in hoc fallitur, quòd forma substantialis aquæ non sit etiam in causa talis reductionis: cùm enim ut modò dicebamus, forma grauis in uirtute generantis sit principium motus localis, quo graue tendit ad suum locũ,

Burleus.

Iacobus de Forli.

Paul. Ve.

à fortiori forma aquæ est principium, D
quo aqua reducitur ad suam perfectionem, quando est extra illam: eo appetitu naturali, quo unaquæq; res appetit se in esse cõseruare ¶ Et præterea, quia sæpe aqua reducit se ad frigiditatem maiorẽ, quã sit medij est circunstantis: & tunc tota illa non potest esse à circunstãte. ¶ Dubitari certè non potest, quin forma substantialis aquæ sit principiũ huiusmodi reductionis. Sed tunc sunt opiniones Egidij & Pauli, quòd illa reductio fiat de per accidens à forma substantiali ignis. Quod profecto, salua eorum authoritate, non est credibile. Nã quod ait Egidius per se aquam intendere corruptionem caliditatis, ad quod E
per accidens consequitur frigiditas, nõ uidetur physicè dictum. Primò quia agens naturale nunquàm per se intendit corruptionem, nisi intendendo productionem formæ, cui alia contrariatur: & ideo potiùs per se aqua intendit reducere se ad frigiditatem, quàm corrũpere caliditatem. Quod ex modò facta ratione confirmatur, nam si aqua corrumpit calorem, non est, nisi ut consequatur dispositionem naturalem, qua se in esse cõseruet: qualis est frigiditas. Sicuti graue certè non mouetur, nisi ut quiescat in centro. ¶ Et præterea in genere causæ efficientis certè priùs natura est productio formæ, quam expul- F
sio contrariæ. Ignis enim inducendo calorem in aquam expellit frigiditatẽ. Et eadem ratione aqua non corrumpit calorem, nisi producẽdo frigiditatem. ¶ Eadem argumenta currunt aduersus Paulum dicentem, quòd de se aqua intendit condensationem, ad quàm subsequitur frigiditas. Enimuero frigiditas tam de per se requiritur ad conseruationem aquæ, quam densitas; immò ratione densitatis est frigiditas: quare principaliùs intendit se aqua reducere ad frigiditatem, quàm ad densitatem. ¶ Confirmatur, quia certè densitas nõ fit, nisi à frigiditatem tanquam per causam & ideo priùs natura aqua se ad frigidita-

A giditatem reducit, quàm ad denſitatē. ¶ Opinio Iacobi de Forliuio pugnare uidetur cum experientia: nam apertè uidetur aliquando aquam eſſe adeo calidam, ut per totam ſit uniformis: & qñ aliqua eſſet pars minus calida, tamen ad ſenſum (cui iſti confidunt) uidetur nullam eſſe, in qua nō ſit plus multò caloris, quàm frigoris: & ideo idē reſtat illi labor, quomodo illa poſſit uincere alias, vt illas ad frigiditatē reducat. Colligit ergo, ꝙ forma aquæ eſt huiuſmodi reductionis principiū per ſe, vt rectè ait Auicēna. ¶ Tunc uerò reſtat dubiū, utrùm per aliquā frigiditatē id ſit. Sunt

B .n. qui putant aquam poſſe uenire in tā tum calorem, ut nulla ſit illic prorſus frigiditas formalis, quæ quidē opinio, ut eſt manifeſtè contra uerā phyſicam, ita fuit pluriū errorum cauſa. Arguitur

Aqua eſſe nō poteſt abſq; frigiditate. .n.ſic. Forma ſubſtātialis aquę cōſeruari naturaliter nō pōt ſine eius naturalibus diſpoſitionibus (ut in rebus omnibus naturalibus palā eſt) ſed diſpoſitio neceſſaria aquę eſt frigiditas & humiditas, ut eſt doctrina Ariſt. 1. de gene. ergo ubi nulla eſt frigiditas, aqua eſſe nō pōt. ¶ Et confir. Manifeſtum eſt formā aquæ introduci non poſſe in ſubiecto quoadusq; ſit certa frigiditas & humiditas: ergo ad conſeruationem eius requiritur certa frigiditas & humiditas:

C licet forſan non tanta, quanta ad generationem requiritur. ¶ Et ſecundò arguitur. Omnes confitentur requiri certam denſitatem, citra quam non poteſt cōſeruari forma aquæ: ſed ea uſa dēſitatis & frigiditas: ergo nec pōt aqua cōſeruari ſine certa frigiditate formaliter. ¶ Reuera, qui hoc negat, fateri ſubinde tenetur conſeruari poſſe naturaliter formā aquæ ſine aliquo prorſus accidēte proprio aquæ: nam ſi frigiditas & humiditas nō ſunt neceſſariæ, nō uideo, quodnam aliud ſit accidens neceſſariū. ¶ Sed quo alio, rogo, opus eſt argumēto, quā hoc. Aut in ſubiecto aliquo eſt calor ſummus, aut citra ſummū. Si ſummus, illud eſt ignis: nam ſummus calor determinat materiā neceſſario ad introduD ctionē formæ ignis. Si nō eſt ſummus: ergo habet tantā frigiditatē, quanta ſufficit, ut cū calore ſimul adæquetur gradus ſummus. Etenim ſi ſummus gradus eſt, ut 8. neceſſariū eſt, ut cū calore vt 6. ſit frigiditas ut duo: & cum calore ut 4. frigiditas vt 4. & ſic proportionabiliter ut lib. 1. de ge. palā fiet. ¶ Per hæc cōdēnatur alia opinio, quæ aſſerit frigiditatē uirtualē. Nam illa ſolū aſſeritur abillis, qui credunt nullā eſſe in aqua caliditatē. Ideoq; hac poſita ſuperuacaneum eſt præter frigiditatē formalē ponere ēt uirtualem in aqua. ¶ Iſti

E tñ omnes inde decepti ſunt, quòd plus æquo crediderunt ſenſibus: quibus tū debet philoſophus eminere. Experimur. n. aquam calidiſſimā uehemētius multò comburere manū, quàm flāmā ignis. Et inde arguūt iſti, ꝙ ſicut in igne non eſt frigitas, ita neq; in aqua. Et tñ illatio nulla eſt penitus. Cauſa. n. cur aqua plus cōburat, non eſt ꝙ calor ſit illic magis intenſius: implicatio eſt. n. cōtradictionis ꝙ extra ignem ſit tam intēſus calor quam in igne. Sed cauſa eſt, ꝙ aqua eſt denſior, quàm flāma ignis: ac ſubinde habet plus de multitudine materiç, & per conſequens plus de multitudine caloris. Vnde ſi aqua illa rarefieret ad tantam raritatem, ſub quanta eſt F flamma ignis, multò minùs calefaceret quàm flamma: & tamen tunc haberet tam intenſum calorem, quàm modo habet aqua. Quod uel ipſa experientia manifeſtat. Vapor enim qui exalatur ab aqua calidiſſima, intentum certè habet calorem quàm aqua: ſed quia eſt rarior, habet minus de multitudine formæ: & ideo minus calefacit. Eſt ergo fallacia arguere, eſt hic plus de multitudine caloris: ergo calor eſt magis intenſus. ut lib. 1. de gen. q. de intenſione elucidabitur. Digitus enim candentis ferri multò plus habet multitudinis formæ caloris, quàm flamma ignis pedalis, tamen nō habet tantēſum calorē: aliàs eſſet ignis: quoniā

A partes illius caloris non uniuntur secundùm intentionem: sed extendũtur per materiam, quæ est multò maior, q̃ in flamma ignis pedalis. Vt ad propositum deniq; reuertamur, cum in aqua quantũcunq; calida non sit summus calor, necessarium est, ut illic sit formalis frigiditas. Vnde hanc habeo pro certa conclusione, quòd naturaliter non põt esse aqua sine frigiditate aliqua. Naturaliter (inquàm) quia deus (Et lib. 1. q. 4. dicebamus) potest rem qnàcunq; sine suis dispositionibus miraculosè seruare. ¶ Addiderim profecto, nõ esse penitus improbabile, q̃ non potest naturaliter esse aqua tã calida, quin plus habeat frigiditatis, quàm caloris. Quia cũ summa frigiditas & humiditas sit dispositio

In aqua plùs semper est frigoris, &c.

B & perfectio aquę, uidetur, q̃ ad generationẽ aquę saltim requiratur multò maior frigiditas, quàm est gradus medius: & ad conseruationem, licet minùs requiratur, semper tamẽ requiritur ultra gradum mediũ. Vt si summa frigiditas (quæ est naturalis aquæ) est ut. 8. ad generationẽ aquæ requiritur. v. g. gradus ut. 5. uel. 6. & ad conseruationẽ quicunque gradus ultra. 4. ita ut saltem gradus ut quatuor sint maximus, sub quo non põt conseruari aqua. Bene intelligo nullã esse de hoc demõstrationẽ: est tamẽ rationi naturali consentaneum, ut nulla forma citra medietatẽ suæ naturalis

C dispositionis conseruari queat. ¶ Et hoc confirmatur: quia certè in uiuentibus ita est probabile: & de igne nullus profecto dicere, q̃ possit conseruari, quin ad minus habeat calorẽ ultra gradũ mediũ. Si ergo aqua nunquàm esse põt, nisi cũ frigiditate ultra. 4. necesse est ut calor eius sit minor, nã ut paulòante dicebamus ex ambobus simul debet resultare gradus summus. Et ad experiẽtiã, quę in cõtrariũ uidetur pugnare, respondetur præter id, quod dictũ est de maiori densitate) q̃ quia frigiditas nõ est tam actiua, ut caliditas, licet plus sit illic frigiditatis, minus tamen sentitur: immo non sentitur. ¶ Quòd hæc uera sint, nulla est difficultas in reductione feruentis D aquæ ad frigiditatẽ. Reducit.n. se à sua forma substantiali principaliter per frigiditatẽ, quæ exuperat calorem. ¶ Nihilominus probabilius existimo minus esse friditatis in aqua bulienti, quàm caloris. Ideoq; tandẽ respondetur, q̃ illa reductio ad frigitatem attribuitur generanti aquam, ut dictũ est de motu grauiũ & leuium. Et ideo licet frigiditas sit multò minor calore, tamẽ quia forma agit in uirtute generantis, plus potest forma, ut reducat se ad friditatem & cõseruet se in esse, quàm calor in absentia cõseruantis possit resistere. Calor enim nisi sit ĩ subiecto naturali, puta in igne, uel in mixto uendicante sibi talem calorem, indiget semper ab extrinseco cõseruari: aliàs non potest resistere formæ subiecti, in quo est: licet minus ibi sit de accidente cõtrario. Vnde regula illa, q̃ à proportione minoris inæqualitatis non fit actio, intelligenda est inter accidentia contraria, quæ sunt in suis cuiusque naturalibus subiectis: puta inter calorem, qui est in igne, & frigiditatem, quæ est in aqua. ¶ Hinc sequitur, quòd animal infirmum, quod semel est extra suam naturalem dispositionem, non ita facilè ab intrinseco reducitur ad sanitatem & integrum statum naturalem. Nempe quia illa reductio animalis fit per hoc, quod pars sana mouet non sanam & quia omne agens in agendo repartitur, debilior fit in tali actione semper calor naturalis. Et inde est, quòd natura indiget medicinis extrinsecus adiuuari. Hinc est quorundã opinio medicorũ, qui existimãt corpus, quod semel notabiliter est extra suam naturalem dispositionem, raro aut nunquàm ad integrum statum naturalẽ redire. Tametsi mihi notandum sit hoc exploratũ. Sed tamen hactenus physicus.

¶ Ad quintum principale abundè responsum est in commento textus sexti: ubi recitauimus opinionem Auicę. tenentis non esse per se notum: naturam esse: eiusq; rationes diluimus.

A Vnde in proposito satis est dicere, ꝙ Aristot. in 1. phy. non demonstrauit naturam esse, id est, aliquod esse principiũ motus, immò dixit, ꝙ qui hoc negat, negat primum principium scientiæ. Sed intentio eius fuit in illo libro ostẽdere, quem nam res actus natura, scilicet ꝙ materiam non est ens actu cõpletum, sed pura potentia: nec forma est duntaxat accidens: sed actus substantialis. In quibus ambobus errabant antiqui. ¶ Ad commentatorem uerò non est necessarium respondere: nam ipse se exponit: quippe qui ait, naturam esse, non esse demonstrabile: sed esse
B quodammodo explicabilem eius diffinitionem per experientiam, uidelicet, illud esse intelligendum nomine naturæ, quod est principium motuum naturalium, quos experientia compertos habemus.

Text. vij Lecti natura, lignum, &c. Et cap. ij. tex. xviij. Determinatis his, &c.

Quæstio Secunda.

VTRVM ET NATVRALIA ab artificialibus: & physica à mathematicis distinguantur.

C AVersvs partem affirmatiuam primi membri quæstionis arguitur sic. Sunt artificialium formæ pluri mę, quę principia sunt motus eius in quo sunt: ergo non est hæc uniuersalis differentia inter naturalia & artificialia. Antecedens patet in forma nauis, in formis rotarum plaustri, & aliis id genus. Nauis enim non ita uelociter moueretur, nec rota nisi sub illa forma artificiali. Item ars citarizandi & saltandi est per se principium motus eius, in quo est. Etenim motus manuũ citharedi & motus pedum saltatricis non potest fieri: nisi ars sit in ipso subiecto, quod mouetur, puta in intellectu mouentis pedes aut manus, ergo. D

¶ Et confirmatur. Stat aliquem eundem motũ esse simul ab arte & natura: ergo artificialia non distinguntur à naturalibus. Hoc patet de sanitate, quæ fit ab arte medici, sed cõcurrente natura infirmi: & de doctrina, quæ fit à doctore: sed concurrente ab intrinseco natura discipuli: ergo non in uniuersum differunt naturalia & artificialia.

¶ Secundò principaliter arguitur. Si naturalia distinguerentur ab artificialibus, sequeretur, quòd forma artificialis distingueretur à subiecto naturali: distincto enim rerum non est, nisi à formis, quæ sunt distinctæ: consequens E est falsum: ergo & antecedens. Probatur minor. Cum fusilis recta incuruatur, ut fiat arcus: aut extrema lamine auri iunguntur, ut fiat anulus, efficitur nouum ens artificiale: & tunc nihil uidentur illic produci de nouo, præterquàm, quòd res naturalis aliter se habet quàm ante: quia nõ uidetur quodnam accidens manus artificis sine aliqua alteratione solùm per motum localem possit producere: ergo naturalia non distinguntur ab artificialibus.

¶ Tertiò principaliter arguitur pro parte negatiua secundi mẽbri quęstionis, nempe contra id, quod ait Aristot. toto cap. 2. scilicet, scientiam physicã distinctam esse à mathematicis, eò ꝙ mathematicus abstrahit à materia, physicus uerò, non. Imprimis, omnis scientia abstrahit à singularibus: ergo tã physicus, quàm mathematicus abstrahit à materia. ¶ Et cõfirmatur. Tã physicus, quàm astrologus demonstrat terram esse rotũdam: & uterq; tractat de motibus planetarum, de figura orbium & syderum quia hæc omnia sunt formæ & proprietates naturales rerum, ergo non prorsus differt inter scientiam physicam & mathematicas. ¶ In cõtrarium est Arist. qui text. 1. & 2. asserit naturalia distingui ab artificialibus: & in hoc text. 7. dicit, ꝙ lignum est natura & subiectum lecti: & es, statuę. Vbi uidetur distinguere F

inter

A inter ens naturale & formam artificialem. Et cap. 2. distinguit inter scientiã physicam & mathematicam.

¶ Dvos breues articulos designat quæstionis titulus. Primus est, quomodo naturalia differant ab artificialibus: & secundus, quomodo physica à mathematicis. Circa primum hoc imprimis attendendum est, quòd diuersa est quæstio, utrùm naturalia distinguantur ab artificialibus, & utrum forma artificialis distinguatur à subiecto naturali: in quo est. Prima enim est quęstio physica, quam hic tractat Aristo. text. 1. & 2. ferè in. 1. cap. Cuius sensus est, sint ne

B eiusdem, an diuersorum prędicamento rum: secũda uerò est metaphysica: quæ obiter hic inferitur. Et ideo de singulis sensibus statuemus in primo arti. singu

1. Conclu. las conclusiones. ¶ Prima cõclusio est. Naturalia differunt formaliter ab artificialibus, siue forma artificialis sit res distincta à subiecto, siue non. Etenim scãnum, domus, &c. sunt in prędicamento qualitatis, lignum uerò lapis, &c. sunt in prædicamento substantiæ.

¶ Hanc probat hic Arist. quia ens naturale, inquantùm est naturale, habet in se principium sui motus: artificiale uerò non. Lectus enim aut statua ab illa forma artificiali nullum habet proprium

C motum: sed tamen à forma naturali habet, ut descendat deorsum.

¶ Atqui rem aliquam, quę in hoc differat à naturali, exhibere non possumus, nisi artificialem: nam forma propriè loquendo, aut figura, esse non potest, nisi aut naturalis, aut artificialis. Sed tamen si operationes aut actiones considerentur: distinguitur in hoc naturale non solùm ab artificiali: sed à uoluntario, quod est in moralibus: & à supernaturali, & à fortuito: & uiolento. Opus enim uirtutis liberum, licet fit quodãmodo naturale, id est ex inclinatione naturæ ad bonum, tamen non dicitur naturale, ut in proposito: quia illud nõ est à natura, id est à materia, uel forma, nec ab aliquo accidente naturali sed ab electione. Vnde tam naturale quàm uo D lũtarium fit à principio intrinseco. Ait .n. Arist. 3. ethi. c. 1. ꝙ uoluntarium est cuius principium est intus in ipso agente. Differunt tamẽ, ꝙ naturale est à principio naturali, uolũtarium uerò ab electione uoluntatis, quæ est principium liberum. ¶ Ex quo sequitur, quòd uiolẽ Violentũ. tum opponitur utrique. s. & naturali & uoluntario. Est enim uiolentum, ut ibidem habetur, quod fit à principio extrinseco passio non cõferente uim. Sed passum conferre uim, stat dupliciter. Vno modo per inclinationem principij naturalis. Quemadmodum diximus ca

E lefactionẽ aquæ non esse illi uiolentã, quia calor ille educitur de potẽtia materię. Alio modo per electionem, unde quando quis scienter uapulat à prælato, qui cùm posset resistere, non resistit, non est uapulatio uiolenta, sed libera. Vnde cùm hęreticus comburitur, combustio illa non est uiolenaa, ut opponitur naturali: est tamen uiolenta, ut opponitur uoluntario, quia passum cõferet uim per materiam naturalem, non tamen per uoluntariã electionẽ. ¶ Rursus naturale opponitur supranaturali. Si enim Deus moueret lapidem sursum, motus ille non esset naturalis, quia nõ esset à principio intrinseco actiuo, aut passiuo. Sed tamen nec est uiolentus, ac

F si moueretur à causa naturali qui respectu causæ naturalis lapis resistit, respectu uerò Dei minimè, quoniam in omni re naturali est obedientia respectu Dei, unde motus linguæ asinę Balaam, nec fuit uiolentus, nec naturalis, sed supranaturalis. Et idem est de cessatione solis, Iosue. 10. & de cessatione cœlorũ in fine mundi. ¶ At dubium est, cùm graue ascendit, ne detur uacuum, ut cũ attracto aere ascendit aqua per fistulam, utrùm motus ille sit uiolentus, postquàm est contra particularem naturam aquæ, an sit naturalis, cum sit à natura uniuersali. ¶ Respondetur, quòd licet posset responderi cum distinctione. s. quòd est uno modo naturalis, &

alio

A alio modo violẽtus: tamen simpliciter loquẽdo est naturalis: siquidem est à natura vniuersali, Sed est violentus, secũdũ quid. Idẽ dicere possumus de mõstris. Cũ.n. animal nascitur orbatũ aliquo mẽbro, aut sub effigie alterius speciei, quæ sit intẽta à natura particulari, monstrũ est, eò q̃ est contra naturã particularẽ: sed tamen simpliciter est naturale. Nã qñ homo nascitur. 6. digitis, aut. 4. illud fuit ex impedimento dispositionis materiæ: quod quidẽ fluxit ex actione causarũ vniuersaliũ, & alicuius causæ particularis in matrice. Quẽadmodum corruptio aquæ ab igne, licet

B quodãmodo secundũ quid posset vocari cõtra naturã aquæ, est nihilominus simpliciter naturalis. ¶ Fortuitũ autẽ, seu casuale, si accipiatur vt distinguitur cõtra naturale, monstra ista possunt dici fortuita: quia sunt præter intentionẽ agentis particularis. At verò fortuitũ & casuale potiùs dicũtur respectu eorũ quæ agunt à proposito & liberè, unde fortuitũ est quod euenit præter intentionẽ agentis. Vt inuentio thesauri, quã nõ intẽdebat fodiens terrã, Sed

Ad 1. prin. de hoc latiùs q. 3. ¶ Vnde ad primũ argumẽtũ principale, quod directè est aduersus hanc primã cõclusionẽ, respondetur, q̃ formæ artificiales possunt esse causæ, nõ quidẽ motus, naturalis quò ad substãtiã, sed velocitatis quò ad modum. Globus enim velociùs descẽdit,

C q̃ quadratus lapis: quia figura circularis est aptè ad motũ, unde, q̃ nauis supernatet aquæ, habet à natura ligni: si enim esset plũbea non nataret: q̃ uerò ita velociter moueatur à ventis, forma artificialis est causa, & idem dicendum est de rotis plaustri. ¶ De artibus verò saltandi & citharizãdi posset quis dicere, q̃ non sunt principium motus naturalis: & ideo non sunt naturæ. Sed hoc est quod argumentum contendit, videlicet, quòd diffinitio naturæ conueniat arti, quæ non est natura. Quòd si dicatur, quòd ars non est principium primum illius motus, sed forma substantialis, solutio non satisfacit: quia D
certè ars illa est principium primũ motus talis. Dicendum ergo arbitror de illis artibus, sicut de forma nauis. Nam ars illa non est principium motus saltatricis quantum ad substantiam motus, sed quantùm ad modum, quo mouẽtur mẽbra, unde sicut natura est principiũ motus simpliciter, ita & ars & forma artificialis potest esse principium motus artificialis, qui est modus quidam modus naturalis. Et itamotus rotarum plaustri potest dici etiã motus artificialis. ¶ Ad aliud de sanitate respondetur, q̃ sanatio est motus mixtus, putà partim naturalis, partim artificialis: medi- E
cina enim non sufficit per se sanare, nisi iuuando naturam. Et ideo ille motus est partim à principio intrinseco & patim ab extrinseco, putà ab arte. Et idẽ est dicẽdum de acquisitione doctrinę, quæ est ab intellectu discipuli arte magistri dirigente.

¶ Secvndvs sensus, scilicet an forma artificialis distinguatur à subiecto naturali, est, ut diximus, metaphysicus: à quo proĩde facile nos extricabimus. Sunt de hoc duæ extremæ opiniones. Prima est nominalium, qui vt negant quantitatem distingui àre quãta, ita negant formam artificialem distingui à subiecto. Sed dicunt, q̃ cùm artifex facit domum, aut calceum, aut statuam, nihil aliud facit facit, q̃ rem aliter se habere. F
Potissimum argumentũ est secundum principale. Et certè, qui scribit, non videtur aliquod accidens producere, sed attramentum facit aliter se habere.

¶ Alia est realium opinio in alio prorsus extremo tenentium, quòd non solùm quantitas distinguitur à re quanta, sed præter quantitatem produci ab artifice formam artificialem, quæ est qualitas. ¶ Inter has duas opiniones arbitror medio modo dicendum. Non facilè declinare vellem à via regia: in hac tamen parte fortè non displicebit modus ille noster loquendi: quem hac seccun-

da

A da conclusione huius art. expono.

2. Conclu. ¶ Forma artificialis non distingitur realiter à quantitate, tanq̃ res alia, sed solùm formaliter. Forma inquã artificialis, quæ est accidẽs ab arte præcisè producti. Nam possunt per artem applicãdo actiua passiuis produci formæ nouę substantiales, ut patet de forma panis, quæ specie distinguitur à tritico: & de forma vitriquæ distinguit à massa: unde fit. Volo dicere, quòd cum faber lignarius facit quadratum lignũ, quòd erat rotundum, nihil de nouo producit, præter nouam superficiem, quæ est terminus quãtitatis illius corporis, idem de statuario dicendum est, Vnde qui domum ex fectis lapidibus & lignis con-

B struit, nullum prorsus accidens producit: sed ex superficiebus partium fit vna figura domus, quæ non est unum ens, nec vna quantitas, sed est una figura in genere qualitatis, & idem dicẽdum de sartore & sutore facientibus uestem, aut calceum. ¶ Hanc conclusionem aduersus negantes quantitatem distingui à re quanta, nõ alijs rationibus corrobore, quàm illis, quas in prædicamẽto quantitatis fecimus ad suadendum quantitatem distingui à re quanta. Quę licet non sint demonstrationes, certè in physica & potissimùm secundùm Aristo. rem faciunt probabilissimam.

C Admissa verò quantitate distincta, cùm figura & forma sit qualitas, quæ est passio quantitatis, manifestum est, quòd figura, uel est qualitas distincta à quantitate, ita, vel saltẽ quãtitas ipsa. ¶ Quod autem nõ sit qualitas realiter distincta à quãtitate, ita vt sint duæ res, his mimò hi saltem rationibus persuadeo. Primò pluralitas ista rerum asseri non debet, nisi propter aliquam rationem, quæ nõ sit bono modo solubilis: sed certè nulla est efficax ratio, qua concludatur esse accidens distinctũ à quantitate, immò oppositum videtur intellectus concipere, aliàs quoties quis digitũ aut in directũ porrigit, aut in arcũ cõtrahit nouũ accidẽs ꝓduceret qa figura est diuersa.

¶ Sed potissimum apud me argumentũ D est hoc secundum. Si forma. v. g. statuæ esset accidens distinctũ à ligno & eius quantitate, sequeretur, quòd Deus posset seruare lignum cum sua quantitate sine illo accidente: nec contrarium possum ratione ulla, aut authoritate in animũ inducere, mirabile enim est, quòd Deus fecerit duas distinctas res, quarũ nulla est pars alterius, tamen non posset quamlibet illarum sine altera cõseruare. Tunc arguitur. Separato illo accidẽte, quod est figura, manente ligno & sua quãtitate, profecto haberet eandẽ E effigiem, quàm modò habet: nam haberet eosdem terminos & extrema quantitatis: ergo superuacaneum est ponere figuram esse aliud accidens præter quãtitatem. Eodem argumento conuincor dicere: quòd esse existentiæ non est res alia secunda distincta ab essentia, ut discipuli multi S. Tho. (nescio an S. Th.) habent pro comperto. Nam certè si existentia realiter distingueretur à me, illam deus posset corrumpere me saluo, & per consequens tunc ergo existerem sine re illa: atque adeo uanum est ponere aliud præter me & mei partes, quò ego sim. Sed dicitur esse distingui ab essentia: sicut sedere ab homine: quia nõ est de essentia hominis, ut sit, quippe cũ ante mundi creationem homo erat F animal rationale. Sed de hoc aliàs.

¶ Quòd si quis in nos argumentum retorqueat: quia eadẽ ratione probaretur figuram non esse quantitatem: nam secluſa ẽt quantitate à ligno substantia ligni si supernaturaliter maneret, eandẽ figuram haberet, quã modò habet. Hoc certè negatur. Immò secluſa quãtitate, licet Deus per miraculum posset seruare partes meas in loco, in quo sum, non tñ esset intelligibile, ꝙ ego haberem effigiem faciei, quã modo habeo, & figuras membrorũ. Hoc est ergo potissimũ argumentũ, ꝙ figura est ipsamet superficies exterior quãtitatis ¶ Tertiũ argumentũ est de figura domus, aut uestis. Quęrit. n. figura domus sit ne diuisibilis

an

A an indiuisibilis: indiuisibilis censeri nō
poteſt: ſiquidem domus ex rebus diui-
ſibilibus cōſtat: & ꝓterea qa ſi eſſet in-
diuiſibilis, eſſet iqualibet parte domus,
ſicuti aīa in corpore: & tūc q̄libet pars
eſſet domus. Si verò eſt diuiſibilis, tūc
neceſſe eſt dicere, quòd ſit tota in om-
nibus partibus collectiuè. Et tunc ſe-
quitur, quòd non eſt unum accidēs nu-
mero. Intelligere enim nemo ſanæ mē-
tis poteſt unum numero accidens eſ-
ſe in pluribus ſubſtantijs non facienti-
bus unum ens: quales ſunt partes do-
mus Scio realiſſimos iſtos contendere
ſoluere hoc argumentum: ſolutiones
tamen eorum nec faciunt ſatis argumē
B to, nec oportet eas in medium afferre.
¶ Eſt quartū argumentum quia vel for
ma domus producitur ſucceſſiuè vel
in inſtanti: in inſtanti vix poteſt ſuſtine-
ri phyſicè, quia ſola forma ſubſtantia
lis eſt, quæ incipit eſſe per primum ſui
eſſe. Si uerò producatur ſucceſſiuè, pa-
lam conſequitur, quòd forma totius
non eſt aliud, quàm aggregatum ex for
mis partium. Quæ eſt concluſio, quam
nos intendimus. Et cùm formæ lapidū
& lignorum non ſint niſi ſuperficies ul
timę, ſequitur, quòd ex illis reſultat for
ma domus.

¶ Aliud eſſet proprium argumentum
aduerſus Paulū Venetum & alios: qui
C hoc loco tenent, nō ſolùm figuram di-
ſtingui à ſubiecto naturali, uerū quòd
nomen rei artificialis ſupponit pro ag-
gregato ex ſubiecto & tali accidente.
Itaque iſta nomina, ſtatua lignum, arca,
&c. non ſupponunt pro ligno habente
figuram: ſicut iſtud nomen figuratum:
ſed pro aggregato ex ligno & figura. Si-
cut homo ſupponit pro aggregato ex
materia & forma. ¶ At verò modus
iſte loquendi, tametſi à uiris aliàs ma-
gnæ authoritatis ſit vſurpatus, certè vt
honore eorum dixerim, non eſt philo-
ſophis recipiendus. Nam quicquid ipſi
dicant, cum forma artificialis aduenia
enti in actu, ex ſubiecto & tali forma
non fit vnum ens per ſe, ſed per aggre-
gationem: ſicut ex ſubiecto & albedi- D
ne. Et ideo iſta nomina non ſupponunt
pro tali aggregato: aliàs non ponerentur in uno prædicamē-o magis, quàm,
ſi diceres aggregatum ex ſubſtantia &
accidente. Supponunt ergo hæc nomi
na pro ſubiecto connotando tales for-
mas.

¶ IGITVR ad ſecundum principa-
le argumentum quod pugnat à parte
nominalium conceditur, quòd qui fu-
ſtem, aut aurum, aut quodcūque aliud
ens naturale mutat in diuerſas formas
artificiales nullum nouū accidēs pro-
ducit, quod ſit qualitas diſtincta, vt cer
tè benè probat argumētum, Vnde qui
ex pluribus fruſtis facit veſtem, aut cal E
ceum, aut ex pluribus lapidibus & li-
gnis facit domū, nihil producit diſtin-
ctum à quantitatibus partium. Sed ta-
men aliquando producitur nouus ter-
minus quantitatis. Dictum enim eſt. q.
2. in prædicamento quantitatis, quòd
duæ pedalitates vnius continui bipeda
lis vniuntur per unam ſuperficiem, quę
eſt terminus cōmunis vtrique, ob idq;
duæ ſuperficies non poſſunt eſſe imme
diatæ. Vnde ſequitur, quòd cum diuidi
tur continuum, neceſſe eſt vnam ſaltē
ſuperficiem produci de nouo: nam par
tes, quæ continuæ terminabantur per
vnam ſuperficiem: terminantur diuiſæ
per duas, Ideoque ſtatuarius cudendo F
lapidem, aut dolando lignum, neceſſe
eſt, vt producat nouas ſuperficies quæ
educuntur de potentia quantitatis.

¶ Sed reſtat ſoluere argumenta realiū, Ad argu-
quibus contendunt probare figurā eſſe menta rea
qualitatem diſtinctam realiter à ſuper- lium.
ficie. ¶ Et priùs arguūt authoritatibus
Ariſt. Ait enim hoc text. 7. quòd lig-
num eſt ſubiectum lecti. & æs eſt ſu-
biectum ſtatuæ. Quod infra text. 28. re-
petit. Et rurſus text. 13. confitetur anti
quis, quòd ſi ſtatua ligni defodiatur ſub
terra, naſcitur quidem lignum, non au-
tem forma ſtatuæ. Ait nanque quòd na-
ſcitur ex homine homo, non tamen ex
lecto lectus: ſubiectum autem ac for-

ma

A ma uidetur designare aliquã distinctionẽ. Ité si ex statua germinatur forma ligni, & nõ forma statuæ, uidentur esse distinctę formę. Et. 8. meta. tex. 9. ait quòd formę artificiales nõ sunt substãtiæ: sed accidentia. Et in summa in prædicamẽtis. c. de qualitate forma & figura ponũtur species, qualitatis: sed prædicamenta sunt essentialiter distincta: erga formè artificiales realiter distingũtur & à quantitate & substantia. ¶ His ueruntamen aliisq; id genus Arist. dictis abũdè respondetur illo uerbo, quod in conclusione posuimus. Quod quidẽ in prædicamento quantitatis. q. 1. art. 1. copiosè tractauimus. Vbi dictum est, ꝙ statali

B qua quodãmodo distingui formaliter, dato ꝙ non ponant in numerum, tanquàm duæ res. Formalis enim distinctio est eorum, quæ ratione & diffinitione differunt, qua ratione non prædicantur de se inuicẽ in abstracto. Nullatenus. n. concederet. Arist. ꝙ substantia est similitudo, aut sessio: licet nec forsan concederet, quòd relatio, aut situs sit res alia à substãtia. Eodẽ modo ego hic diceré, quòd quãtitas ligni idẽticè est res, quæ est forma artificialis: cũ hęc est falsa, quãtitas est forma artificialis, quia facit sensum formalẽ. Et ideo nõ solũ facit sensum, quòd sit eadẽ res, sed ꝙ sint idẽ ratione, quod est falsum: quoniã forma

C artificialis significatur per modũ formę accidẽtalis respectu ligni, & quãtitatis eius. Et ideo alia est ratio & diffinitio ligni & alia quantitatis & alia formæ scãni: & 5. meta. text. 8. ait Arist. quòd quarto modo ea sunt idem, quorũ ratio est eadem: & ea sunt diuersa, quorum rationes sunt diuersæ, ob idq; figura artificialis formaliter, & secundum rationem figuræ est qualitas: identicè uũ est eadẽ res, quæ est quãtitas. Lignũ autẽ est statua, & scamnum, &c. Nam cum hęc prędicata sunt concreta, formaliter prædicantur de substantia. Eodẽ modo ligna & lapides non sunt forma domus, sed sunt domus. ¶ Quod si rursus arguas. Domus formaliter ponitur in una specie prædicamenti qualitatis: ergo significat unã formã. Patet cõsequẽtia, quia ens, quod dũ taxat est unũ per aggregationẽ, non ponitur in una specie prædicamẽti, ut aggregatũ ex lapidibus & lignis, cum illud non sit ens, sed entia. ¶ Respondetur ut sæpe solemus secundũ Arist. 4. meta. text. 3. ubi ait tot esse species unius, quot sunt species entis. & lib. 5. tex. 7. ubi ait unum dici multipliciter sicut, ens: respõdetur inquam, ꝙ domus dicit unã formã i genere qualitatis: q̃ tamen est plura in genere quãtitatis. Dom' autẽ supponit collectiuè pro pluribus in genere substãtiæ. ¶ Per

D

hæc soluitur aliud argumentũ quod su

E mitur ex dictis Arist. hic in tex. 13. Stat rem naturalẽ manere artificiali corrupta, ut si manentibus lapidibus, & lignis destruatur domus: ergo forma est alia res à lapidibus: & lignis. Negatur enim cõsequẽtia. Sed solũ sequitur, ꝙ formaliter. i. secũdũ rationem & diffinitionem distinguitur. ¶ Per hæc facilè respondebitur ad quodcũq; argm̃ realiũ. Arguũt enim, ꝙ eadẽ res esset duo cõtraria, ut si ex eadẽ cera, aut filo nunc fieret quadratum & statim circulus eadẽ res, quę modò est figura una, postea est alia. Cõceditur. n. consequẽs idẽticè, formaliter tamẽ negatur. ¶ Sed Achilles eorũ

F est. Cũ fit res artificialis, aut fit aliquid: aut nihil: nõ est dicẽdũ, ꝙ quí facit uestẽ, aut statuã, faciat nihil: ergo facit aliqd. Tũc uel illud aliqd est forma distincta, & habeẽ intẽtũ, uel solũ aliqualiter se habere: & tũc petit (inqũt) principiũ. Nã illud, aliqualiter se habere, uel distinguit à rebus, q̃ aliqualiter se habent: & sic erit forma distincta: uel nõ distinguit, & sic nihil fit. ¶ Rñdetur tũ, ꝙ artifex sẽp facit aliqd. Et si quęratur qd facit, dico, ꝙ facit domũ. calceũ aut statuam. Quæ est factio secũdũ qd, ut. 1. huius tex. 62, dixerat Arist. Et cũ iterrogatur, utrũ illud aliquid sit res noua, q̃ antea nõ erat, uel solũ aliqualiter se habere: respõdeẽ ꝙ aliqñ é aliqd distinctũ: ut cũ sculptor scalpit lapidẽ, sẽp nouã, & nouam

A uam ſuperficiem producit: quæ eſt terminus quantitatis. Aliquando vero nõ eſt quid diſtinctum: vt cum ex fruſtis pani aut corei fit ueſtis: aut calceus, aut quando ex lapidibus & lignis conſtruitur domus. Neque hoc eſt petere principium: quia ita diſponere partes, facere domum: quod eſt facere aliquid.

¶ In articulo ſecundo reſtat breue facere verbum de diſtinctione ſcientię phyſicæ à mathematicis. Vbi notandũ, quòd ponere differentiam inter ſcientias (vt commento hic. 16. notaui Cõmentator) pertinet in communi ad dialecticã, unde. 1. poſt tex. 43. docet Ari. ſcientias diſtingui penes obiectum. Nihilominus in particulari non eſt abs re examinare hic, quò phyſica differat à
B mathematicis: propterea quòd videnť conuenire in obiecto. Præſertim phyſicus & aſtrologus, vbi adnotãda eſt quãtũ ad rẽ pertinet differentia inter purã phyſicã & purã mathematicã (qualis eſt Geometria) & ſcientiã mediã (qualis eſt Aſtrologia.) Obiectũ enim propriũ mathematici: ſiue purè ſit mathematicus, ſiue medius, eſt quantitas. Vnde conſideratio rei naturalis in ordine ad materiã ſenſibilẽ. ſ. vt ſubijcitur qualitatibus & motui, eſt purè phyſica: vt conſideratio de oſſe & ſanguine, de cõplexione animalis & arboris &c. Et pa-
C riter conſideratio de quantitate in ordine ad motũ, vel inquãtũ eſt terminus rei naturalis: vt tractare de curuitate, inquãtũ eſt figura naſi: & de figura ſphærica, inquantũ eſt terminus cruris, aut trunci arboris: aut inquãtũ eſt apta ad motũ ppetuũ, ſecundũ quã rationẽ cõſiderat phyſicus de figura orbiũ & aſtrorum. Pure autem mathematicus conſiderat de quantitate & figuris eius ſine aliquo reſpectu ad materiam ſenſibilẽ. Conſiderat enim geometra naturã triãguli, quæ eſt habere tres angulos æquales duobus rectis, nõ cõſiderãdo, quòd ſit durũ, aut mole in tali, aut tali corpore. Scientia verò media tractat quidem naturam quantitatis contractæ ad aliquam certam materiam ſenſibilem. vt D
Perſpectiua de lineis & angulis radiorum viſualium Muſica de proportione numeri ſonori, Aſtrologia verò de figura corporis cæleſtis. ¶ Sed hic naſcitur dubium: quia videtur Perſpectiua non differre à phyſica. Vt enim phyſicus tractat de curuitate, quatenus eſt in naſo, aut in tibia, ita tractat perſpectiuus de lineis & angulis, quatenus ſunt in materia ſenſibili: & aſtrologus de quantitate, quatenus eſt in aſtro. ¶ Reſpondetur quòd differunt dupliciter. Primò in obiecto: & ſecundo in medio demonſtrationis. Primò enim differũt, quòd Aſtrologus tractat quidem de figura aſtri, ſolum inquantum eſt figura: nõ cõſiderando, an illa naturaliter cõueniat E
aſtro, necne, nec conſiderando ad quẽ finem habet illã figuram. Phyſicus autem tractat de illis figuris, non inquãtũ ſunt figuræ ſolũ, ſed inquãtũ ſunt proprietates conuenientes naturæ & fini aſtri, unde ſequitur ſecũda differẽtia, q̃ phyſicus demonſtrat illud in ordine ad finem: vel cauſam efficientem, vel materialem. vt. q. 5. ampliùs patebit. Demonſtrat enim phyſicus cęlũ eſſe rotũdũ & aſtrũ qnodcunq; hoc modo. Perpetuo motui debetur figura perpetua: ſed figura ſpherica habet rationẽ quãdã perpe- F
tuitatis (quatenus circulus, nec principium habet nec finẽ) ergo figura ſpherica cõpetit cœlis, qui ppetuò mouẽtur. Idẽ probabitur rationem materiæ. Corpus, cuius materia non eſt in potẽtia ad aliã formã, eſt perpetuũ: cęlũ eſt hmõi: ergo eſt perpetuũ: ſed corpori perpetuo cõpetit figura perpetua (qualis eſt circularis) ergo cœlum eſt figuræ circularis. Aſtrologus autẽ oſtendit figuram ſolis, vel à ſigno, quia eclipſis ſolis per interpoſitionem lunæ apparet orbicularis: vel probat orbem eſſe rotundum, propterea quòd ſol dum mouetur, ſemper eodem die æqualiter diſtat à terra. Eodem modo perſpectiuus tractat de lineis & angulis radiorum viſualium, non inquantum ordinantur ad talẽ finẽ

uel

A uel procedunt à tali causa physica, nec inquantum pertinent ad rei naturalis complexionem, aut naturā: sed inquantum faciunt hos, uel illos angulos in oculo, uel hos aut illos bases in obiecto. Et ideo ait Aristo. tex. 20. quòd istæ scientiæ mediæ sunt magis physicæ, quia finis istarum scientiarum est explicare quantitatem non inuniuersali, sed talem quantitatē in rebus naturalibus.

¶ Ad tertium igitur principale argumentum: respondetur, quòd duplex est materia, scilicet sensibilis & intelligibilis. Quod expressa sententia est Aristo. 7. met. tex. 35. Materia sensibilis (ut ait S. Tho. p. q. 85. ad secundum
Ad 3. prin.
B argumentum) est materia corporalis, ut subiacet sensibus qualitatibus & determinat certam speciem substantiæ: ut materia ligni, aut ferri, quæ uendicant sibi certas species qualitatum. Materia uerò intelligibilis est substantia corporea, putà hac sola ratione, quæ est subiectum quantitatis. Nam cum quantitas sit subiectum qualitatū, quæ sunt per se propria obiecta sensuum, possumus intelligere substantiam corporeā abstrahendo ab omni materia sensibili, scilicet hominis, equi ferri &c. At uerò utrolibet modo accipiatur materia, accipitur adhuc dupliciter. Uno modo pro materia singulari & signata, quę
C est hæc. Alio modo pro materia in uniuersali abstrahendo à singularibus. Ait ergo. S. Tho. loco citato, quòd omnis scientia abstrahit à materia singulari signata. Physica, enim (perinde atq; aliæ scientiæ) non tractat de his carnibus & his ossibus Petri in singulari: quia hæ numero partes non sunt de essentia speciei humanæ siquidem hæ non sunt in Paulo. Est tamen differentia, quòd physica non abstrahit à materia sensibili in cōmuni & uniuersali, tractat enim de animali & planta, de osse & carne in genere, aut in specie humana, uel equina &c. Mathematicæ uerò, saltem puræ mathematicæ, abstrahūt à materia sensibili, non solum in singulari: sed etiam in cōmuni. Etenim nō solum abstrahit
D in singulari ab isto triangulo lapideo, aut æneo, uerum nec considerat in genere de triangulo lapidis, aut æris, sed de triangulo. At uerò mathematicè nō abstrahunt à materia intelligibili in cōmuni: quia licet abstrahant à quacūque naturali specie substantiæ, non tamen abstrahunt à substantia corporea: quæstionē tractantur de figuris superficierum & corporum & linearum: quæ non sunt nisi in substantia corporea. Quę quidem corporea substātia habet rationem materiæ, inquantum subiectum est quantitatis: sed dicitur intelligibilis, quia abstrahit à speciebus rerū sensibilium. Metaphysica uerò in hoc
E supereminet mathematicis, quòd abstrahit à materia non solum sensibili, secundum etiam intelligibili: quia tractat de substantia abstrahendo etiam à corporea. Speculatur namq; de intelligentiis, quæ abstrahunt ab omni materia physica, solum uerò recipiunt actiones & mutationes spirituales. ¶ Ad cōfirmationem iam responsum est, quòd
Adconfir.
mathematicus & astrologus diuersis rationibus tractant de figuris astrorum. Etquamuis astrologus tractet etiam de motibus planetarum, non tamen quatenus sunt motus naturales competentes cœlis: sed quatenus per motus iudicant de distantiis planetarum, de ascen
F su obliquo uel recto quæ nomina, non est præsentis loci, interpretari. ¶ Eodē modo respondetur, quòd physicus demonstrat rotunditatem per hoc, quod omnes partes appetunt uenire ad centrū, & in figura spherica omnes partes superficiei æqualiter distant à cētro. Astrologus uerò id demōstrat à posteriori ex figura eclipsis lunæ, quæ fit per interpositionem terræ orbicularitet: uel ex eo, ꝙ non ex eadē parte terræ uidetur idem astrū tumore terrę impedięte.

¶ *Sequitur in tex. Caput Tertium. Determinatis, &c.*

A In cap. iij. tex. xxxviij. Vno igitur modo. &c.

Quæstio Tertia.

VTRVM QVATVOR sint tantum causarum genera.

PRIMVM omnium à parte negatiua arguitur, superfluum esse hic sermonem iltũ de causis. Ordo enim sciẽtiarum hoc, inter cetera, postulat, ut de re una nó nisi uno loco dicatur, de causis verò huiusmodi rei naturalis tractauit Philosophus, B &.2.poste.cap.11.&.5.meta.text.2.ergo superuacaneum erat sermonem hic istum repetere. ¶ Secundò principaliter arguitur, quòd fuerit sermo mancus & diminutus. Causa vniuocè dicitur de quatuor generibus, uti natura, de materia & forma: ergo sicut data est vna in genere diffinitio naturæ, ita ante causarum diuisionem constituẽda fuisset diffinitio causæ omnibus generibus communis: quam tamen Arist. prætermisit. ¶ Tertiò principaliter arguitur. Causare idem significare videtur, quod agere: sed materia nullius est actiuitatis: ergo materia non est causa. ¶ Et eodem modo arguitur de forma & fine. C Forma enim ea ratione, qua concurrit in genere causæ formalis, non efficit, sed fit, cum enim ignis ex stuppa facit ignem, forma quæ præerat in igne, non concurrit, vt causa formalis, sed ut principium efficiens: forma uerò ignis geniti, quæ concurrit ut causa formalis, non concurrit actiuè: sed comproducitur ad productionem totius & per consequés potiùs habet rationem effectus, quàm causæ. ¶ Et hoc inde præsertim confirmatur, quòd forma, ut lib.1.q.7. dictum est, posterius natura est, quàm, totum, ea saltem, quæ educitur de potẽtia materiæ. ¶ Et de fine adhuc est magis notum non esse causam: tum quia causa debet effectum præcedere: finis autem est vltimum motus, quo habito D cessat motus: tum etiam, quia vt in sequentibus videbimus, finis & forma in naturalibus coincidunt. Quartò principaliter arguitur, quòd nulla sit causa efficiens. Causa enim & effectus relatiuè dicuntur: & per consequens simul se & inferunt & perimunt, vt tex. 37. autor est hic Philo. maximè si sit causa ī actu. Tunc sic arguitur. Si aliqua esset causa efficiens, maximè essent illæ, quarũ exẽpla ponit Arist. in tex. 29. scilicet consultor, pater, faciens: & transmutãs: sed, quòd istæ non sint causæ, probatur, nã stat consultorem actu consulere, quando non fiat id, quod consulit: & quan- E do pater generat, tunc nó est filius, qui gignitur: & quando filius genitus est, iam non est semen, vnde genitus est: & quando statuarius incipit dedolare lignum, facit quidem statuam: quæ tamẽ non est: ergo illæ non sunt causæ efficiẽtes. ¶ In contrarium est authoritas Aristote.

¶ Pro huius quæstionis decisione, quæ præcipuum habet locum in physica, notandum est primò, quòd de causis rei naturalis, quatenus sunt principia eius cognitionis, ad dialecticum attinet disputare, de illis uerò inquantũ sunt differentiæ entis (quod subiectum F est metaphysicæ) ad metaphysicum spectat dicere: diuiditur enim ens (inter alias diuisiones) i illud, quod se habet, vt alterius causa, & illud, quod se habet, vt effectus. Sed negocium physicũ est de causis differere ea ratione, qua applicantur ad suos effectus inducendo formas in materiam. ¶ Et per hoc primum argumentum diluitur. ¶ Notandum est secundo: quòd Arist. nũquàm diffiniuit in vniuersum causam vna diffinitione communi ad omnia genera: sed, ut hic patet &. 5. meta. à diuisione causarum incipit: & unũquodque genus seorsum diffinit: quia vix profecto cõstitui potest vna ratio, in qua omnes causæ cõueniãt: tametsi vniuocè causa dicat de omnibus generibus quatuor.

Respõsio. 1. argu. princi.

¶ Et

A ¶Et per hoc soluitur secundum principale argumentum, Aristot eli namq; nõ solet esse cuiꝰ genus diffinitione monstrare, quando id per speciesꝰ perspicatiùs elucidatur. At ne suam cuiuis ad libitum diffinitionẽ proferre liceat. Causa (ut ex lib. de causis citari solet) est id, ad quod aliud sequitur. Hæc diffinitio, si sano mõ intelligatur, omne genus causę cõplectitur. Primũ oĩum in personis diuinis ad intra nulla est rõ causæ & effectus. Pater enim producit generando filium: tamen quia non facit essentialiter aliud: sed suam eandem essentiam dat filio, non est eius causa. Nec ambo sunt causa spiritus sancti, quem spirant.

Ad 2. prin.

Causę diffinitio.

¶ Item, uerbum dicit intrinsecam consequentiam & dependẽtiam illius, quod sequitur ab alio, ex quo sequitur. Etenim sequitur dialecticè, dies est, ergo sol lucet, tamen dies non est causa lucis, sed effectus. Nec filius in diuinis est effectus patris: quia cum in eadem essentia subsistat, non dependet ab illo: sicut idem non dependet à se. Et præterea non debent extrema consequentiæ accipi materialiter pro rebus, sed formaliter secundùm rationem causæ & effectus. Deus enim, qui causa fuit mũdi, ab æterno fuit, antequam esse mundus: & pater multo tempore est ante filium. Sed consequentia debet intelligi de causa, & effectu in actu. Sequitur enim medicus sanat: ergo sanitas fit. Sed de hoc latiùs in solutione ad postremum argumentum.

B

C

¶ Tertiò notandum est, quòd de numero causarum fuerũt inter antiquos opiniones uariæ. Illi namque primi Philosophi, qui ponebant unicum principiũ rerum, putà aquam uel aerem, &c. ignorauerunt, ut ait Arist. 1. meta. c. 3. rationem causę formalis: quia dicebant totam naturam rerum esse, uel aquam, uel aerem quę eorum solum se habebant, ut causæ materiales, ut 1. huius dictum est, & apertiùs in hoc text. 7. alias uerò formas non esse nisi modos uarios se habendi rerum. Ignorata autem causa formali, nosse perfecte nequiuerant causam efficientem: atque adeo nec finalem. Nam causa efficiens est, quæ producit formam propter finem. Quocirca ait Cicero lib. 1. academi. quæstio. quod Democritus, quia ignorauit causam efficientem, ignorauit, & finem, & ideo dixit omnia fieri à casu. Hæc ille. Vnde eò dementiæ sunt præcipitati, ut omnium effectiuum solam materiam assignarent esse causam. Nempe dentes anteriores esse acutos, & molares esse obtusos: plantas pedis esse planas, oculos, & aures esse talis dispositionis, solum ratione materiæ prouenire: quam ita acciderat disponi. Cum tamen, ut Aristote. doctè infertiùs ait, hęc omnia sunt propter finem, & propter operationes necessarias animalium.

Causarum numerus.

D

E

¶ In alio extremo Plato in Timeo posuit sex genera causarum. s. materiam, & finem, & efficiens principale, & instrumentum, & formam extrinsecam & separatam. s. ideam (quam uocabat causam exemplarem) & præterea formam intrinsecam particularem.

¶ Arist. uerò inter hos multò omnibus sapientibus quatuor excogitauit causarum genera: nempe materialem, formalem, efficientem, & finalem. Instrumẽtum uerò reducit ad causam efficiẽtem: & exemplar ad causam formalem, ut quàm primum uidebimus. ¶ Quartò denique notandum est, quòd quemadmodum (ut initio secũdi posse. uisum est) quatuor sunt interrogationes eorũ quæ uerè scimus. s. an res sit, quid sit, & an hoc sit hoc, & propter quid sit hoc: ita sunt & quatuor causarum interrogationes. Etenim quod generali nomine illic dicitur, propter quid, hic diuiditur in quatuor, ut propter quid specialiter sit interrogatio finis, à quo interrogatio causę efficientis, ex quo uerò causa materialis: sed per quid est interrogatio causæ formalis.

F

Ad genera singula descendentibus à materia inchoãdum est: quæ est primũ subiectũ, quod generationi supponitur,

A Cuius diffinitionem lib. 1. & text. 71. &.q.6. satis exposuimus. Est enim primum subiectum, ex quo cùm insit aliquid, fit per se. Ad differentiam priuationis modo illic expositio. Adnotat uerò Arist. textu hic 31. differentias quatuor materiæ. Ad cuius intelligentiam præterea, quæ in commento diximus, notandum est quatuor esse consueras diuisiones materiæ. Prima. Triplex est materia. s. in qua, ex qua, & circa quã. Materia in qua, idem est, quod subiectũ formæ. Quæ est triplex (ut sit secunda diuisio.) scilicet materia prima nudè considerata, quæ est subiectum formæ substantialis. Et materia considerata

Dimensiones quatuor materiç.

B sub accidentibus, quæ in animalibus organizata dicitur corpus physicum. Et tertia materia accidentium, siue naturalium, siue artificialium: corporaliũ aut spiritualium, ut lignum, anima. &c.

¶Materia, ex qua (quę est tertia diuisio, est itidem triplex secundùm Commentatorem in commen. 31. scilicet cõpositionis tantum, alterationis tantùm, compositionis & alterationis simul, ut in exemplis Arist. eodem textu patet. Compositionis tantùm, ut literæ sunt materiæ syllabæ: & lapides, & ligna: materia domus quæ sine alteratione manent in eius compositione. Alterationis tantùm, ut uiuunt, ex quo corrupto

C fit acetum: & panis, pisces, ex quibus alteratis & corruptis nutritur animal. Tametsi hæc significãtiùs dicuntur termini, à quibus, quàm materia, alterationis & compositionis simul, ut mel, acetum, & sal, sunt materia oxymeli (genus confectionis & potionis est.) Conficitur enim oxymelus ex mele & aceto, alteratis quidem, sed manentibus secundùm substantiam, ut putat Commen. Et hoc modo ait, elementa esse materiam mixtorum: quia censet formaliter illic manere. Quod tamen falsum est, ut in lib. de generatione examinabitur. Sed sunt materia, quia ex eorum inuicem alteratione & corruptione fit mixtum.

¶Ex quo sequitur, quòd eadem est materia, in qua & ex qua. Quin etiam omnis materia, in qua formæ naturalis est ex qua. Siquidem & forma substãtialis educitur de potentia materiæ, in qua recipitur: & omne accidens naturale corporeum educitur de potentia subiecti. Materia enim, in qua & ex qua solùm dicit diuersos respectus. Respectu enim formæ, quâ recipit dicitur, in qua, sed respectu totius, quod componit, dicitur ex qua. D

¶Materia circa quam est obiectum potentiæ uel habitus. ut materia uisus est color: & materia fortitudinis, pericula belli. ¶Aliter solet diuidi materia in primam & secundam, ut mate- E ria secunda dicatur materia cum conditionibus indiuiduantibus, putà hic & nunc: ratione quorum producitur hæc numero forma.

¶Restat circa materiam tertii argumenti principalis declarare modum causandi materiæ. Illo nanquè argumento conuincuntur iuniores quidam materiam impropriè esse causam: nempe quia causare est agere. At uerò profecto isti non solùm Aristoteli, sed physicæ ueritati apertè contradicunt, cùm enim compositum suapte natura pendeat ex materia, non solùm in fieri, sed in conseruari, negari neutiquàm potest materiam esse causam. Et præterea ar- F guitur: quia eadem ratione nulla propriè esset causa, nisi sola efficiens. Nam forma, quæ generatur, non concurrit ad esse geniti efficiendo, sed informando. Si ergo idem est causare, quod agere, forma non esset causa. Neque finis propriè esset causa. ¶Dicendum ergo imprimis, quòd causare nõ est uerbum Latinum in hac significatione ad significandum hoc, quod est efficere: sed quia philosophi latini (sicut neque Græci) non habẽt unũ uerbũ generale, quo comprehendant diuersos modos concurrendi causarum, ideo à causa usurpant hoc uerbũ, causare, ut sit cõmune ad efficere & finalizare & materializare

(ut

A (ut sic loquamur) & informare. Et ideo negatur, q̃ causare sit agere: sed est superius. Materia enim uerè & proprissimè causat, dum concurrit in genere subiecti, de cùius potentia educitur forma. Atq; hic peculiaris est modus eius concurrendi. S. mili fermè ratione ad argumenta alia de forma & fine in subsequentibus. respondebitur. Cætera de materia quæstione. 6. copiosè sunt expositа.

¶ Forma ait Arist. tex. xxviij. est species & exemplum. Philosophus nõ magnopere curat rem per diffinitionem exprimere, dummodo exemplis constet. Et reuera si formam uolumus diffi-
B nire, nihil potest significantius dicit, quàm quòd forma est actus, per quem res in aliquo certo esse specifico constituitur. ¶ Est enim, ut duplex esse, ita & duplex forma, scilicet, substantialis, ut forma hominis aut equi, per quam homo habet, ut sit homo & equus, ut sit equus, & accidentalis ut quantitas, calor, color &c. per quas res habet, ut sit quanta & calida & colorata, hæc sit prima diuisio formæ.

¶ Secundò forma substantialis (ut exemplum Aristot. innuit.) alia est forma partis, quia est forma actuans materiam, & alia forma totius, quæ se habet, ut forma respectu suppositi. ut humanitas
C equinitas, & reliquę naturæ. Etenim ut albedo se habet accidentaliter ad albũ, ita & humanitas essentialiter ad hominem: non disputo si humanitas distinguitur ab homine nec ne, habes enim de hoc mentionem, in præ. cap. de substantia quæst. 1. Sed quicquid sit, negasset tamen Aristotel. in sensu formali, quòd homo sit humanitas. Prima dicitur forma physica & secunda metaphysica, quia naturę considerantur à metaphysico, non ut generantur & corrumpuntur. Et quia res sortitur speciem à forma, Aristot. utique formam appellat speciem, ob idq; text. hic. 31. non ponit exemplum de forma physica, sed de æquitate, & natura metaphysica. Atqui quot exempla posuerat de materia, tot subiungit de forma. Vt enim partes rei cuiuscunque sunt eius materia, ita & compositio se habet, ut forma. D

¶ Adiecit a sutempecies & exemplar, ut exprimeret quidditatem ipsam agentis naturalis esse exemplar. Est enim exemplar duplex aliud Dei, qui est autor naturæ. Et illud est ratio obiectiua in sua essentia (quin potius ipsa eius essentia) quam inspiciens creauit hæc inferiora. Sed aliud est exemplar particulare cuiusq; agẽtis, quod nihil est aliud, quàm, eius quiditas. Arbor enim & animal & res quęcunque à Deo directa, intendit producere effectum similem naturæ E suæ. Et in hoc Aristo. contradicit Platõni ponenti ideas separatas.

¶ Forma accidentalis (ut sit tertia diuisio) alia est artificiali, & alia naturalis. Mox alia est spiritualis, quæ ad rem nihil pertinet, cum nec sint dispositiones nec instrumenta generationis, aut corruptionis substantiæ. Alia est corporalis. Et hæc rursus alia est, quę se tenet ex parte materiæ, ut quantitas, & alia ex parte formæ, ut qualitas. Diuisio formæ accidentalis.

¶ Modos ergo concurrendi & causandi (si uerbum recipitur) proprius formæ non est (ut prætendebat tertium argumentum) agere seu efficere: sed est concurrere tanquàm actum & terminum quo generationis, per quem id, quod F fit habet esse. Quod enim concurrit ut forma ad generationem ignis ex stuppa, non est forma ignis generãtis: illa enim concurrit, ut principium quo efficientis, sed forma in qua, genito terminat generationem. Modus cõcurrẽdi formæ.

¶ Ideoque ad confirmationem respondetur quòd non est de ratione causæ in uniuersum esse prius suo effectu, in quo multi profecto etiam melioris notæ uel ego fallimur, sed illud proprium est materię & efficientis, forma uerò & finis non sunt priùs effectu, sed simul.

¶ Quòd si arguas. Formas priùs natura componit totũ, quàm, totum sit: ergo

A prius natura est. Certè consequētia nō ualet. In his enim, quæ sunt simul tempore, esse priùs natura, nihil aliud est, q̄ esse causam. Et quia componere competit parti, conceditur totum esse, quia forma componit: sed tamen esse conuenit supposito, in quo partes subsistunt, & ideo è conuerso. quia totum est, partes sunt. Quemadmodum quia albedo dealbat & informat: lignum est album, non tamē quia albedo est alba. Fateor hanc esse metaphysicā: sed nō penitus adnotatu indignā. Ideoq; cū dicitur in diffinitione, causam esse id, ad cuius esse sequitur aliud, non intelligitur generaliter, q̄ causa sit prius natura: sed q̄

B priùs natura cōponat, aut quodammodo moueat. Sicuti finis, qui ante quàm, fit, mouet agens. Forma uerò informādo & cōponendo acquirit esse in toto.

¶Causa efficiens ait. Phi. text. xxix. est primum principium, unde incipit motus, aut quies. Animaduertenda est diffinitio. Particula enim, unde, distinguit causam efficientem ab aliis, lapides enim & ligna non se coniungunt ad compositionem domus, sed artifex est, qui materiam applicat ad opus. Et pariter in naturalibus, nec materia se mouet ad formam, nec forma se in materiam inducit: sed agens fit, qui formam de potentia passiua materiæ educit. Apponitur, primum, quò excludantur accidentia, quæ sunt uelut

C instrumenta agentis. Calor namque ignis non est præcipuum efficiens: sed ignis per formam substantialem.

¶Ex quo sequitur, quod principium & natura impertinenter se habent. Natura enim est principium actiuum, aut passiuum, quo proprium suppositum mouetur: efficiens autem est principium solùm actiuum mouendi, aut proprium suppositum aut alienum. Vnde materia est quidem natura, non tamen efficiens: forma uerò ignis ea ratione, qua mouet aquam, non est natura ignis, sed inquantùm est principium passiuum motus sursum: est tamē efficiens inquantùm mouet aquā: Sed forma animalis respectu nutritionis, p-priæ & augmenti, est, & natura simul & causa efficiens. D

¶Quòd si quis arguat finem esse potius principium, unde incipit motus: nam agens à fine, quem habet in intentione, mouetur ad inducendum formam in materia. Domus enim futura, est, quæ mouet artificem ad opus. Respondetur, quòd principium unde motus, intelligitur quantùm ad exequutionem: Et quamuis finis sit primum in intentione, tamen exequutio motus incipit ab agente. ¶Modus ergo agendi causæ efficientis omnium est compertissimus, est enim concurrere influendo in effectum. E

¶Efficientis autē quamplurimæ sunt diuisiones. At quia hæc causa est, in qua ratio causæ perspicatior est, operæ precium est altiùs hic diuisiones generales causæ enarrare. Quæ duodecim & his plures sunt. Aristo. textus, trigesimosecundo & infra, quatuor dumtaxat expressio diuisiones causæ. s. in singularem, seu propinquā, & uniuersalem seu remotam: in per se, & per accidens: in simplicem, & complexam. Quorum singula sex membrorum subsecando in causam in potentia & causam in actu, conficit membra duodecim. F

Prima diui. per se & p accidēs.

¶Ad uerò ut copiosior lucidiorque fiat partitio. Causa primò diuiditur in causam per se & causam per accidens. Causa per se, ait prima secundæ. quæstio. 85. artic. 5. Diuus Thom. est illa, quæ uirtute suæ propriæ naturæ, seu formæ producit effectum. Loquitur autem particulariter de causa efficiente. Sed quòd omnia causarū genera comprehendamus. Causa per se est illa, ad quā per se, intrinsecè ex sua natura sequitur effectus: nempe ad quem necessariò est requisita. Quocirca causa particularis efficiēs per se denominatur ab effectu: ut statuarius est per se causa statuæ: medicus medicaminis, equus, equi: hō hominis. Causę verò uniuersales, ut Deus &

intelligen-

A intelligentiæ & cœli: tametsi non denominentur à suis effectibus, sunt nihilominus per se causæ omnium inferiorũ. Causa per accidens oppositio modo est illa, quæ non est suapte natura requisita, sed per accidens cõiungitur cum causa per se, aut cum per se effectu. ¶ Vnde causa per accidens (ut fit. 2. diuisio) dupliciter cõtingit, scilicet aut quia accidit causæ p se, aut quia accidit effectui. Et primo modo dupliciter. Vno modo, quia accidit eidem suppositio, in quo est causa per se, vt musicus est causa statuæ, quia musica est in eodem supposito, in quo est ars statuaria. & huiusmodi causa nullatenus effectum attingit, nec ad illum vtique pertinet, alio modo

2. Diuisio. Causa per accidẽs duplex.

B suppositum ipsum singulare causa est per accidens, quia accidit statuario, vt sit Polycletus, aut quiuis alius. Quę causa magis accedit ad causam per se, quàm, prima, vt in commento dictum est, alio modo contingit causa per accidẽs, quia accidit effectui per se. i. qa modo quodã attingit eum. Et hoc dupliciter: aut remouendo probibens, quo effectus impediebatur, vt qui fundamenta demolitur, est causa per se remotionis fundamenti, & per accidens ruinæ domus: & sal est causa per accidens conseruationis carnium, hoc modo attingens conseruationem, quòd per se obstat causis corruptionis. Aut rursus causa per accidens coniungitur cum effectu per accidens positiuè, Idquè dupliciter. Aut pertingendo ad effectum ipsum per se intentum, quem consequitur effectus non intentus. Et hæc est fortuna. Veluti fodiens sepulchrum intentione sepeliendi mortuũ est causa per accidens inuentionis thesauri. Aut non pertingit ad effectum vsque, sed ad aliquam eius dispositionem. Et hęc causa dicitur occasio: sicut persecutio tyrãnorũ fuit causa fortitudinis martyrũ: eo quòd fuit causa mortis, ad cuius tolerantiam fortitudine opus erat. Et culpa, cuius improbus pœnas luit, occasio est subsequẽtis mutationis mentis ad bonum: quæ à timore proficiscitur. De quibus causis quæstio. 5. copiosiùs dictur sumus. ¶ Ex dictis subsequitur superuacaneam esse sectionem illam causæ in causam propriè dictam, & causam sine qua non. Enimuero si causa aliquo modo concurrit ad effectum, est quidem propriè causa. Sin minus, nihil penitus à causa per accidens differt. ut Sanc. Thom. 4. senten. dist. 1. q. 1 artic. 4. adnotauit. Signum ergo, quòd creditor à debitore memoriæ gratia recipit, quòd causa sine qua nõ est post modum solutionis, perinde est causa per accidens, atq; musica statuæ quia nõ plus ad effectum cõcurrit. Quare qui sacramentis ecclesiæ hoc dũ taxat modo attribuunt esse causam gratiæ: simpliciter esse causam negant. ¶ Atqui quamuis Aristot. in sola causa efficienti posuerit exemplum, vt pote in qua diuisio hæc per se & per accidens perspicatiùs conspicitur, communes tamen conditiones sunt alijs generibus. Corpus .n. est per se causa materialis albedinis: sed magnum vel musicum est causa materialis per accidens. Et anima est per se forma hominis: quòd autem sit sapiens, est forma per accidens. Et sanitas est finis medici inquantùm medicus: sed tamẽ quòd medendo ditescat, est finis per accidẽs medici: & per se auari hominis.

D Causa sine qua non.

E

F

¶ Contra hanc diuisionem sunt duo parua dubia. Primum est propter Ocham. 1. sen. d. 2. q. 10. vbi ait nõ esse magis per se istam, calidum calefacit aut ædificator ædificat, quam illam album calefacit, & musicus ædificat. Duo enim asserit. Primum, quòd eo modo, quæ hæc est per se, calidum calefacit, est & hæc, album calefacit, si calidum sit albũ. Nam sequitur bene, calidum calefacit, & album est calidum: ergo album calefacit, & per consequens prædicatum per se conuenit rei significatæ per subiectũ. Et hoc (inquit) sufficit, vt sit per se. Et ad Aris. in hoc loco dicentem, quòd Polycletus, aut musi-

A cus per accidens est causa statuæ, statua rius verò est causa per se, respondet sen sum est se quòd in sensu composito nõ stat hanc esse fallam, Polycletus sta tuam, tamen stat hanc esse falsam Po lycletus statuam facit. Et hoc est (in quit) primam esse per se, & secundam per accidens. Secundò ait è conuerso hanc esse etiam per accidens: ignis aut calidum calefacit eo modo, quo est hæc, album calefacit, quia ignis calefa cit per aliud. i. per calorem. At verò nescio profecto, cur tam gratis negat Aristotel. uniuersalem modum loqué di philosophorum. Aristote. enim non dicit solùm, quòd ædificans ædificat: B est per se: vt subiectum dicat actum: sed ædificator ædificat, statuarius est cau sa statuæ, vt dicat habitum. Et istam ait simpliciter esse per accidens, musi cus est causa statuæ, licet sit vera. Et ita omnes loquuntur, Causa ergo per se dicitur illa, quæ explicat rationem formalé, qua est causa huius effectus, unde falsum est has esse per accidens, ignis calefacit, calidum calefacit, licet causa calefaciendi sit accidens, putà calor, quia propria & per se causa prin cipalis caloris est ignis: & per se instru mentalis, est calor. Respondetur ergo, consequentiam non valere, ædificator est causa per se statuæ, ædificator est C musicus: ergo musicus per se est causa statuę: propter appellationé, quæ mu tatur. Nam ly, per se: appellat propriã rationem subiecti. i. quòd iste homo ra tione artis ędificatoriæ ędificat. ¶ Quo circa nó est idé esse causam per aliud, & esse causam per accidens. Ignis enim est causa per suam formam, imo ignis calefacit instrumentaliter per calorẽ, qui est accidens, & tamen calefacit per se: quia de ratione intrinseca ignis est, & forma tanquàm pars quiditatis, & ca lor tanquam passio. Et eadem ratione, licet ars statuaria sit accidens, nihilo minus est per se causa statuæ. ¶ Nec suf ficit prædicatum conuenire rei significatę per subiectũ, vt propositio sit per se: sed requiritur (quò ad propositũ at- D tinet) vt effectus importatus per prædi catum conueniat subiecto ratione si gnificati formalis, vt ædificatur ædifi cat. Intelligo nõ opus illis esse hæc nos enunciare, qui in Aristo. versantur. Sa ne qui. 1. poste. cap. 4. copiosissimè de propositionibus p se sit loquutus: sed eos admonitos esse velim, qui leui cau sa receptissimos modos loquendi à scholis relegant: Nam & vulgus quidé & sapientes, cum audiunt pictorẽ pul chras depingere imagines, & dicunt rẽ esse naturalem: cum verò audiunt, suto rem itidem pulchrè pingere, rẽ dicunt esse accidentariã. ¶ Secundũ dubiũ est E circa illud dictum tex. 38. quòd statua rius in cõmuni est causa per se statuæ: sed hic statuarius causa huius statuæ. Arguitur enim sic. Actiones (vt habe tur. 1. meta. ca. 1.) sunt singulariũ non enim homo in cõmuni, sed hic homo agit ergo non statuarius, sed hic statua rius est causa per se. Ad hoc respondetur, quòd aliud est loqui de propria ratione causæ, aliudque de conditione, quæ requiritur ad exercitium operis. Causa enim per se conuertibiliter re spondet per se effectui. Et quia ad faciẽ dum statuam abstrahendo ab hac & ab illa non requiritur hic statuarius, sed sufficit aliquis statuarius, idcirco statua rius in communi est causa statuæ in cõ muni: & hic huius: vt in commento F per ampliùs expositum est. Cum hoc tamen stat conditionum requisitã cau sæ efficienti ad agendum esse, quòd sit in singulari. Et hoc est, quod ait Arisso. 1. meta quòd homo non sanat, nec sana tur, sed hic homo. ¶ Simili fermè mo do dicendũ est in prædicamento sub stãtiæ, q hominis in cõmuni causa per se est homo: & hic homo per se huius hominis. Sed quodãmodo per accidẽs est causa hominis: quia potest fieri ho mo non ab isto homine. Quamuis nõ sit tam accidentalis: sicut Polycletus est causa statuæ. Nam ars, per quam Polycletus facit statuam, accidit illi:

Alia est ra tio causæ & alia cõ ditio.

nec

A nec ly, Polycletus est inferiùs quiditatiuè ad ly, statuarius. Petro vero est essentialis illa forma, per quam facit hominem: & est quiditatiuè inferius ad hominẽ, qui est per se causa hominis.

3. Diuisio in causam proximã & remotã seu partin & uniuer

¶ Vtranqve causam, tam per se, quàm per accidens partitur Aris. in particularem & uniuersalem seu in proximam & remotam. Quæ sit ordine tertia diuisio. Ad cuius notitiam considerandum est, quòd causa proxima & remota bifariam accipiuntur: nempe aut ratione suppositi aut ratiõe modi significandi & prædicandi. Ratione suppositi, quando plura concurrunt, quorum

B primum mouet secundum vt in causis particularibus causa proxima phlebotomiæ est incisio uenæ, causa uerò remota & prior est medicus, qui præcipit incisionem. & iste propriè dicitur causa mediata & immediata. Et in naturalibus causa particularis est causa proxima, vt homo generans hominem. Causa verò uniuersalis, ut sol, est remota prior Nõ q̃ non attingat effectum: sed quia mouet causam particularem. Tametsi nõ tam propriè dicatur remota, quàm, dicitur vniuersalis. Instrumentũ verò, vt scapellus tonsoris, quia nõ est causa principalis, non dicitur propinquior tonsore: sed tonsor est causa pro-

C xima, licet scapello venam cedat. Alio modo accipiũtur causa proxima & remota in prædicando: nõ quòd sint duo agentia: sed idem significatum conceptu particulari, aut vniuersali, vt medicus est causa proxima medendi & artifex dicitur causa remota: quoniam artifex superius est, q̃, medicus. ¶ Similis formæ distinctio est causæ vniuersalis (q̃ fuerit hic quarta) in vniuersalẽ in causando, & uniuersalẽ in prædicãdo. Quę

4. Diuisio ĩ vniuersi. causam & parti.

est eadem cum diuisione in causam superiorem & in feriorem: & hæc est simpliciter diuisio in causam vniuersalem & particularé. Causa enim cœlestis est uniuersalis in causando respectu hominis: quia sol nõ solum cum homine cõcurrit ad producendum hominem, sed cum equo ad producendum equum: & D cum igne ad producendum ignem. Nõ tamẽ est vniuersalis in prędicãdo: quia sol nõ prædicatur de homine. Artifex verò est vniuersalior q̃ medicus ĩ prædicando. Et apparere cuipiã potest non esse uniuersaliorẽ i causando: quia nulla est ars generalis ad omnia artificia. His præiactis, ambiget quispiam, utrũ Aris. verunque modum causæ vniuersalis & particularis intellexerit. ¶ Facit enim ad partem negatiuam, quod eius exempla solum posita sunt de causa vniuersali in prædicando. Sed est nihilominus pro parte affirmatiua argumẽtum: quòd ad rem physicam potiùs E spectat distinctio causarum particularium, & uniuersalium in causando scilicet inferiorum & superiorum. ¶ Egregiè respondet S. Th super tex. 32. dicens, quòd omnis causa vniuersalis in prædicando est etiam quodammodo vniuersalis in causando. Et è conuerso, omnis vniuersalis in causando est quodammodo uniuersalis in prædicando. Et ratio profecto est authore suo digna: quoniam unũquodque (inquit) eadẽ forma agit, per quam esse habet, vt ignis per quã formã est ignis, producit ignem: & equus, per quã est equus, gignit equum. Forma ergo & quiditas rei quanto vniuersalior est in prædi

Nota egregium D. Thomæ dictum.

F cando, tantò ad plures pertingit effectus. Artifex enim, quamuis non significet vnam artem generalem ad omnia artificia, significat tamen unam rationem communem: ob idque ratio artificis in communi est non solùm mederi: sed statuam facere, aut domum &c. Atque adeo, ut est in prædicando, ita & quodammodo in causando est uniuersalior causa. Pari modo sol, ut est in causando, ita est quodammodo in prædicando uniuersalior. Non quod sol prædicetur de homine & alijs particularibus causis: sed in ratione causæ hoc modo, q̃ hõ est solùm generans per se hoiem: sol uerò p se generãs animal, & generãs corp°. Itẽ ignis solùm é calefa-

A ciens: sol uerò est alterans, scilicet calefaciens, & frigrfaciens, eodem modo tonsor est præcisè in salute infirmi euacuans per phlebotomiam, medicus uerò, qui est uniuersalior in causando, est etiam uniuersalior in prædicando: quia est generaliter euacuans & sanans siue per phlebotomiam, siue per potionem. Exempla, quæ Aristo. ponit in causis efficientibus & formalibus, in omnibus generibus causarum adhiberi quoque possunt. Enimuero, ut medicus est causa efficiens particularis & artifex uniuersalis: & proportio dupla est causa formalis proxima proportionis duplæ in numero sonoro, quæ est diapason:
B & proportio est forma remota, ita statuæ causa materialis proxima est marmor: remota uerò lapis: sed remotissima est corpus durum, ut sit genus ad lapides & ligna & metalla. &c. Et in finibus, finis proximus medici est sanitas, uniuersalis uerò est bonum, quod est commune ad sanitatem & alia bona. Et in naturalibus hominis cum efficiens proxima per se est homo: remota uerò animal. Et finis proximus est uita: uniuersalis uerò bonum in communi.

¶Dubitatio est tamen, utrum possint signari in omnibus generibus causarum proximum & remotum ex parte suppositi. Respondetur in efficientibus & finibus illud esse manifestum. Causa. n. proxima hominis est pater, & remota auus & finis proximus arboris est fructus, remotus uerò homo: sicut finis proximus generationis hominis est uita corporalis: remotus uerò uita æterna, atq; adeo omnium ultimum est Deus. In materiali uerò causa generationis substantiæ non possunt dari plures, quàm, una materia, quæ est materia prima. Nisi impropriè dicas materiam primam esse remotam: & illam cum dispositionibus esse propinquam. Respectu uerò formæ accidentalis materia proxima est ens naturale (si modò illud sit subiectum accidentium) materia uerò prima est subiectum remotũ. Sed in causis formalibus substantialibus datur quidem proxima & remota in prædicãdo, ut humanitas est proxima forma hominis: animalitas uerè remota. Veruntamen cum composito non sunt plures formæ, non dabuntur distinctę formæ, quarum una sit proxima, & alia remota. Discernũtur tamen diuersæ rationes eiusdem formæ, ut anima nostra, quatenus dat esse corporeum, est forma remota: inquantùm uerò dat esse sensitiuum, est propinquior: sed qua ratione dat esse rationale, est forma proxima. ¶Facilè quisq; potest diuisiones istas ad causas per accidens applicare. Albũ enim est cã per accidens proxima statuę: sed coloratum est causa remota. ¶Non est necesse diuidere rursus causam in immediatam: & mediatam, quia idem est immediatum & mediatũ, quòd proximũ & remotum, nisi, quòd proximum & remotum propriùs latinè dicuntur. De quibus membris latius dicturi sumus. q. seq. ubi explicabitur, an causæ superiores, & maximè Deus, sit causa proxima & immediata horum inferiorum. Nam ex dictis uidetur subsequi causas superiores esse remotas, cum tamen, ut uidebimus, immediatè attingat effectum. ¶Aliam tertiam diuisionem subnectit Arist in causam simplicem per se, ut statuarius & simplicem per accidens, ut
C Polycletus: & ex utraq; complexam, ut Polycletus statuarius. Sed parui est momenti. ¶Alię sunt præterea diuisiones causarum quæ, licet aliquæ earum possint quodammodo attribui causis finalibus, tamen propriæ non competunt, nisi efficientibus. Prima (quæ sit numero quinta) deriuatur ex ea, quæ modò dicta est. Estque causarum in plurali: nempe quando plures concurrunt ad eundem effectum. Aliæ enim sunt causæ essentialiter subordinatę & aliæ accidẽtaliter subordinatę. Essẽtialiter subordinatæ sunt illę, quarum una absque alia agere nequit, ut sol & homo & Deus. Nec enim homo actu generare potest, quin sol & Deus actu etiam concurrent:

D

E

F

5. Diuisio

A concurrent: nec rursus sol sine homine generare pôt hominẽ, immò nec Deus naturaliter sine causa secunda effectus naturales producit. Causæ accidentaliter subordinatæ sunt, quarum una aliquid potest efficere, alia tunc non cõcurrẽte; sicut pater & auus & proauus &c. quando enim pater generat, auus nihil facit. De illis latius lib. 7. dicturi sumus, ubi docet Aris. q; essentialiter subordinatæ non possunt esse infinitæ: accidentaliter uerò subordinatas nihil uetat in infinitum abire. ¶ Sexta diuisione diuiditur causa efficiens in causam uniuocã, & æquiuocam. Causa uniuoca est, quæ producit effectum sibi similem, ut sunt omnes causæ naturales horum inferiorum. Ignis enim producit ignem: equus equum &c. immò & artifex quodammodo dicitur causa uniuoca respectu artificij, quod simile arti exhibet, quam habet in mẽte. Causa æquinoca est, quæ effectum sibi similem in forma nõ producit, ut est sol & omnes causæ superiores respectu horum inferiorum. ¶ Et hinc ortum habet septima diuisio causæ efficientis. Alia enim est causa, à qua effectus dependet in fieri tantum, & alia, à qua dependet in fieri & conseruari. Cuius rationem egregie profecto 1. p. q. 104. ar. 1. explicat S. Th. pluribus quidem uerbis, sed hæc est in summa. Quando agens imprimit in effectum formam eiusdem rationis secũ, tunc effectus quidem depẽdet in fieri, non tamen in conseruari: quia iam effectus conseruabitur per formam receptam, ut homo generat hominem, cui dat formam eiusdem rationis: & equus equum: & ignis ignem: effectus ergo productus non dependebit in conseruari à causa. Sol uerò producens hominem non communicat illi formam eusdem rationis secum, & ideo quamdiu est, dependat in conseruari à sole. Et hac ratione cęli ipsi, & angeli, & uniuersus orbis depẽdet in esse à Deo: quia deus habet esse per suam essentiam: sicut ignis est ignis per suam essentiam: & quia Deus non potest dare alicui talem essentiam, ut per se cõueniat esse, propterea semper omnia in esse dependent à Deo. Est enim mentis intuitu cõtemplandum, eo modo mundum à Deo conseruari, quemadmodum lumen aeris dependet in esse à sole: quia cùm sol non dat aeri formam suam, quam, primum sol abscedit, lumen cessat. Et eadem analogia subtrahente Deo suum concursum, eodem momento uniuersum in nihilũ euaneſceret. ¶ Hinc sequitur, quòd omnis effectus equiuocus dependet non solùm in fieri, sed in cõseruari à sua causa & æquiuocatio ẽ causa huius dependentiæ. Et hac ratione omnes effectus horum inferiorum depẽdent in esse à causis superioribus. ¶ Sequitur secundò, quòd quando causa secunda particularis perfectè producit similem sibi formam, tunc effectus nullo modo dependebit in esse à causa, unde generaliter nulla substantia depẽdet à sua causa secunda in fieri: nec animal ab animali, nec planta à planta, à qua fuit producta, nec ignis ab igne. Si uerò producat suam similitudinem imperfectè, tunc effectus dependebit quidẽ in esse: sed poterit nihilominus tantisper in absentia causæ durare, ut cùm ignis calefacit aquam, non tamen perfectè quoadusq; aqua fiat ignis, durabit aqua calida aliquo tempore in absentia ignis: sed tandem frigefiet. Secus de calore animalium, & alia rum mixtorum: qui cum forma mixti conseruatur, quia est sibi naturalis. At uerò, si non producat formam suã, nec perfectè, nec imperfectè tunc nec per momentum durabit in absentia causæ, ut cum candela illuminat aerem, subla tacandela nihil luminis manebit in aere. ¶ Quòd si percunctẽris, cur calor taliter imprimitur, ut durare possit in absentia ignis, lumen uerò nequaquã. Respondetur, quòd calor est dispositio ad formam substantialem ignis: & ideo est quodammodo participatio formæ: lumen uerò, quia non est dispositio ad introdu-

6. Diuisio. inuniuocã &c.

7. Diuisio. dependere in esse & cõseruari.

Egregiam perspice D. Thomæ sentẽtiam.

B C D E F

A troductionem formæ substantialis, id circo nullatenus durat in absentia causæ. ¶ Artificiorum autem alia est ratio: forma.n.artificialis, cum nihil aliud sit quam compositio rerũ naturalium, aut quomodolibet aliter eorũ figura, in fieri duntaxat pendet ab artefice in esse verò conseruatur à subiecto naturali, ut patet de domo, uelle &c ¶ Octaua diuisio manifestissima est causarum alia est prima & alia secunda. Causa prima est solus Deus quippe qui à nulla alia depẽdet: sed per suam infinitam essentiã quę ad nullum genus entiũ coarctatur, eminenter est omnia. Causæ uerò secundæ

B sunt reliquæ omnes, siue uniuersales sint, siue particulares: nempe quæ à prima dependent non solũ in essendo: sed in causando. ¶ Causis uniuersalibus seorsum positis. ¶ Nona diuisio est causarum particularium. Quam S. Tho. hic lec. 5. ponit inter causas efficiẽtes, alia est cõsilians: consultor.n.dat agenti formã, per quam agat, sicuti auus dat formam producendi filiũ, & generans dat graui formam, per quam mouetur. Alia est causa disponés, sicut faber lignarius dolat lapides, ut architectus construat basilicam, in naturalibus uerò idẽ ignis per calorem disponit passum & per calorem introducit formam, vt sequenti. q. uidebimus. Alia uerò est causa adiuans sicut medicinæ iuuant naturã, ut

C se reducat ad sanitatem. ¶ Et per hæc facile intelliguntur minutiores aliæ diuisiones causę, in totalem & partialẽ, sufficientem & insufficientem, &c. Causa enim cõsulés est partialis & insufficiẽs & pariter adiuuans, & disponens. ¶ Decima deniq; & insignis diuisio est. Causarum particulariũ alia principalis, & alia instrumentalis. Causarum inquam particularium. Nam causæ uniuersales in uia Arist. non diuiduntur contra instrumẽta. Illa.n.erat doctrina Platonis, qui solam primam causam appellabat efficientem: reliquas uerò omnes causas dicebat esse eius instrumenta, ueluti inferiores artifices sunt instrumenta architecti. Nec adeo multum erat inep

D tus sermo. Nisi, ꝙ cum creaturæ habẽt in se uirtutes agendi, melius ait Arist ꝙ causa principalis est illa, quæ agit per propriam virtutem intendens perfecte assimilare sibi passum, instrumẽtalis uerò est, quę agit tanquam uirtus, aut per uirtutem causæ principalis, ut faber lignarius est causa principalis intendens producere archam similem suę arti: serra uerò est instrumẽtum, quod per motionem artificis producit archam, similem, non sibi, sed arti. Et in naturalibus ignis est causa principalis calefactionis per quam intendit producere ignẽ, in quo consistit perfecta assimilatio: calor

E uerò est causa instrumentalis: quia tanquàm uirtus ignis producit calidum, quæ est quædam imperfecta assimilatio ignis tendens ad perfectã, & anima est principalis causa & nutritionis & generationis animalis: calor uerò naturalis est causa instrumentalis nutritionis: & semen est instrumentum generationis, unde instrumentũ est duplex: aliud coniunctum: & aliud separatum. Instrumẽtum coniunctum: ut calor in naturalibus, & serra uel calamus in artificialibus. Tametsi hoc animaduertendũ est hic, quod calor ignis, aut calor naturalis animalis, quo fit nutritio, quamuis dicantur quodammodo causæ instru-

F mentales ad differentiam formæ substãtialis, nihilominus formæ naturales non dicuntur tam proprie instrumenta artificum: sed forma tam substantialis, quã accidentalis dicitur principiũ, quo, aut substantiale, aut accidentale. Et utraque est potius uirtus agentis, quam, instrumentum. Instrumentũ verò coniunctum dicitur in artificialibus illud, quod nullam uirtutem habitualem recipit à causa principali præter motum, quo actu mouetur, ut patet de calamo & serra, quæ nisi actu moueantur, nihil faciunt. Instrumentum uerò separatum est illud, quod recipit aliquã uirtutem, qua semota causa principali, adhuc agit. Et hoc modo semen

solet

1. diuisio causę. i. primã & secundam.

9. Diuisio consulens dispo. &c.

10. Diuisio ĩ principale & instru.

A solet appellari instrumẽtum generationis separatũ: uel significatius, virtus separata, quomodo. S. Tho. astruit sacramẽta esse cãs instrumẽta Dei ad producendũ gratiã per uirtutẽ quam habent à Deo. Et hãc nihil aliud esse existimo, quàm, institutionem, qua à Christo instituta sunt ad talem effectum. ¶ Undecima est diuisio quam Aristo. ponit quar tam. tex. 34. in causam in potentia, ut domificator, & in causam in actu, ut domum faciens. ¶ Duodecima deniq; diuisio est, quæ habetur text. 30. Causarum enim efficientium alia est positiua: ut gubernator nauis est causa seruationis, & alia priuatiua, ut absentia est cã submersionis. Hic tamen est notandum q̃

B causa priuatiua non est causa per accidens, sed per se, effectus priuatiui. Cùm enim positiuum per se cõueniat alicui positiuo, priuatiuum illius per se conuenit priuatiuo alterius. Et ideo cùm per se causa cõseruationis sit præsentia nautæ, & gubernatio nauis, fit ut quando præsens gubernando posset & deberet nauem liberare, tunc eius absentia sit per se causa submersionis, unde illius submersionis est duplex causa per se: altera positiua, ut uentorum impetus & procella, & altera priuatiua. Cabsentia, aut negligentia nautæ.

¶ Possent hic præterea multiplicari aliæ diuisiones causarum. Nam alia est cau-

C sa naturalis. S. effectus illius, qui concursu naturali sequitur: & alia est supernaturalis: ut causa creationis & gratiæ & gloriæ. Et naturalium id est quæ non sunt miraculosè: alia est libera & alia naturalis ideſt agens ex necessitate, nisi impediatur. Sed de his satis.

Cã finali. ¶ Causa finalis ait Philosophus tex. 31. est id, cuius gratia aliquid fit. Quæ diffinitio in commento abundè exposita est, obidque modus agendi finis nõ est propriè efficere, sed mouere agens ad opus secundùm esse quod habet in intentione. Hoc tamen in agentibus à proposito est euidentius. Artifex enim à fine, qui est constructio, aut habitatio domus, mouetur ad opus: & infirmus D à sanitate, quam desiderat, mouetur potionem potare: agentia, uero naturalia non agunt se in fines: sed aguntur à Deo datore naturæ, ob idq; brutum generans animal, aut hirundo faciens nidũ sine cognitione finis mouetur à natura ad procreandam prolem, ut corruptibiliũ species perpetuò duret. Veluti sagitta à iaciente directa mouetur ad signum. ¶ Est tamen hic non prætereunda dubitatio, utrum finis habeat rationem causæ secundùm quod est in re, an secundum quod est in intẽtione. Exempli gratia. Infirmus cognoscens sanitatem esse sibi bonam concupiscit eam: E quo desiderio mouetur ad sumendum potionem. Dubium est, utrùm sanitas secundùm quod est futura in re, an secũdũ quod è cognita, moueat infirmũ. Et uidetur, q̃ secundũ quod est in intentione cognoscentis, sit cã. Nã cõcursus causæ præsupponitur ad effectum: finis aũt secundũ esse reale non præsupponitur ad actionẽ, sed secũdũ esse cognitũ: quoniam per actionẽ agentis acquiritꝫ finis: q̃m nomen finis, idẽ sonat, quod ultimũ. Et confirmatur. Quod non est, non potest esse causa: sed finis secundũ esse reale non est, quando est actio: ergo nec tunc secundùm esse reale est causa. Pro solutione huius dubitationis notandum est, q̃ ly secundum, potest dicere, aut rationem causæ finalis, aut conditionem, quæ requiritur ad agendum. Distinctio patet in causa efficienti. Ratio. n. calefaciendi in igne est calor: sed conditio requisita est applicatio agentis ad passum. Est ergo prima propositio. Finis mouet secundùm esse reale, quod habet postquàm est acquisitus, vt ly, secundum, dicat rationem formalẽ finalizandi: ut hoc uerbo explicemus modum peculiarem concurrendi finis. Probatur. Finis secundùm Philosophum hic tex. 31. est illud, quod est optimum, & ultimum & cuius gratia omnia fiunt, sed illud optimum & ultimũ, cuius gratia omnia fiunt, est finis secũ-

dùm

A dùm esse reale: optimum enim, quod mouet infirmum ad sumendam potionem est sanitas, quam existimat se consequuturũ ergo secundũ esse reale mouet in ratione finis. ¶Secundò idem cõfirmatur. Finis & bonum idem sunt iuxta illud. 1. Ethi. bonum est, quod omnia appetunt: sed nihil est bonum, ni fi secũdum esse reale: ergo secundùm illud es se habet rationem finis. Probatur minor. Bonum idem est, quod conueniẽs: at nihil alicui conuenit, nisi quatenus in re ad suam pertinet perfectionem: ergo nihil est bonum, nisi secundùm esse reale. ¶Et postremò arguitur. Illud est finis, quòd si agens non consequatur,
B actio est frustra: ergo secundum eam rationem, qua agens illud consequitur habet rationem finis.

¶Secunda propositio sit. Finis mouet, secundùm quod est in intentione, ut ly, secundùm, dicat conditionem requisi-
Nota- tam. Est enim adnotandum, quòd quem admodum causa efficiens debet applicari localiter secundùm realem præsentiam, ita modus proprius, quo applicatur, finis est per cognitionem, aut particularis agentis (si agit liberè mouendo se in finem, ut creatura rationalis) aut per cognitionem primæ causę dirigentis, ut sunt bruta & res insensibiles: quę à Deo mouentur in suos cuiusque fines. ¶Vnde ad argumenta in contrariũ
C respondetur, quòd ille est proprius modus causandi finis, ut moueat antequã sit in re. Et ideo Aristo. 1. de gene. text. 55. dicit, ꝙ finis mouet metaphoricè, quia non agit per contractũ realem. Et in hoc differt ab efficiente, possumus dicere, quod mouet intentionaliter: siquidem mouet producendo intentionem, qua intenditur finis.

Conclvsio ergo respondens ad quæstionem est, quatuor esse genera causarum, scilicet materialem, formalem efficientem, & finalem. Cuius
Cõclusio principalis. diuisionis sufficientia, quam Philosophus infra text. 68. insinuat, & S. Tho. explicat. est huiusmodi. Causa aut sola cõsideratur quò ad esse: & quã D tũ ad hoc sufficit forma, quæ dat esse, & quiditatem rei obidq; substantiæ separatæ, quæ habent quietatem sine materia, appellantur formæ. Aut consideratur quãtùm ad fieri. Et tunc, cùm aliquid produci in his inferioribus nihil aliud fit, quàm id, quod erat in potẽtia educi ad actum, necessaria est materia, de cuius potentia educatur forma, & agens educens de materia formam, & præterea finis intentus à tali agente. Quia opera naturæ sunt opera intelligentiæ, quibus actionibus res à prima causa in proprios diriguntur fines. ¶Cr Ordo cau-
do autem harum causarum est hic. Pri- sarum.
mus concursus est causæ finalis: quem sequitur actio agentis: mox ad actionẽ
agentis sequitur forma in materia præ- E
suppositа. Atque adeò agens producit propter finem formam in materia, quę est propter formam. Tria quæstionis argumenta principalia soluta sunt. Super-
est ergo quartum diluere, quo petitur Ad 4. prin.
sensus diffinitionis causæ: nempe causa est id, ad quod aliud sequitur. Et primũ omnium manifestũ est, ut ait ipse Philosophus. tex. 37. non intelligi de causa in potentia. Stat enim, quòd fit ædificator antequàm fit domus, & quòd fit animal antequàm generet filium. Exponitur ergo ferè ab omnibus de causa ea
F ratione, quæ actu agit & de effectu ea ratione, qua actu fit. Manifestum enim est quòd si ædificator ædificat, aliquid ædificatur: & si homo generat, aliquid generatur. Hæc enim uerba, ædificatur, generatur, ampliãt. ¶ Attamen quamuis uerum sit huiusmodi consequẽtias esse necessarias non tamen planè uidetur hic esse sensus diffinitionis causæ, nec sensus Philosophi dicentis, quòd causa in actu & effectus in actu conuertuntur. Enimuero hoc potius est exprimere naturam relationum actionis & passionis, quàm rationem causæ. Actio enim. & passio in actu dicuntur correlatiuè: eò quòd motus idem ut ab agente est actio, & ut à patiente est passio.

Et

A Et ideo actio & passio solum differunt penes diuersas relationes. Quę quidem explicantur cum dicitur in hac consequentia, agens agit: ergo patiens patitur. Ratio uerò causæ præcedit actionem: saltem natura. Item quia nihil esset dicere, causa est, quæ cum aliquid causat, fit illud, & causat. Nam diffinire causam per causare, esset diffinire idem per idem. ¶ Aliter ergo dicendũ est nẽpe & illa diffinitio intelligenda est, nec simpliciter materialiter de re, quæ est causa, nec rursus in alio extremo, ut includat actionem: sed medio modo de causa formaliter secundum rationem causæ. ſ. Causa est quæ posita secũdum B rationem causæ ponitur effectus. Poni autem secundum rationem causæ est, & omnia requisita ad agendum, uel causandum (ut omnes causas includamus) sint debitè applicata ad opus. Intelligitur ergo cum quinque conditionibus, uidelicet & sit causa totalis per se, naturalis, debitè applicata, & non impedita. Totalis inquam, quia posito sole nõ generabitur homo, nisi ponatur etiam homo, ut causa per se, quia posita fossione sepulchri nõ sequitur necessario inuentio thesauri: eò & est causa eius per accidens. Naturalis (ut distinguitur contra uoluntaria) nam cum homo statuit hodie apud se æris facere statuam, posita illa uolitione non ponitur statim effectus, C nisi pro statuto tempore à uolũtate, immò deus ab æterno prædestinauit producere mundum: non tamen posita prædestinatione factus est mundus, nisi in tempore destinato. Debitè applicata, quia ignis nihil agit, nisi intra sphæram suæ actiuitatis. Nõ impedita, quia ignis ille Babilonicæ fornacis applicatus pueris nihil illis nocuit subtrahente deo concursu generali. Et qui ardentem furnum intrant, nihil ab igne lædũtur, aut prohibente lapide, quem dicũt naturales (si quis eũ manu teneat) ignẽ ab actione prohibere, aut propter unctionem, qua secundum alios liniũtur. Item debitè applicato semine in matrice, impedientibus aliis causis naturalibus, aut nihil generatur aut generat monstrum. ¶ Sed arguitur contra hanc solutionem. Quando animalia conueniunt ad generationem, tunc causa ponitur sub ratione causæ. & tamen effectus non ponitur puta filius, & qñ statuarius incipit dedolare lignũ, iam tũc ponitur causa sub ratione causæ, & tñ non ponitur effectus: ergo adhuc illo modo non satis defendit diffinitio causæ. ¶ Respondetur uno modo, & satis est poni tunc effectum in fieri: cum. n. semen deciditur alius est in fieri, & cũ fundamentum iacitur, domus est in fieri. Hoc tamen si rectè inspiciatur, uidetur recidere in priorem solutionẽ, quã superius reprobauimus. Et ideo aliter forsan dicendum est, & qñ dicitur causam esse id, ad quod sequitur aliud: in causis naturalibus, intelligitur in tẽpore determinato à natura, si nõ impediatur actio, unde ad hoc, quod verè pater sit causa filij, satis est, & modò faciat id unde post nouẽ menses nascetur filius, nisi aliqua causa impediatur animatio embrionis. Et proportionabiliter dicẽdum est in artificialibus. Et hæc est doctrina Arist. 2. post. tex. 25. ¶ Hinc sequi tur, & hoc nomen causa ampliat à parte post. 1. ampliat nomen effectus. Hęc. n. est uera, Petrus ẽ causa Pauli eo momento, quo Petrus generat. Et ideo ly, F Pauli, ampliatur: sicuti in hac, Paulus generatur. Nec tñ ly, causat, nec ly, generatur, ampliat simpliciter: quia utrũque ponit effectũ esse iam in fieri. Sed tamen à parte ante nõ ampliatur ly, Petrus. Etenim si qñ embrio animat, mortuus est pater, qui genuit, illa est tunc falsa, Petrus est causa, aut, Petrus generat, tametsi cùm addito uerũ sit dicere, uirtus Petri generat, seu, Petrus manẽs in uirtute seminis generat, sicuti Arist. cõcedit. 8. huius, & graue mouet à generante, & non est in re: sed in uirtute, quam impressit graui ut q. 1. dictum est.

Sensus diffinitionis.

D

E

Cæ plia

¶ *Sequitur subsequenter quæstio quarta.*

In

A In capite iij. tex. xxix. Amplius unde principium mutationis. &c.

Quæſtio Quarta.

VTRVM FORMA SIT principium, quo cauſa efficiens agit.

APARTE negatiua arguitur primò contra id, quod quæſtio præſupponit, ſcilicet cauſas ſecundas aliquid agere. Deus in rerũ natura nihil fecit redundans, atq; ſuperfluum, ſed concurſus cauſarum ſecũdarum eſt ſuperfluus: ergo neutiquam eſt aſſerendus. Probare minor. Deus cuiuſcunque motus horum inferiorum eſt cauſa ſufficientiſſima: qui ut in dogmatibus eſt theologorum, ubique eſt præſens per eſſentiam præſentiam & potẽtiam (à fine enim ad finem attingens, ut habetur Sapiẽtiæ 8. diſponit omnia ſuauiter) nec eius infinita potentia auxilio indiget vllo creaturarũ: ergo creatura nihil agit, ſed Deus ad præſentiam ignis calefacit: & ad præſentiam ſolis illuminat &c. ¶ Secundò principaliter arguitur contra id, quod quæritur. Si forma ſubſtantialis eſſet principiũ formale actionis · ſequeretur, quòd ignis non eſſet per ſe cauſam efficiens actionis, quòd eſt falſum: nam certè id, quod per ſe calefacit, eſt ignis. Sequela tamẽ probatur: quia tunc ignis calefaceret per formam: atq; adeo forma eſſe per ſe principium, & non ignis. ¶ Tertiò principaliter arguitur. Si forma ſubſtãtialis eſſet principium, quo principale ad producendum ignem, eadem ratione calor eſſet principium quo inſtrumentale ad eundem effectum: nam ſicut homo pedibus ambulat & oculis uidet, ita calor uidetur eſſe inſtrumentum generationis ignis: conſequẽs tamen uidetur falſum: quoniam tunc accidens produceret ſubſtantiã: & per conſequens ageret ultra perfectionem propriæ ſpeciei. ¶ Quartò principaliter arguitur. Si forma eſt principium actionis, etiam calor erit principium calefaciendi & tunc ſequeretur, quòd calor ſeparatus ab igne, ut calor hoſtiæ conſecratæ poſſet calefacere naturaliter ſine miraculo, præter illud, quo cõſeruatur ſine ſubiecto: conſequens eſt falſum: ergo & antecedens. Probatur minor ex Ariſtotele in principio metaphyſicæ & 1. de anima tex. 64. ubi ait, quod forma non agit, ſed ſuppoſitum. ¶ Quintò denique, & poſtremò arguitur. Si forma eſſet principium actionis, ſequeretur, quòd uirtus & actiuitas agentium deberet attendi penes multitudinem formæ, nam multiplicata, aut diminuta uirtute, eadem proportione creſcere, aut decreſcere actionem neceſſarium eſt: conſequẽs tamen eſt falſum: ergo & antecedens, probatur minor, In ferro candenti (ubi tamen formaliter non ſit ignis) minùs multò eſt multitudinis caloris, quam in flamma ſtuppæ ignitæ, quia cum in flamma ſit ignis, calor eſt illic ſummè intẽſus, qualis non eſt in ferro, ubi non eſt formaliter ignis: ubicunq; tamen calor eſt intenſior, uidetur plus eſſe de multitudine caloris: & tamen experientia compertum eſt ferrum multo, uehemẽtius calefacere, quam flammam ſtuppæ. ergo non attenditur actiuitas ex multitudine formę. ¶ Pro parte affirmatiua quęſtionis eſt Ariſtot. qui in textu præſenti. 29. dicit cauſam efficientem eſſe illam, unde ſumitur principium motus, ubi aſſerit cauſas ſecundas eſſe actiuas. Et 3. huius text. 17. affirmat formam (quam appellat ſpeciem) eſſe principium & cauſam motus.

¶ De materiali cauſa libro primo, ſatis dictum eſt, & de fine. q. 6. plura dicturi ſumus. Reſtat ergo hic de efficiente & forma examinare, utrum forma ſit principium, quo cauſa efficiens operatur. Ad quam quæſtionem iuxta numerum & ordinem argumentorum

A torum quinque conclusionibus respondebimus. De efficientia causarum duæ fuerunt antiquæ extremæ opiniones: quas 2. sen. d. 1. q. 1. artic. 4. recitat S. Thom. in quarum medio consistit sententia uera. Prima fuit quorundam opinio, qui primo, quòd fecimus, argumento adducti, opinabantur causas secundas neque uniuersales, nec particulares quicquam agere. Quam postmodum opinionem comprobat Gabriel 4 sen. d. 1. q. 1. dicens, quòd causæ secundæ nihil reuera agunt: sed Deus in ipsa statim rerum creatione pepigit ad præsentiam creaturarum se statim agere. Vnde quando ignis applicatur stuppæ nihil ignis agit: sed Deus ad præsentiam ignis ex lege, quam statuit, calefacit stuppam & tandem comburit. Quemadmodum (inquid) si nunc statueret legem, ut quotiescunque ego dicerem, fiat ignis, ipse ad præsentiam uerbi produceret ignem. Sicuti in rei (inquit) ueritate pepigit cum uerbis consecrationis, ut ad præsentiam uerborum Christus se poneret in sacramento, uerbis nihil agentibus.

B

¶ Hanc opinionem loco citato S. Tho. meritò negligit impugnare: sed ait positionem esse stultam: sane quæ ordinem tollit uniuersi. Ego, nisi S. Thom.

C dixisset, non auderem quenquam hoc uerbo subnotare. Sed tamen profecto indigna est, quæ opinionibus philosophorum annumerentur, immò neque illi audiendi sunt, qui temperantius loquentes dicunt satis non esse euidens ignem calefacere & solum illuminare.

¶ Alij in alio extremo fuit opinio, q Deus non agit immediatè: sed ipse creauit primum ens, scilicet primum angelum, & ille per uirtutem recepta à Deo creauit secundum: & ultimus cœlum, & cœlum ista inferiora. Eodem illi mouebantur argumento: quia non poterant intelligere, quomodo Deus & causa secunda simul immediatè concurrunt ad eundem effectum: nam si Deus concurreret, ipse solus uideretur sufficere. ¶ Hanc opinionem sequutus est Auicenna, ut refert S. Thom. 1. p. q. 45. arti. 5. Sed ista opinio præsertim derogat religioni Christianæ, unde contra opinionem utranque statuitur hic prima conclusio. Ad motum omnem & actionem naturalem, nec Deus solus, nec sola creatura, sed Deus simulet causæ uniuersales & causa particularis concurrunt. Quòd non solum Deus concurrat euidentissimum & profecto quanta esse potest naturali euidentia. Primò quia alias nulla est in rei ueritate causa secunda efficiens præter Deum: nam quod Deus ad præsentiam solis calefaciat, E non sufficit, ut sol fit aut dicatur causa: sed causa sine qua non: quam paulò ante diximus esse causam per accidens nihil ad rem pertinens, sicut mus cus est causa statuæ. ¶ Secundò Si Deus non fecit res propter operationes, ociosas illas fecit, atque adeo superfluas & sine aliqua prorsus necessitate: quod sapientiæ diuinæ maximè derogat. Probatur sequela: nam si sol non est qui illuminat, sine sole illuminasset nos Deus eo modo, quo secundum illos nunc illuminat: quid ergo opus fuit solem creare, ut ad eius præsentiam Deus illuminaret? ¶ Tertiò quia tùc nulla esset ratio, quare magis F ad præsentiam solis statuisset illuminare, quam ad præsentiam alterius cuiuscunque rei: nec esset ratio, cur potiùs ad præsentiam ignis ordinasset calefacere, quam ad præsentiam aquæ nec esset ratio, cur potiùs ad præsentiam cibi nutriretur animal, quàm ad præsentiã aeris subintrantis per respirationem. At uerò quis adeo sit stupidus qui non palàm uideat naturam solis esse illuminare, non autem naturam ligni, & naturam ignis esse calefacere, & naturam propriam animalium esse nutrire: quod non conuenit rebus aliis inanimatis: & naturam aquæ extinguere sitim, & naturam melius alium generare

D 1. Cõclus.

saporem

A ſaporem in guſtu, quàm generat aceтum. Et re uera, qui hoc negat, ſine cauſa dicat neceſſe eſt creatas eſſe naturas herbarum, alimentorumque, & aliarũ penitus rerum tam uariorum ſaporũ & cæterarum uirtutum. ¶ Quod ſi quis dicat hanc cenſeri eſſe naturam rerum propter ſolum pactum in earum creatione factum à Deo. Arguitur ſic, Aut pactum hoc intelligitur ſuper aditum naturæ rerum, aut quòd de intrinſeca ratione & eſſentia ſolis eſſet illuminare, & ignis calefacere &c. Si primo modo, ut illi ſe exponunt, iam tunc certè negant illam eſſe naturam rerum: nam quod non pertinet ad eſſentiã, non pertinet ad naturã: dicere enim nemo po-

B teſt naturam uerborum cõſecrationis eſſe tranſubſtantiare panem in corpus: cùm potius ſupernaturaliter ad hoc fuerint inſtituta ratione cuius inſtitutionis ſunt quidem cauſa, ſed tamen ſupernaturalis tanquam inſtrumentum Dei. Et reuera quamuis Deus in prima inſtitutione rerum ſtatuiſſet ad præſentiam lapidis hominem generare, nunquam eſſet hoc lapidi naturale. Si uerò ſecundum dicatur, hoc illud eſt, quod nos uenari contendimus: nempe quòd de intrinſeca ratione & eſſentia ſolis eſt eſſe luminoſum: & animalis nutrire ſe, & generare ſibi ſimile &c. Quòd ſi hoc

C eſt illis naturale, nõ potuit Deus aliter res condere. Vt enim non potuit facere hominem qui nõ eſſet animal rationale, ita non potuit facere animã, quæ non eſſet cauſa ſuæ nutritionis & ſolé, qui ſuapte natura non eſſet cauſa lumi nis. Enimuero, ut ait Auguſtinus ante mundi creationem quatuor & tria erãt ſeptem: nec Deus potuiſſet aliud facere. Et pari modo nec Deus potuit facere, quin cauſæ iſtæ naturales ſuapte natura eſſent cauſæ: propterea namque dicuntur cauſæ naturales. Ecce ergo manifeſtam rationem concluſionis. Res ab intrinſeca ſua natura ſunt cauſæ: & tales eas Deus condidit, qualiter ſuæ conueniebat naturæ: ergo ad effectus iſtos particulares non ſolus Deus, ſed D cauſæ iſtæ particulares concurrunt.

¶ Quartò, quòd hoc ſit etiam lumine naturali euidentiſſimum confirmatur authoritate Ariſt. & omnium Philoſophorum aſſerentium iſta principia naturalia, ſcilicet ignis eſt calefactiuus, aqua eſt frigefactiua, & alia id genus experientia eſſe per ſe nota. Quare indignus eſt hæc negans, contra quem Philoſophus naturalis diſputet. ¶ Quintò, quomodo dicere iſti poſſunt quòd homo non eſt, qui loquitur, aut ambulat: cum hoc fiat per motum linguæ & pedum. Et præſertim in actionibus liberis, quomodo homo meretur, ſi ipſe nõ E eſt, qui ſtudioſe agit: aut quomodo peccat, ſi ipſe non eſt, qui occidit hominẽ. Quin etiam, quomodo concedendum eſt, quòd non homo, ſed Deus ad præſentiam paſſionis prauæ elicit odium ſui in homine. ¶ Et præter authoritatẽ Ariſt. omniumque Philoſophorũ, quibus nihil notius unquã fuit, quã actio ſecundarum cauſarum, eſt etiam expreſſus locus ſacræ gene. 1. ubi habet, Germinet terra herbam uirentem & faciẽtem ſemẽ, & lignũ pomiferum faciens fructum iuxta genus ſuum, cuius ſemẽ in ſemetipſo ſit ſuper terram. Ecce non Deus ſolum, ſed terra produxit lignum quod in ſemetipſo habet ſemen ad procreandam ſpeciem. Et rurſus hominibus dictum eſt. Creſcite & multiplicamini: nempe per propriam actionem, ad quid enim neceſſarius eſſet concurſus utriuſque ſexus, deciſioq; ſeminis, & tam multæ eius tranſmutationes, niſi cauſæ ſecundæ aliquid agerent? Et 1. de trini Aug. Sic Deus res, quas condidit adminiſtrat, ut eas ſuos motus agere ſinat. Fuerim in re manifeſta aliquanto prolixior, ut admonerem non eſſe cuiuſuis aſſertum inter opiniones continuò referendum. Quod autem ſolũ cauſa ſecunda concurrat ſine Deo, imprimis eſſet erroneum id aſſerere & cõtra prouidentiam Dei, qua immediate omnibus prouidet, ut Gregorius adno

Deus ubique concurrit.

tauit

A tauit super illud Iob 34. Quem constituit alium super terram: aut quem posuit super orbem, quem fabricatus est. Et contra illud Ioan. 5. pater meus usq; modo operatur: & ego operor. ¶ Est tamen ratio optima naturalis. Res naturales per formas easdem operâtur, per quas habent esse: nam esse est propter operari: ergo eo modo, quo res à Deo dependent in esse, dependent in operari: sed in esse dependent à Deo conseruante eas per suam præsentiam: ergo eodem modo concurrit cũ illis ad operandum per præsentiam. ¶ Et confir. Rem fieri, est esse acquirere: sed res dũ
B sunt conseruantur à Deo præsente ipsis rebus: ergo dum fiunt, per se etiam Deus attingit earum productionẽ. Hac enim una ratione S. Thom. 1. parte. q. 8 articu. 1. & theologi rectè sentientes probant, Deum esse præsentem omnibus rebus per essentiam: nempe quia immediatè attingit effectũ. Nam aliàs, si solùm moueret primum angelum, & angelus moueret orbem, & orbis hæc inferiora, nullum esset argumentum, quòd Deus esset hic præsens. Non ergo solus Deus mouet hęc inferiora per imperium, sicut Rex uno loco existẽs per imperium mouet totum regnum: sed immediatè attingit, sicut calor ignis attingit stuppam.

¶ Et confirmatur hæc ratio: quia ni-
C si Deus immediatè concurreret cum causis secundis, sequeretur, quòd non posset eas prohibere à suis motibus, nisi obiiciendo contrarijs contraria scilicet non posset ignem impedire, ne calefaceret, nisi contraponendo aquã uel aliam causam frigiditatis. Nam si Deus non concurreret in quacunque actione, tunc suspendendo concursum non impediret actionem causæ particularis. Hoc tamen derogat eius omnipotentiæ, immò solùm suspendendo concursum generalem ad motum fecit solem sistere, Iosuæ 3. & ignem non agere in fornace. Est ergo conclusio principalis uera, quòd Deus cum causis tam uniuersalibus, quàm particularibus concurrit simul ad eundem effectum, vnde ad minorem primi principalis argumenti conceditur Deum esse cuiuscunque motus causam, quæ omnibus assistit per suam præsentiam & omnipotentiam: negatur tamen consequentia, qua inde infertur, causam secundam nihil agere. Dispositio enim, qua Deus omnia suauiter disposuit est, quòd res conditas suis naturalibus uirtutibus concessit agere: & iam dictum est, Deum non potuisse creare rerum naturas quantum ad essentialia, aliter quam fecit: potuit namque non creare ignem, nec solem: sed quòd creatus sol non esset luminosus, & ignis non esset calidus, non potuit fieri, vnde, si non E
fineret res agere, impediret uirtutes naturales, ut fecit in miraculis iam modò citatis, vnde ad argumentum Gabrielis. Deus est causa sufficientissima: ergo creatura non agit, distinguitur antecedens. Quòd enim Deus sit causa sufficientissima in habitu, id est, quæ si uellet ipsa sola facere, quod facit cum causis secundis, id quidem conceditur. Quod autem ille concursus, quo concurrit cum causa secunda, sufficeret facere, quod facit cum causa secunda, id negatur. Et ideo non est superuacaneus concursus causæ secundæ. ¶ Ex quo sequitur dictum illud Petri de Aliaco in principio 4. senten. F
scilicet, quòd plus facit Deus quando concurrit cum igne ad producendum ignẽ quàm si se solo produceret ignẽ: propterea quòd, quando cum igne concurrit, non solùm est causa effectus ignis, sed est causa, quòd ignis calefaciat, certè bona uenia dixerim, non esse uerum: licet fit à Gabriele & aliis tã celebratum. Nam quando se solo facit, supplet concursum causæ secundæ: & ideo specialiori modo cõcurrit: id maximè si rem ex nihilo producat. In hac enim celebra illi hærent, quod putant concursum causæ secundæ non esse illi natu ralem. Si enim hoc inspicerent,

Ad 1. prin.

A uiderent minus eſſe Deum agere cum cauſis ſecundis, quam ſupplere uicem earum: primum enim eſt natura, & ſecundum eſt miraculum. Vbi autem talis uirtus non eſt naturalis cauſæ ſecundæ fateor, quod maius fortè miraculum eſt deum facere. v.g. quòd uerba ſacramentalia actiuè inſtrumentaliter concurrant ad conſecrationem panis, quam ſi abſq; aliquo inſtrumento creato id facere. ¶ Sed reſtat argumentum, ubi plus eſt difficultatis. Si Deus & arbores cœleſtes & ignis ſimul concurrunt ad calefactionem, aut concurrũt æque immediatè, ſicuti duo impellentes columnam, quam uolunt proſterne

B re: aut ignis concurrit immediatè: & Deus mediatè, ſicut ſerra immediatè ſerrat, & artifex mediatè per ſerram: itaque iſtæ creaturæ ſunt ſicut inſtrumenta Dei. Hóc ſecundum dici non poteſt, quoniam ſi Deus ſolùm moueret ignem ad comburrendum ſtuppam, non immediatè attingendo formam, quæ inducitur in materiam ſtuppæ, nó eſſet per eſſentiam præſens omnibus rebus: quod, ut modò dicebamus, falſum eſt. Si autem immediatè concur-

C rat primo modo, tunc nó uidetur quid agat ignis. ¶ Et confir. Deus conſeruat iſta inferiora mediantibus cauſis ſecũdis, ut 1.p.q.104.art.2. probat S. Tho. Creauit enim illas immediatè ſine cauſis ſecundis: ſed conſeruat eas mediantibus cauſis ſecundis: ergo cauſa particularis immediatiùs attingit effectum quàm Deus. ¶ Sed ex alia parte, uidetur quòd etiã Deus immediatiùs attingat. Nam priùs natura Deus uidetur concurrere, quàm ignis, ſiquidem Deus eſt cauſa mouens ignem, quam è conuerſo. Difficile ergo eſt explicare, quomodo Deus & reliquæ omnes cauſæ concurrant æque immediatè. ¶ Hic cõſueuerunt quidam diſtinctionem facere, quam ex San. Thom. tertio. contra gent. capit. 70. ſibi uidentur elicere.

Immediatè dupliciter.

Nempe, quòd dupliciter aliqua cauſa dicitur immediata. Vno modo immediatione uirtutis: & alio modo immediatione ſuppoſiti. Illa cauſa eſt immediata immediatione uirtutis, quæ agit per propriam uirtutem, & illa dicitur hoc modo mediata, quæ agit per uirtutem, quam recipit ab alio. Sed illa cauſa eſt immediata immediatione ſuppoſiti, quæ attingit effectum per hoc, quod mouetur ab alio: & illa eſt hoc modo mediata, quæ mouet aliud ſuppoſitum, ut in ſectione ligni artifex eſt cauſa immediata immediatione uirtutis: & ſerra mediata, ſed immediatione ſuppoſiti contrario modo ſerra eſt cau. à immediata: & artifex mediata. Hoc modo dicunt Deum concurrere immediatè immediatione uirtutis: & ita ſolent homines dicere ſe aliquid facere mediante Deo: quia agunt per uirtutem, quam recipiunt à Deo. Sed immediatione ſuppoſiti cauſæ particulares immediatiùs attingunt: nam mediãtibus illis, ſcilicet per uirtutes, quas eis communicat, conſeruat hæc inferiora. Nec prorſùs diſplicet iſta diſtinctio (quamuis non ſit formaliter. Sanc. Thomæ) dummodo non intelligatur eſſe integram ſimilitudinem. Nam primùm res naturales agunt per uirtutem ſibi propriam competentem ſuæ eſſentiæ: licet habeant illam adeo, ſicut ab illo habent naturam. Et præterea Deus non eſt, ut artifex, qui non tangit lignum: nam per eſſentiam, ut dictum eſt, eſt præſens effectui, qui producitur. unde non eſt neceſſarium non conſtringi his anguſtijs: ſed ſatis eſt dicere, q̃ ſingulæ cauſæ concurrunt in ſuo genere immediatè: & quælibet eſt in ſuo ordine talis: putà ignis tanquàm cauſa uniuoca, & particularis, & orbes cœleſtes tanquàm cauſæ uniuerſales, à quibus particulares pendent: & Deus tanquàm cauſa omnium prima. Quam ob cauſam San. Thom. loco citato ait, quòd principaliùs effectus dependet à prima cauſa: & quantò cauſa eſt ſuperior, tantò principaliùs dependet ab illa. Hæc ille. Sed tamen eſt conſide-

D

E

F

randum,

A randum, quòd cum causæ uniuersales indifferenter se habeant ad omnes effectus, causa particularis determinat omnes causas uniuersales, quasi materialiter, ad productionem huius effectus. Et ideo quantùm ad emanationem effectus immediatiùs procedit à causa particulari: eò quòd producitur similis, non causis uniuersalibus, sed particularibus. ¶ Sed aliud posset fieri argumentum. Deus priùs natura agit, quam causæ secundæ: ergo quando causæ secundæ agunt, iam est productus effectus. Respondetur, quòd prioritas hæc naturę nō est prioritas instantis, in quo verum sit dicere: Deus agit quando creaturæ non agunt. Non enim priùs isto
B modo Deus agit, quam creatura, sed omnino simul. Quod autem prius natura Deus agat, nihil aliud est, quàm, quòd Deus moueat creaturas ad agendum: non tamen prius mouet, quàm causa particularis determinet in genere causæ materialis causas uniuersales ad agendum. Et hoc est memoriæ commendandum.

2. Cōclus. ¶ SECVNDA conclusio. Forma substantialis est principium formale principale, quo agens agit: & forma accidentalis est principium, quo minus principale quodammodo instrumentale. Probatur primò authoritate Arist. supra citata 3. huius text. 17. ubi ait,
C quòd species, id est forma principium est, & causa motus. Et confirmatur ratione. Vnumquodque agit, inquantùm est actu: sed per formam res est in actu: ergo per eam operatur. Exponitur maior. Id quod est possibile, ut antichristus per hoc solùm quod possit esse, nihil agit realiter. Nec id quod potest esse calidum, calefaciet, nisi actu sit calidum. Et per consequens ignis non producit ignem, nisi per id, quod est actu ignis: nequè equus producit equum, nisi p id, quod est actu equus: sed ignis est ignis, & equus est equus, p formas ergo illa sunt principia agendi. ¶ Præterea Intentio agentis est assimilare sibi passum: sed passum non assimilatur D
agenti, nisi in forma & specie: ergo forma est principium agendi. ¶ Et postremò id confir. quia materia nullius est actiuitatis: restat ergo, ut actio sit à forma. ¶ Secunda pars conclusionis probatur. Quemadmodum forma ignis est id, quo ignis est ignis, ita calor est id, quo ignis est calidus sed eo principio, quo aliquid est actu tale, facit sibi simile, ergo sicut per formam facit ignem, per calorem facit calidum. Et confirmatur: quia quicquid est calidum, siue ferrum, siue aqua calefacit. ¶ Atqui in hac conclusione, ut iacet nulla est inter doctores controuersia. ¶ Vnde ad 2. principale respondetur, quòd esse per
E se principium & causam actionis stat dupliciter, uno modo tanquàm principium, quòd, & isto modo ignis est per se causa & principium calefaciendi & generandi ignem: quia, quòd alicui cō uenit per suam propriam formam, cōuenit per se, alio modo tanquam principium, quo, quod est esse rationem formalem agendi, & hoc conuenit formæ quæ dicitur principium per se & primò. Quocirca Deus: quia est res simplicissima, est per se primo principium suarū actionū, tanq̄ quod: & tanq̄ quo.

¶ EST autem hoc sub iudice, utrum Ad 2. prin.
accidentia sint instrumenta attingentia ad productionem formæ substantialis. v.g. ignis per calorem non solùm F
calorem, sed formam substantialē producat. Scotus namque in 4. sen. d. 12. q. 3. pro indubitato habet, quòd accidēs, nec principaliter, nec instrumentaliter cōcurrit ad productionem formę substantialis. Præcipua & unica eius persuasio est, quam tertio argumento tetigimus: nempe, quòd nulla res agere potest ultra suam speciem, id est quòd res inferior non potest producere effectū se nobiliorem ¶ Nihilominus & ratio physica & oculata experientia uidetur contrarium persuadere. ¶ Ideoq; tertia conclusio huius quæstionis est. Calor est igni instrumentum ad producendū

A non solùm calorem, sed formam substantialem. Probatur. Ratio mediorum sumitur à ratione finis, ut in hoc secundo. tex. 91. asserit Arist. sed ignis non calefacit, nisi, ut formam substantialem inducat in materiã: ergo calor, qui est instrumentum calefaciendi, est simul instrumentum producendi formã. ¶ Et confirma. Ad productionem caloris, qui est minima dispositio ad introductionem formæ substantialis ignis, naturali necessitate subsequitur forma substantialis, sed calor attingit illam dispositionem: ergo attingit formam. Et confirma. quia certè calor naturalis in animali instrumentum est nutritionis
B & augmentationis, ut expressa est doctrina Philosophi. 2. de anima, text. 50. nutritio autem est productio partialis substantię ergo ¶ Sed secũdò arguitur. Radij solares in speculo concauo reflexi producunt formam ignis: ergo calor producit substantiã. Non negamus, quin sol producat illam: sed tamen uidetur esse ratio, quod non producat immediatè: nisi per calorẽ intensum. Nã cùm sol non fit formaliter calidus neque ignis, uidetur, quòd non producat ignem, nisi mediatè per caloré formalem. ¶ Et confir. adhuc euidentiori experientia. Ferrum candens, ubi tamen non fit formaliter ignis, stuppam appli
C catam inflammat: sed forma illa substãtialis ignis non potest produci à forma ferri, ergo producitur à calore tanquã uirtute ignis. Et tertiò principaliter arguitur. Virtus seminis in matrice fœminæ immediatè producit animam tanquàm uirtus generantis. Est enim semẽ
Ad 3. prin. in potentia corpus uiuens, ut habetur 2. de anima tex. 10. & tamen uirtus illa est accidens: ergo. ¶ Profecto sunt adeo manifestæ experientiæ ad rem comprobandam, ut Scotus loco citato in hanc ceciderit solutionem. Ait enim, quòd propter nullam experientiam concedẽdum est, quòd res nobilior producat nobiliorem. Vnde quando nulla alia (inquit) causa nobilior signari possit, quæ educat formam animalis ex semine: cedendum est, quòd forma immediatè producitur a solo Deo: potiùs quàm dicatur fieri à uirtute seminis. ¶ Hoc tñ nescio equidem, quomodo in physica sustineri possit. Nam primum omnium simpliciter reputaret impossibile Philosophus quicunque in lumine naturali primam causam aliquid efficere posse in his inferioribus, nisi mediãte causa secunda. Manifestissimè ergo illa responsio contradicit Arist. immò & Philosopho Christiano. Nam quamuis nostra nos fides docuerit, Deum se solo posse facere id, quod facit per causas secũdas, id tñ dicimus esse miraculũ. Cũ
E autẽ de rerũ natura sermo est, nullatenus conceditur Deum sine cã secunda effectus producere naturales: aliàs in generationibus semper essent miracula. ¶ Item ut lib. 1. q. 7. dictũ est, sola anima rationalis est, quæ à solo Deo producitur. animæ uerò brutorũ, si à solo Deo producerentur, non educerẽtur, de potẽtia materiæ, nec esset differẽtia inter animã rationalẽ & animã brutorũ. ¶ Irẽ Arist. 7. meta. tex. 31. expresse ait, q̃ semen potestate, & uirtute continet formã, sicuti ars artificis, licet realiter nõ sit domus, est tñ uirtus faciendi domũ, ubi Cõmentator & Galenus dicũt uirtutẽ cęlestẽ adesse semini ad generãdũ: sed uocant eã diuinã: quia est uirtus
F & generãtis & omniũ causarũ uniuersaliũ. ut. 3. de gene. animaliũ latè differit Arist. Certè nescio, quomodo negari posset, quin uirtus seminis attingat ad ꝓductionẽ formæ. ¶ Et confir. prętera cõclusio in his, quæ per putrefactionẽ generãtur, & in animalibus quæ febre, aut alio accidẽte moriũtur: ubi certè forma cadaueris ab accidẽtibus producit. Et hæc est cõclusio S. Tho. 4. d. 12. q. 1. arti. 2. & 3. p. q. 77. art. ad tertiũ argumẽtũ. Vbi ait, q̃ immutationes naturales nõ fiũt immediatè à forma substãtiali: sed ab ea mediãtib' accidẽtibus. Intelligat ergo sic cõclusio, q̃ quemadmodũ ignis est agẽs, quod calefacit, & ꝓducit

formam

A formam ignis, ita utriusq; motus principium, quo est & forma substantialis, & simul calor, illa quidem principale, & hæc instrumentale. ¶ Et præterea est mihi argumentum sumptum ab artificialibus, quorum analogia cognoscimus naturalia. Serra à forma sua naturali solùm habet scindere lignũ, scindere autem hoc uel illo modo ad faciẽdum, uel scannum, uel arcam, hoc non habet à se, sed ex motione artificis utẽtis lectione serræ, & eam quodãmodo eleuantis ad productionem huius, uel illius formæ artificis, ergo eadem proportione quamuis concederetur propriam actionem caloris esse calefacere
B tamen ignis calefactione utitur ad producendum formam. ¶ Scio & hoc Scotum negare in 4. sent. d. 1. q. 5. negat in quam instrumentum artis aliquid agere propterea, quia durities inquit serræ non est actiua. ¶ Sed re uera hoc est uniuersa in quæstionem reuocare, quis enim neget formam serræ factam esse ad incisionem, & artificem per serrã secare? Non enim nos dicimus, quòd serra agit actione naturali, sicut ignis
C per calorem, sed actione artificiali. Et simili proportione dicimus, quòd formæ substantiales non sunt principia immediata ad generandum: sed id faciunt mediante calore. ¶ Sed dubium est hic propter uerba, quæ statim ibidem subiungit Scotus, ubi ait, quòd calor, qui producitur ab igne in aqua, non expellit effectiuè gradum frigiditatis sibi cõtrarium, sed formaliter. Dubium, inquam, est an uerum hoc sit. Et uidetur esse verum propter eius rationem, quę est hæc. Vbi duæ formæ sunt contrariæ & incompassibiles in eodem subiecto non potest una alteram expellere, quia cùm omne agens agat per contactum, necesse esset, ut ambæ essent simul ad hoc, quod una aliã expelleret, sed quia formaliter repugnant, expellunt se formaliter. Ponit exemplum. Sicuti vnum corpus, inquit, non expellit aliud esse
D effectiuè ab eodem loco, sed formaliter, & ita inquit serra expellit non effectiuè, sed formaliter particulas ligni, quod secat à loco, quem ipsa intrat. ¶ Sed re uera quamuis, ignis per formam substantialem principaliter expellat frigiditatem, id nihilominus facit instrumentaliter per calorem, quem introducit: Quod & experientia, & suũ ipsius exẽplum manifestat. Mirabile enim esset sanè, quòd cùm ego cupiens esse in loco, in quo est alius, expello illum humeris, tunc non concurram effectiuè: & quod serra uel gladius effectiuè non separet partem corporis ab alio, post quam contingunt se. Dubitari ergo profecto non potest, quin ignis per calorẽ, quem producit in aqua effectiuè expel
E lat frigus. Sicut aer intrãs effectiuè aperit fenestram: licet non stent simul introitus aeris & clausa fenestra. Nec satis mirari possum, quomodo hoc Scotus negare potuit. ¶ Respondetur ergo, quòd calor, qui introducitur, expellit frigiditatem. Enimuero, ut ego pello alium loco per hoc, quod ipse desinit esse in illo per instans primum non esse quod est primum esse, quo ego sum in eodẽ loco, ita calor, qui introducitur, pellit frigiditatẽ, ad quod sufficit, quod frigiditas desinit esse per primum non esse quod est primum esse cõtrarij gradus caloris. Et hic concursus sufficit, vt se dicantur cõtingere. Quo circa priùs
F natura introducitur calor, quàm frigiditas cõtraria pellatur: quia in his, quæ sunt simul tempore, nihil aliud est esse priusnatura altero quam esse alterius causam. ¶ Respondetur ergo ad tertiũ principale, quæ est ratio Scoti, per distinctionem: quòd res ignobilior tanquàm causa quidem principalis, & particularis non potest rem nobiliorem vltra suam speciem producere. Et ratio huius est: quia omne agens huiusmodi intendit producere sibi simile in specie. vt homo hominem: ignis ignem, &c. attamen tanquàm instrumentum & uirtus alterius causæ nihil omnino uetat, quominus accidens concurrat

A ad generationem substantiæ. ¶Sed replicat Scotus contra hãc solutionem inquirens, quid nam intelligatur, cum dicitur calorem in uirtute substãtiæ producitur substantiam. Aut enim per illam uirtutem intelligitur aliquid respectiuum, aut absolutum non est dicendum, quòd sit relatio: quia relatio cùm sit minimæ entitatis, non est causa substantiæ. Si uerò sit aliquid absolutum: aut est substantia ipsa: & sic non datur, quòd accidens producat substantiam. Aut est accidens caloris: & sic petitur principium dicendo, quòd illud accidens est causa substantiæ. ¶Adhoc metaphysicum argumẽtum respondetur,
B quòd illa uirtus substantiæ in calore ad producendum ignẽ, nihil aliud est prorsus, quàm calor ipse, dicitur enim ille agere in uirtute substantiæ, id est tanquam uirtus substantiæ. Nec petimus principium dicẽdo, quòd uirtus sit instrumentum producendi substantiam, considerat enim Scotus calorem ignis, ac si esset per se suppositum, quod propria uirtute agit, cum tamen attẽte intelligendum est uerbum Aristo. 7. meta. text. 2. ubi ait, quòd accidens non est ens: sed entis ens. Quo palam significatur, accidentia nihil aliud esse, quàm virtutes quasdam substantiæ: ut sicut oculi dati sunt homini ad uidendum: & pedes ad ambulandum: ita calor naturalis datus est illi, ut sit uirtus nutriendi,
C augmentandi, & generandi, unde non est imaginandum, ut Scotus fingit calefactionem esse per se à calore: & generationem formæ a forma substantiali: quia calori, sicut per se naturaliter non conuenit esse, ita nec operari: sed utraque actio est à forma substantiali per calorem. Neque priùs natura forma substantialis calefacit, aut producit formam substantialem, quam hoc faciat per calorem, obidque si ignis daretur per miraculum sine calore, sicut non posset calefacere, ita neque ignem generare: sicut homo sine oculis non posset uidere.

¶ Quarta huius quæstionis conclusio est. Calor separatus ab igne, dum modo sit extensus in quantitate, producit omnino eundem effectum, quem produceret, si esset in igne, ut calor, aut frigus sacramenti altaris eundem gradum omnino caloris & frigoris naturaliter producit in manu, quem produceret, si esset illic panis. Neque hoc est, qui negare possit: quamuis Scotus dicat, quòd hoc non faciunt in uirtute panis. Sed tamen profecto, ut de semine dicebamus, illa accidentia eodem modo afficiunt manum, quo afficeret panis: quia agunt tanquam uirtus relicta à pane. Qua propter cum aqua calida calefacit manum, illius certè calefactionis principium non est forma substantialis aquæ, ut aliqui existimant, sed calor in uirtute ignis. Et hac de causa calefactio illa dicitur naturalis: non à natura aquæ, sed à natura ignis. Dixerim, si sit extensus; quia cum actiones naturales fiant per motum corporalem: fit, ut sicut non possunt recipi, nisi in subiecto quanto, ita nec exerceri possunt, nisi ab agente, quod sit quantitate extensum.
¶Hinc sequitur, quòd si calor summus, ut octo (qui suapte natura ésse non potest, nisi in igne) per miraculum esset ab igne separatus, produceret eodem modo formam substantialem ignis, ficut si esset in igne. Hanc conclusionem subsequenter ad tuam opinionem negat Scotus: sed tamen, qui senserit calorem in igne esse instrumentum & uirtutem ad producendum ignem, concedat subinde opus est, quòd separatus itidem efficiat. Et ideo S. Thom. 1. p. q. 53. articu. 1. non minus calor (inquit) calefaceret, si esset per se subsistens, quàm si esset inhærens, id est si esset ut quatuor, calefaceret ut quatuor, & si esset ut octo, calefaceret ut octo: atque adeo tunc produceret ignem. ¶Et probatur conclusio. Calor ut octo, est dispositio sufficiens ad introductionem formæ ignis, ergo ubi

D Quarta cõclusio.

E

F

cunque

A eunque sit, eundem faciet effectum: sicut uirtus seminis in absentia animalis, à quò decisum est, generat animal.

¶ Sed probatur secundò. Detur calor summus, ut octo sperat⁹: cui applicetur gutta aquæ, & arguitur sic. Ille calor producit in materia aquæ calorem ut octo, quantus ipse est (neque hoc negare potest Scotus: siquidem calorem per se concedit calefacere) sed cum calore, ut octo non se compatitur forma substantialis aquæ: ergo in tali materia non erit forma aquæ & per consequés uel erit materia sine forma, uel introduceretur forma ignis. ¶ Perseuerat ad hoc argumentum respondere Scotus, quòd tunc à solo Deo corrumpe-

B tur forma aquæ, & introducetur forma ignis. Sed non est mirum, cùm in generatione naturali equi ex semine id concedat, si posito miraculo caloris separati idem asserat. At uerò, qui uirtutem seminis intellexerit concurrere ad productionem substantiæ, nihil metuet confiteri calorem summum separatum posse producere substantiam, vnde ad quartum argumentum respon-

☞ detur, quòd quando inquit Arist. actiones esse, non formarum, sed suppositorum, loquitur secundùm rerum naturam: quia illis tantum conuenit operari, quibus conuenit esse: nam operari

Ad 4. pri. est producere esse simile agenti. Attamen si per miraculum detur accidens per se esse ad modũ substãriæ, cõsequẽter habet agere, sicut ageret substantia.

5. Cõcluſ. ¶ Qvinta, atque postrema conclusio quæstionis est. Activitas agentis attenditur penès multitudinem formę tàm substantialis, quàm accidentalis. Nam quantitas accidentis quantitatẽ consequitur formæ substantialis: sãltẽ existentis in sua naturali dispositione. Itaque ignis bipedalis eadem proportione dupla, qua plus habet multitudinis, & caloris, & formæ substantialis, quàm ignis pedalis, potest maiorem effectum producere. Conclusio hæc sequitur ex superioribus hac ratione. To-

D ta uirtus agentis est forma: ergo secũdùm eius quantitatem erit & actionis quantitas. Ex quo sequitur, quòd ubi esset forma infinita, esset actiuitas infinita: & ubi finita, finita. Sed tamen contra hoc est argumentum. Nõ augetur, aut diminuitur actio; nisi secundum proportionem, qua augetur, aut diminuitur causa totalis: sed causæ particulares non sunt causæ totales, cùm simul requiratur concursus causarum uniuersalium: ergo ignis bipedalis non erit in duplo maioris actiuitatis, quam pedalis: quippe cùm causæ uniuersales non mutentur, sed eodem concurrant cum igne pedali, quæ concurrunt cum igne bipedali. ¶ Responsio est manifesta ex

E his, quæ paulò ante dicebamus. Causæ enim uniuersales non agunt nisi ex determinatione causarũ particularium. Et ideo in illa proportione, qua causa particularis est maior, plus concurrunt Deus & causę uniuersales cũ tali causa. ¶ Quapropter quamuis causa particularis non sit totalis, illa tamẽ aucta, aut diminuta, in eadem proportione augentur, aut diminuitur concursus causarum uniuersaliũ. ¶ Attamen circa

☞ solutionem quinti argumenti, quod nonnullos in errorem adducit, notandum est quòd multitudo formæ attenditur penes multitudinem materiæ. Ita Ad

ur in eadem proportione in qua plus F est de materia, plus est de forma. Ratio huius est, quia materia, ut lib. 1. dictũ est: nihil aliud est, quàm potentia formæ, & forma nihil aliud, quàm actus materiæ. ¶ Secundò notandum est,

☞ quòd multitudo materiæ cognoscitur per extensionem & intensionem, ubi est æqualis densitas, aut penes densitatem, ubi est æqualis extensio & intensio. Exempli gratia. Flamma ignis bipedalis in duplo plus habet multitudinis formæ, quàm flamma ignis pedalis, ubi utraque esset flamma stuppæ æquare: ubi uerò flamma pedalis est densior, puta quandò fumus ligni uiridis inflammatur, non opus est

A duplam materiam esse in igne bipedali: atque adeo neque duplam formam, immò potest esse plus materiæ & formæ in igne minori. In rebus calidis, ubi non est formaliter ignis, sed calor, res patet euidentius. Plus multitudinis caloris est in pruna pedali querci, quàm in pruna pini: quia quercus lignum est densius: ubi sint æquales quantitates & intensiones. Et multò plùs erit in ferro æquali. ¶ Tertiò notandum est, ut 6. huius libr. 1. de gene. per ampliùs constabit, quòd est insignis fallacia dignoscere multitudinem formæ penes intensionem. Enimuero neque in ferro neque in alia re, quæ non sit formaliter ignis, potest esse tam intensus calor, quàm in flamma rarissimi ignis: nam cùm calor sit dispositio naturalis ignis, esse nequit summus calor: nisi ubi est forma ignis: in ferro uerò, ubi non est ignis, non potest esse calor tam intensus: sicut in flamma ignis. Hinc sequitur quòd æqualis multitudo caloris in materia æquè extensa intensior erit, ubi materia fuerit rarior. Et hinc fit, quòd licet in substantia ferri non sit formaliter ignis, quia non est calor intensus uerbi gratia nisi ut. 6. applicata tamen stuppa inflammabitur: quia cùm illa multitudo caloris ferri producatur in stuppa, magis intenditur, & ideo fit C ignis. Demus exempli gratia intensionem fieri per additionẽ gradus ad gradum: dico, quòd in pedali ferro calido, ut quatuor, multò plus caloris est, quã in flamma ignis pedalis licet non sit tã intensus calor, quoniam illi gradus in ferro non uniuntur secundùm intensionem: sed condensantur, ut sic dicamus in dẽsiori materia, unde si ferrum illud posset rare fieri ad tantam raritatem, quanta est flamma ignis, fieret quidem in centuplo. v.g. extẽsius, quàm modò est, & tunc in nulla eius parte tãtũ calefaceret: sicut flamma ignis. ¶ Et per hæc patet responsio ad formam quinti argumenti. Negatur, q̃ in ferro cãlidissimo sit minus multitudinis caloris, quam in flamma stuppę, licet in flamma stuppæ D sit intensior, negaturq́; ubicunq́; calor est intensior, esse plus multitudinis formę, nisi cętera sint paria in raritate, immo dicimus quòd in ferro pedali est multò plus multitudinis caloris, ob idque uehemẽtiùs calefacit. ¶ Sed est adhuc replica. Sit. v.g. pinus calida, quæ in eadem proportione sit extensior, in qua ferrum est densius, ita ut sit æquale de multitudine materiæ & formæ caloris in utraq;. Tunc arguitur sic. In toto illo ligno tãtum est de multitudine formæ caloris, quantum in minori ferro: & tamen uehementiùs calefaciet ferrum, quàm lignum illud, cuicunque eius parti fiat applicatio, ut experientia E constat, ergo non attenditur actiuitas per multitudinem formæ. ¶ Respondetur, quòd in tali casu uehementiùs calefaciet totum ferrum, non quidẽ propterea quod habet plus de multitudine formæ: sed quia uirtus unita fortior est seipsa dispersa, quia dum tota multitudo formæ, quæ extenditur per 10. pedes condensatur ad pedalitatem, uehementiùs agit. At uerò hęc ad unguem examinari nequeunt, quoadusque lib. 1. de gene. explicemus naturam intensionis. ¶ Hinc sequitur, quam sint sine apparentia sophismata, quę hic indignè à nonnullis multiplicantur. v.g. si esset ali quod pedale uniformiter calidum, ut F quatuor uolunt probare, q̃ illud posset fieri infinitè calidum sine additione noui caloris, ut si diuiso per partes proportionales calor primæ partis per rarefactionem extendatur per totum, & itidem calor secundò partis per rarefactionem extendatur per totum, & ita calor cuiusq; partis, hoc enim modo putant resultare caloré infinitè intẽsum, quia cuicunque parti adduntur infiniti calores eiusdem intensionis. Nulla est tamen in argumẽto apparentia. Primò quia multitudo formę quomõcunq; cõdensetur, aut rarefiat, semper est eadem, & ideo actiuitas nunquã uariabitur. Et præterea calor non pót de se rarefieri:

nisi

A nisi ponatur in subiecto rariori. Si autem subiectum efficiatur rarius, sicut rarefiunt illæ partes, deberet subiectum extendi in infinitum, & esset infinitè rarum, quod implicat contradictionem. Et præterea licet admitteretur illa sua imaginatio, deueniendum est ad tantã raritatem caloris, qua non posset esse maior. & tunc non posset calor minoris partis extendi per totum. ¶ Hęc aiaque id genus sophismata multiplicantur hac tempestate: quibus & repora discipulorum & ingenia perdantur. ¶ Sed & subiiciunt hoc loco quæstionem, an potentia tam actiua, quam passiua terminetur per maximum quod
B sic, aut minimum quod non: ubi alia sophismatũ genera indigna profecto, non solum Philosophiæ, sed & summularũ etiam uolumine. Quocirca nõ ré adeo existimamus necessariam, ut peculiaris de hoc sit quæstio: sed lib. 6. ubi Aristo. mentionem facit de proportione motuum, quod fuerit necessarium, dicemus. ¶ Sequitur in textu caput quartum cum quinto & sexto usque ad textum 67.

In capite. iiij. textu. xxxix. Dicuntur autem fortuna & casus &c.

Quæstio Quinta.

C

VTRVM FORTVNA ET casus & perinde fatum in numero sint causarum.

ADVERSVS partem affirmatiuã arguitur primo. Nulla est fortuna, ergo ꝑsupponit falsum. Añs patet non solũ authoritate August. qui in principio statim retractationum accusat se, quòd aduersus academicos sæpe fuerit usus nomine fortunæ, uerum & gentiles ipsi lumine naturali negabant fortunam, unde Satyricus ille satyra 10. Nullum numẽ abest, si sit prudentia: sed te nos facimus fortuna deam, cęloque locamus. D

¶ Secundò arguitur. Esto esset fortuna, de illa tamen nulla potest esse scientia: nam, ut patet hic apud Philosophum tex. 52. fortuna est causa per accidens: scientia uerò ut. 1. post. text. 19. & infra habetur, non est nisi de his, quę sunt per se. ¶ Et confir. Fortuna, ut patet in tex. 53. est occulta & immanifesta: ergo de illa nulla est diffinitio: nam diffinitio est, quæ rei naturam manifestat: cuius tamen non est diffinitio nec esse potest scientia. ¶ Tertiò principaliter arguitur, quia uidetur Arist. contraria dicere de fortuna, dum inquit fortunam esse causam per accidens: nempe effectus illius, qui est præter intentionem agentis: & E tamen text. 58. & 61. dicit, q̃ solùm cõtingit fortuna in his, quæ agunt à proposito per intellectum.

¶ Et confirm. 2. Partitur Phi. in text. 48. ea, quæ fiunt, in tria: nam alia (inquit) & fiunt semper, alia frequenter, in quibus fortuna non contingit: alia uerò sunt, quæ in minori parte. i. raro contingunt: & in his tantùm est fortuna, hæc autem diuisio est insufficiens, ut ait Auicenna quem citat illic Commentator: nam alia sunt æqualiter contingentia ad utrumlibet, ut hominem sedere & non sedere: tacere & loqui &c. quę etiã uidentur esse à fortuna: cùm causæ naturales ad huiusmodi effectus de se sint F indifferentes & indeterminatæ: ergo diminutus fuit Aristote.

¶ Quartò principaliter arguitur. Si fortuna esset numero causarum ascribenda, ea maximè reduceretur ad genus causæ efficientis: ut Aristo. ipse docet text. 65. sed hoc est falsum: ergo. Probatur minor. Materia est de se causa indeterminata, quia de se ad nullam speciem determinatur: nisi per formam: ut. 3. huius tex. 65. uidebimus: sed fortuna & casus sunt causæ indeterminatæ & indiffinitæ, ut habetur hic tex. 53. ergo fortuna potiùs reducitur ad genus causę materialis. ¶ Et confirmatur. Effectus

A ctus fortuitus est ille, qui accidit effectui intento ab agente, ut patet in textu 51. ut si aliquis uadat ad forum gratia salutandi amicum, & præter intentionem inueniat debitorem, à quo recuperat pecunias: sed huius fortuiti effectus prima causa fuit finis intentus, propter quem ille iuit ad forũ: ergo finis ipse potiùs est fortuna, quàm causa efficiens, putà quàm homo uadens ad forum. ¶Quintò principaliter arguitur. Fatum nullatenus est asserendum: ergo. secunda pars quæstionis præsupponit

falsum. Probatur antecedens: primò authoritate Grego. in hom. epiphanię dicentis. Absit à fidelium cordibus, ut

B fatum aliquid esse dicant. Et præterea ratione. Aut fatum idem prorsus est, q̃ fortuna. s. causa præter intentionem agens, aut est aliqua certa causa agens prouidenter ex intentione. Non primum, quia. ut. 5. de ciui. Dei, cap. 9. ait Augustinus. fatum dicitur à fundo. ut fatum sit id, quod est prędictum ab aliqua prouidentia. Si autem detur secundum, tunc causa illa, quæ dicitur fatum non potest esse, nisi Deus, qui ab æterno prę ordinauit ea, quæ in rebus futura sunt: Deum autem appellare fatum inconueniens est, quod quid agit, sicut eum appellare fortunam: nam deus liberè agit, fatum autem censebant Philosophi

C esse causam necessariam, puta syderum constitutionem, ut ait illic Augustinus. & astrologi iudiciarii docent. ¶In contrarium uerò. s. quòd fortuna, & casus sint, patet ex text. præsenti 39. & 42. ubi ait multa fieri à fortuna & text. 52. ubi diffinit fortunam.

¶Materia hæc casus, & fortunæ uisa nobis est aptior, quæ in commentis tractaretur, quàm in quæstionibus: & ideo plura illic diximus, quàm hic sumus dicturi. Quatuor sunt termini, qui quandam inter se, uidentur habere similitudinem. s. fatum, fortuna, casus, & occasio: quæ quodammodo attinere uidentur ad rationem causæ: ob idq; licet hic Aristo. solùm de fortuna, & casu loquatur, de his omnibus operæ D pretium est dicere nempe de fortuna & casu in j. arti. 2. in secundo de fato.

¶Fortuna à fortè dicitur: fortè autem id fit: quod est præter intentionem. Quò fit ut fortuna, & perse causa, è regione opponantur. Etenim causa per se illa, quæ ex intentione operatur: atq; adeo inde sequitur, ut effectus idē, qui respectu superioris causę est per se, respectu inferioris, quæ à superiori dirigitur, sit per accidens. Vulgatum exemplum est, quod S. Tho. 1. p. q. 116. arti. 1. ponit. ut si dominus duos seruos eodem mittat, seorsum vtrunque, intẽtione, ut sibi sint inuicem obuij: quã tamen intentionem illis non reuelat, sed diuersa illis dat negocia. Tũc, quòd sibi ipsi concurrant, respectu eorum est E fortuitus effectus: quia est præter scientiam & intẽtionem eorum: at respectu domini nõ est fortuitus: sed per se intẽtus. Exemplum hoc materiã hanc illustrat, & secundũ philosophos naturales & secũdũ Christianos. Philosophicnim Phi. de ori Arist. præcedẽtes fuerunt in triplicie pi tuna, diuc nione, ut hic meminit Arist. tex. 40 Pri sæ opinio ma opinio fuit eorum qui omniõ negabãt fortunã: ea ducti ratione, ut tex. 53. adnotauit, q̃ cum effectus fortuitus (quia est per accidens) non habeat certã & determinatã causam, fortuna est causa hominibus occulta. Et præterea, F quia ut text. 58. dixit causa, quæ per se non operatur, nõ est simpliciter causa. ¶Hos repellit Philosophus ex cõmuni omniũ consensu uno ore dicentis multa fieri à fortuna à casu. ¶Secunda opinio fuit in alio extremo, quæ refertur text. 44. Democriti dicẽtis in motibus cęlorũ fuisse fortunã & ratione materiæ, quia. s. illuc fortè concurrerunt orbiculares atomi, qui fuerunt causa motus circularis cęlorum, quoniã ut q. 3. dicebamus: quia Democritus negabat causam finalem, & per cõsequẽs efficiẽtem, omnia dicebat facta esse à casu. ¶Illos tamen tanquàm omnium ineptissimos reprobat ibidẽ Arist. ut in com-

Fortuna nominis deriuatio.

men.

A men.latiùs dictum est:quia cũ experientia constet in his inferioribus res naturales non fieri à fortuna (quia ex oliua non nascitur,nisi oliua)à fortioridicendum est motus illos,qui multo sunt diuiniores,atq; adeo illorum causæ,contingere ex necessitate naturæ.Et præterea,quia experientia docet in effectibus naturalibus aliquæ contingere mostra, illos autem regularissimos motus nunquam compertum est deficere.¶ Tertia opinio recitatur tex 47.s.q; fortuna est quæda prima causa omnium fortuitorum effectuũ:sicut Deus est prima causa omnium effectuum per se,unde anti qui eam colebant tanquàm deum, ut
B Augustait.5.de ciui.dei cap. 18.Iude, ut arbitror mouebantur.quod non poterãt intelligere,quomodo effectus fortuiti sequantur ex concursu causarum per se:u ide cum omnium effectuum ſ gnanda sit aliqua causa,cogebantur dicere fortunam esse aliam causam realiter distinctam àcausis per se. ¶ Opinio autem Aristo.consistit in hoc, q; fortuna & casus sunt causæ efficientes distinctè à causis per se,non quidem realiter, sed sola ratione.

Diffinitio fortunæ. ¶ Diffinit ergo fortunam Phi. tex.52.hoc modo. Fortuna est causa efficiens,per accidens, in his quæ secundùm propositum fiunt propter finem,
C raroque contingunt. Ad cuius intelligentiam(licet in commento utcunque sit exposita)animaduertendũ est, quòd diuisio causæ in per se & per accidens est analogica:causa enim simpliciter ioluam dicitur de causa per se intendente finem,sicuti equus est causa equi: statuarius causa statuæ: & mercator per negociationem, causa diuitiarum: & homo per uirtutem causa felicitatis. Causa uerò per accidens est solùm causa secundùm quid:quippe quæ non habet,aut propriam formam naturalem, aut proprium propositum ad illum effectum ¶ At uerò causa per accidens, ut q.3.dicebamus, uno modo accipitur pro ea forma, quæ accidentaliter coniungitur cum causa per se:sicut musicus est causa statuæ. Et hæc non est fortuna, alio modo ut coniungitur cum effectu per se, & hoc dupliciter. Vno modo remouendo prohibens,aut resistendo corrumpenti, ut amouens columnam sustinentem tectum, est causa ruinæ tecti:& sal est causa præseruationis carnium. Et neque isto modo causa per accidens est fortuna:quia hæc agunt ex intentione.¶ Tertio modo dicitur causa per accidens,quia attingit positiuè, non quidem ad effectum cuius est causa per accidens, sed ad aliquam dispositionem,sicut furor tyrannorum erat causa patientiæ martyrum. Et hæc
E causa in moralibus dicitur occasio:sicuti in naturalibus per antiparistasim calor solis in æstate est causa per accidens frigiditatis aquæ in puteo, nam unum contrarium non est directè causa alterius, sed per accidens,ut frigiditas fugiens calorem intendit se. Et hoc modo patientia martyrum,quæ necessaria erat in persecutione tyrannorum, efficiebatur fortior. ¶ Quarto modo causa dicitur per accidens, quia attingit effectum,quem non intendebat, ut fodiens sepulchrum est causa thesauri. Et hæc fortuna uel casus. Quare causa per se & fortuna sola ratione differunt respectu diuersorum effectuum,
F ut in commento 50. adnotauimus. ¶Hinc elicit Aristot. text. 1.51. quòd tam fortuna, quàm, casus contingunt in ijs,quæ agunt propter finem.Non q; casus fortuitus sit intentus tanquàm finis:sed quòd sit per accidens adiunctus causæ intendetis finem,ut inuentio thesauri adiungitur fossioni terræ qua intẽditur sepeliri mortuum.Dupliciter autem exposuimus illic, quomodo semper casus fortuitus cõtingat in ijs,quæ sunt propter finem, uno modo q; talis actio,aut fiat,aut apta sit fieri propter finẽ,ut si quis indeliberatè & occisè fricans barbam erueret sibi oculum, ille est casus,licet illa actio nullum habuerit finẽ, quia nata est habere finem.Se-

cundo

D

A cundo modo melius, quòd talis effectus fortuitus, licet tunc actu non fiat propter finem, sit tamé aptus fieri propter finem. Quod itidem super tex. 63. adnotauimus. Et cùm moueri a fine sit proprium causæ efficientis, tam fortuna quàm casus reducitur ad genus causæ efficientis, ut habetur textu. 65. ¶ Secundo notandum ex Philosopho. text. 48. quòd cùm effectuum alij contingunt semper, alij frequenter, alij uerò raro (quæ membra illic abunde exposuimus) fortuna, non est, nisi eorum, quæ in minori parte, & rarò cõtingũt. Si enim quis nauigãs in hieme pereat, certè nõ potest dici casus: quia talibus nauigationibus frequenter contingit

B naufragium. Et qui delectationis causa fornicatur, non a casu peccat, quia peccatum semper adiungitur tali actioni.

Agere propter finé. ¶ Tertiò notandum est ut superius tex. 49. diximus, quòd agere propter finé contingit dupliciter. uno modò à proposito, scilicet ex cognitione & electione particularis agentis, ut est in actionibus liberis: aliæ uerò sunt, quæ agũt ex necessitate naturæ, non quidem, quòd ipsa se moueant ad finem, sed quòd mouentur à datore naturæ: sicut cũ ignis generat ignem: hirundo facit nidum: formica cõgregat grana. &c. Et in hoc differunt fortuna & casus, ut egregiè manifestat Ph. tex. 58. & infra. ¶ Sunt

C ergo in diffinitione fortunæ particulæ quinque. Prima ponitur loco generis, scilicet causa efficiens. Secunda particula est, per accidens, ad differentiam causæ per se: quæ sola ratione differt à fortuna. Tertia in ijs, quæ agunt propter finem ad explicandum, quòd cùm quis indeliberatè fricat barbam, illa fricatio non est à fortuna licet non sit intenta: quia illic non sunt duo effectus: sed unus solus, qui fit temerè. Quarta in ijs quæ rarò & in minori parte cõtingũt, ad differẽtiã eorũ, q̃ semper, aut frequẽter accidunt. Et in ijs omnibus quatuor particulis conueniũt casus & fortuna. Quinta particula est, secũdũ propositũ, & in hoc differt fortuna à casu generaliter dicto, ut expositũ est. Quapropter hac sola particula dempta residuum erit diffinitio casus. Ex quo sequitur, q̃ causa per accidens superius est ad casum & fortunam, nam musicus est causa per accidens statuæ: & non est fortuna nec casus. Casus uerò superius se habet ad fortunam: ut habetur in tex. 57. ¶ In summa, casus & fortuna est concursus duarum per se causarum à neutra earum intentus. Exempli gratia. Quis ex intentione recreandi animum in forum exiit, regula tũc appetitu naturali ex grauitate cecidit quando homo erat subtus, causa illius percussionis fuerũt duæ causæ per se intendentes alios fines, quarum utraque est per accidens respectu illius, quia neutra illarum intendebat illam percussionem. Itẽ quis intendens thesaurum seruare defodit subtus terram, quem fortè subitò mortuus illic reliquit, alius intendens plantare uineam defodit terram & inuenit thesaurum. Et hunc in modum est casus & fortuna. Atqui hoc modo intellige re oportet, quod omnis effectus per accidens reducitur ad causam per se, nempe quòd si hic effectus est per accidens, est quia fit præter intentionem alicuius causæ, & per consequens illa intendebat alium effectum respectu cuius est causa per se. Ex quo sequitur, quòd differentiæ fortunæ, nempe cum dicitur bona uel mala, parua uel magna, non sumuntur, nisi ex parte effectus, ut super tex 56. adnotauimus.

D

Nota.

E

Effectus p accidẽs reducitur ad causã p se.

F

¶ Per hæc manifesta fiunt uniuersa, quæ & philosophi & poetæ de fortuna prædicauerunt. Primò namque dicitur fortuna causa occulta & immanifesta, in quo approbatur quodammodo tertia opinio supra recitata. Cùm enim fortuna non sit causa quæ ex intentione faciat certum effectum, non equidẽ possumus per effectum uenire incognitionem causæ, id quod super textum 53. exposuimus.

Qualitates fortunæ.

Occulta.

¶ Secundò fortuna non operatur secundum

A dum rationem: ex ijs, quæ rarò contingunt, non possumus rationem certam sumere, vt super text. 55. satis expositũ reliquimus. Bandem ob causam dicitur fortuna insana, cœca, bruta, uolubiliq; saxo instans, ut Cicero lib. 2. ad Hæren nium ex Pacuuio refert. Insana quidem, quia magnos subitos & atroces habet effectus. Cæca, quia oculus causæ efficientis est intentio, & fortuna inquantum fortuna non operatur ex intẽtione. Bruta: quia qui sit indignũ quid ve dignũ fit, internoscere nequit. Saxo uolubili insistens: quia semper est in cõtinuo motu. ¶ Hinc rursus sequit, quàm, fuerint cęci, qui fortunã, aut causam unã, aut certè Deam fecerũt, ut Aug. lib. 4. de ciui. dei, cap. 18. meminit. Si enim Dea esset, quomodo mala, cæca, insana &c. immò cũ fortuna sit causa, quatenus non agit à proposito, nulla esse potest certa causa. ¶ Sequitur ex his denique, quomodo Christianis licitum sit de fortuna loqui. Primum omnium respectu Dei nulla est fortuna. Cũ. n. nec passer cadat in terrã sine Dei prouidentia, apud quẽ capilli etiã capitis numerati sunt, nihil in rebus accidere põt, qđ ipse nõ præordinauerit. Fit ideo, quemadmodũ in principio dicebamus, si dñs duos seruos consulto mittat, ut sibi fortè in aliquo loco occurrant, respectu quidẽ illorum occursus erit fortuitus, non tamen respectu domini: ita prorsus licet respectu causarum particularium, siue à proposito, siue ex necessitate naturæ agentium, effectus dicatur fortuitus & casualis, quia non sunt ab eisdem causis particularibus intenti, & eadem ratione huiusmodi causæ dicantur fortuna uel casus, tamen respectu Dei nullus est effectus fortuitus: nec ipse potest dici fortuna: quia Deus nihil fortè: sed summo iudicio facit. ¶ Quocirca abusus est uerbi, cùm dialectici aiunt Deũ contingenter creare, aut quicquã aliud facere: & enim contingenter idem est, quod fortè & de se indeterminatè facere: quod Deo nequaquam conuenit.

B

Christianis de fortuna loqui quomodo liceat.

C

Sed abutuntur nomine contingentiæ pro eo, quod est, libere agere. Enimuero infinita Dei omnipotentia in hoc ẽt licet, quòd effectibus necessarijs causas attribuit necessarias: contingẽtibus uerò contingentes quòd 1. p. q. 19 arti. 8. ait S. Tho. Vt motibus cęlestibus motrices intelligentias: & istis effectibus corruptibilibus attribuit causas, quæ possunt per alias impediri, unde non sequitur hæc medicina contingenter sanat: & Deus concurrit cum ea ad sanandum contingenter: ergo Deus contingenter cõcurrit. Nam propterea medicina contingenter concurrit, quia taliter concurrit, ut impediri possit eius intentio: Deus tamen concurrens cum illa non impeditur: siquidem concurrit cum alia causa impediente: & nihil seipsum dicitur impedire. Sed concurrit certissimo modo qualiter ab æterno præsciuit. De hoc autem satis. ¶ Hac eadem de causa Ph. 2. magnorum moralium ca. 8. ait ibi minus esse fortunæ, ubi plus est intellectus: & cõtrario. Nã cũ aliquid esse à fortuna nihil sit aliud, quàm esse præter intentionem, fit, ut qui plura in futurum prouidet, ei pauciora fortuitu accidant: hominibus autem improuidis multa casu eueniant, ut in bello, quantò dux industrior est & prouidentior, quia plura facit ex intentione, pauciora contingent illi præter intentionem, unde 1. ethi. cap. 9. & 10. dicit, ꝙ fęlicitas, eo quòd consistit in operatione uirtutis, quę ex deliberatione operatur, non est à fortuna. Tametsi in lib. 7. c. 13. dicat bona exteriora fortunæ seruire fælicitati. & 1. poli. c. 7. dicit, quòd fortuna minimũ dominatur in artibus, quæ sunt artificiosissimæ.

D

Vbi minus de intel. ibi magis est fortuna, & è conuerso.

E

F

¶ IGITVR ad primum articulum quæstionis respondetur unica conclusione. Fortuna non est simpliciter causa: est nihilominus causæ per accidens, quæ reducitur ad genus causæ efficientis. Prima pars est Aristo. text. 54. cuius ratio est quia id solùm est simpliciter tale, quod per se est tale:

Cõclusio.

A le: fortuna autem cùm non intendat effectum fortuitum, non per se est causa. Quocirca effectus fortuitus nullâ habet simpliciter câm. Secúda pars. ſ. quòd sit causa per accidens, in diffinitione fortunæ dixerat Arist. Quod tamẽ reducatur ad genus causæ efficientis, asserit text. 65. cuius ratio est, quia fortuna & casus non est nisi in his, quæ agunt propter finem: agere autem propter finẽ est proprium causæ efficientis.

Ad 1 prir. ¶Vnde ad primum argumentum respõdetur, ꝙ Augustin. prohibet Christianis frequenter uti nomine fortunæ. Nõ ꝙ non sit nobis licitum ita loqui, si intelligimus fortunam eo modo, quo explicatum est. ſ. concursum fortuitum causa-

B rum per se intendentium alium finẽ: sed propter ea: quia nomen fortunæ, uidetur insinuare aliquam causam, quę agat præter intentionem dei, cum tamẽ p æter eius intentionem, qui omnia scit, nihil contingat. Vnde non est dicendum hoc fortuna uoluit, aut noluit: sed hoc Deus uoluit, aut noluit, quia solus ipse, & cui ipse reuelauit, sciuit aut nouit ea quæ fortuito contingunt.

¶Et in eodem consensu negauit Satyricus fortunam: non quòd negasset experientiam, qua uidemus multa fortuito contingere: sed optimè negauit Deam,

C quæ ex intentione operatur casus fortuitos. Et ideo dixit, quòd ubi adest prudentia, & præuisio futurorum, nullum numen. i. nulla Dea deest: quia prudẽtia est sufficiens causa futurorum. Debuisset tamen gentilis addere, ea, quæ nos prouidemus, Deum præuidisse.

Ad secũdũ. ¶Ad secundum respondetur, quòd quãuis fortuna sit causa per accidens, nihilominus per se conuenit fortunæ, ut sit causa per accidens: & tota illa diffinitio, quam ponit Arist. fortunæ. Et ideo de illa potest esse scientia: non quidem per propositiones per accidens, sed per ꝓpositiones per se: qualis est illa, in qua prędicãtur diffinitio fortunę de diffinito: & illæ ꝓterea, in quibus prædicãtur passiones de illa, ut quòd fortuna sit causa occulta, agens præter rationẽ &c. D

¶Et eodem modo ad confirmationem respondetur, quòd quamuis fortuna sit res occulta, nihilominus hoc fit manifestum de illa ex sua diffinitione, quòd est occulta, eò quòd effectus fortuitus ex multis causis potest prouenire. Ad tertiũ.

¶Ad tertium respondetur, quòd nulla est in uerbis Arist. cõtrarietas. Est enim fortuna causa per accidens, propterea quòd effectus fortuitus nõ est intentus à tali causa: est nihilominus fortuna semper in his, quæ agũt propter finem, ideirco quòd talis causa semper intẽdit alium effectum, cui adiungitur effectus fortuitus, vt in cõmentis, & i hac quæstione latè expositum est. ¶Cõfirmatio secunda est argumentum Auicẽnæ, ut E

supra text. 48. insinuauimus. Ait enim, quòd si actiones istæ humanæ, quæ sunt ad utrumlibet indifferentes, considerẽtur, quatenus sunt effectus uoluntatis, sunt quidem à proposito, quia homo ex intentione stat: aut sedet, ambulat aut quiescit: si uerò considerentur inquantum sunt effectus naturæ, quæ de se est indifferens principium huiusmodi motus & quietis, sunt, inquit à casu. ¶Nulla uerumtamẽ rõne opinio hæc fulciri potest. Enimuerò conditio effectum non debet materialiter pensari ex causa remota, quæ de se est indeterminata: sed formaliter ex causa determinante F

& applicante alias causas ad effectum. Et quia uoluntas est, qua determinatur homo sedere, uel ambulare, idcirco, licet ex natura rei sint res indifferentes ad utrumlibet, censentur tamen ab Aristotele inter ea, quæ ex necessitate, uel ut plurimũ cõtingunt: propterea quod posita causa. ſ. uoluntate non impedita semper sequuntur huiusmodi effectus, obidq; nullatenus dicuntur à casu, uel fortuna, sed à proposito. Quis enim dicat à casu, me modò ambulare, & Petrũ sedere: aut me dicere, illumq; scribere.

¶Ad quartum principale conceditur, Ad quartũ ut dictum est fortunã reduci ad genus causæ efficientis. Et ad primam rationẽ

in

A in contrarium respondetur, quòd alia est indeterminatio materiæ, quæ determinatur per formam ad certam speciem: & illa non sit forte sed ex intentione agentis alia est indeterminatio agentis, quæ determinatur per finẽ. Et hæc indeterminatio constituit rationẽ fortunæ. ¶ Ad confirmationem respondetur, quòd causa proxima fortuiti effectus est agens, quod quidem proinde dicitur fortuna, finis autem intentus à tali causa est causa remota, quæ mouebat agens, & ideo talis finis non est fortuna.

Fatum

De fato (quod ad secundum articulum quæstionis attiner) duæ fue-

B runt apud priscos contrariæ per extremũ opiniones. Vnam ferunt fuisse Stoicorum, ꝙ fatum est series & ordo naturalium causarum, quę inexitabili necessitate effectus operatur: ut ꝙ iste moriturus esset hac morte & hac die, ꝙ futurus esset fortunatus, aut infortunatus ex necessitate fati uenire, unde Crysippus, ut refert Aulius Gelius lib. 6. cap. 2. qui fuit (post Zenonem) Stoicorum princeps. Fatum est (inquit) sempiterna quædam & indeclinabilis series rerum & cathena. Et Seneca itidẽ Stoicus lib. 2. naturalium quæstionum, cap. 36. fatum (inquit) existimo necessitatem rerum omnium actionumque quã

C nulla uis rumpat. Tametsi quantùm ad Senecam pertinet uidetur profecto in subsequentibus Christianè loqui de fato. Hinc multi ex antiquis fatorum necessitati attribuebant prosperitatem & aduersitatem uitæ & mortis humanæ, unde Virgilius de Paride. Te tua fata trahunt, ne cæpta relinquere possis. Hinc astrologi dicunt fatum esse constitutionem & positionẽ syderum, qua quisque natus est. Quam inquiũt habere uim super complexionem humanam, ut homini in uita prosperitates istæ, aut illæ, & aduersitates uariæ cõtingant. ¶ In alio extremo (ut Augustinus 5. de ciuitate. ca. 9. arbitratur) fuit Cicero in libris de natura deorum & de diuinatione. Nempe, qui ut necessitatem fati aduersus Stoicos negaret, incidit in aliam amentiam, ut diceret, Deum non esse præscium omnium futurorum. Arguebat enim, ꝙ si præscita sunt à Deo omnia futura, eo ordine necessariò eueniẽt, quo futura esse præscita sunt, obidque non esset in nostra potestate euitare mala, quæ facimus, aut facere, quę omittimus bona. Et ita inquit Augustinus, ut homines faceret liberos, fecit sacrilegos: uidelicet ut crederent Deum non habere omnium præscientiam. ¶ Medius modus, qui creditur fuisse Aristo. & quem fides Christiana confiterur, est, quem ex dictis illic ab Augustino & ex Boetio. 4. de consolatio. colligit S. Th. 1. p. q. 116. & quem. 3. con. Gentiles, cap. 92. latiùs exponit, uidelicet quòd fatum est ordo causarum naturalium præordinatus & præscitus à Deo, quæ ita influũt in hæc inferiora, ut tamen ex sua natura deficere possint, & ex diuina libertate dependeant, & hoc utriq; opinioni recitæ contradicimus. Primæ quidem, quia non ponimus fatum esse causam necessario & inuitabiliter agentem: secundæ uerò, quia confitemur Deum omnium ab æterno fuisse præsciũ, nihilominus suam præscientiam nullam necessitatẽ imponere rebus, quominus eas sinat agere secundùm suam naturam, ut aliæ possint alias impedire. Exempli gratia. Constellationes cęlestes, & ordo omnium causarum naturalium, non est dubium, quin aliquid agant ad mores hominum, non quidem necessitando, sed disponendo. Enimuero, quia anima est actus corporis, multum afficitur ex dispositione corporis: quæ sententia est Arist. 1. de anima tex. 12. Colericus. n. suapte naturaest iracundus: & ad literas aptus, phlegmaticus uerò desidiosus, literasque ineptus. At sanguineus est est benè natus ad beneuolentiam hominum conciliandam. Isti tamen effectus impediri possunt per educationem, & alias causas etiam naturales. Item Ger-

D

E

F

mani

A mani ad alios mores sunt propensi, quàm Hispani, vnde mediatè huiusmodi sydera sub quibus homines nascuntur, possunt esse causæ bonæ & malæ fortunæ. Et hic ordo & concursus causarum est fatum à fando, quia est prædictus à Deo. ¶ Conueniunt ergo & differunt fortuna & fatum. Primo enim conueniunt, quòd utraque causa est hominibus occulta. Et præterea, quia sicut fortuna non est, nisi in habentibus intellectum, ita nec fatum est propriè: nisi in hominibus, aut in aliis rebus, quatenus ad fortunam hominum pertinet. Non enim dicitur fatum arboris, aut bruti, cùm fulmine pereunt: quemad-
B modum diceretur fatum hominis. Differunt tamen, q̃ fortuna, ut dictum est, dicit causam per accidens, quę unum intendit, & aliud consequitur: fatum uerò est causa per se inclinans ad aliquem effectum: qui tamen potest per aliam causam particularem impediri.

Nota. ¶ Sed est hic tamen ad maiorem horum intelligentiam adnotandum, q̃ illi effectus particulares hominum ex triplici causa superiori contingunt. Primò ex
☞ cõstellationibus cęlestibus, ut modò dictum est influentibus in corpora humana, ratione quarum dispositionum anima inclinatur ad hos uel illos effectus. Secundò ex angelis custodibus,
C qui aut prouinciis, aut personis particularibus sunt in custodiam deputati, ut nobis bona persuadeant: sicut
5. Cõclus. dæmones persuadent mala. Et tertiò ex prouidentia Dei. Deus autem, quia omnia futura in particulari cognoscit & nihil fit præter eius intentionem, non dicitur fortuna, ut supra dictũ est. Neque dicitur fatum: nam fatum est id, quod passiuè dictum & ordinatum est: scientia uerò & potentia Dei nõ est dicta nec ordinata, sed dicens & ordinans. Est ergo Deus causa gubernans, & ordinans: & eius concursus est gubernatio & prouidentia, quę nihil contingenter & indeterminatè agit, sed omnia ex certo iudicio. Et ideo, ut supra dixi-

mus, non est dicendus causa contingẽs D
cum eius intentio impediri non possit. Neque concursus & custodia angelorũ uocatur fortuna: quia ex intentione nos custodiunt. Nec propriè angelus est fatum, quia non est in ordine causarum naturalium. Ordo autem naturalium causarum est fatum ratione iam dicta. Non tamen uocabitur fortuna, aut causa per accidens & casualis respectu effectuum, quos intendit, ut quando nascitur monstrum, illud quidem erit casuale respectu particularis agẽtis: quia est præter intentionem eius: non tamen erit casualis effectus respectu causarum cœlestium: quippe qua ex intentione cõcurrebant cum aliis causis E
particularibus impedientibus rectam dispositionem materię, & efficientibus monstrum. ¶ Quocirca homo dicitur benè uel malè fortunatus respectu causarum particularium, præter quarum intentionem contingit illi talis effectus, scilicet inuentio thesauri, aut casualis mors, ut si casu flante salubri aere in tali temporis articulo homo liberatur à morte, est benè fortunanus respectu omnium naturalium causarum, quæ non intendebant illũ effectum: sed non dicetur fortunatus respectu Dei qui illud faciebat, nec respectu angeli custodis, qui potuit ex intentione esse causa illius. Tametsi notandum sit obiter in Nota.
præsentia, quòd fortunatus non dici- F
tur propter unum actũ fortunæ, sicut nec studiosus propter unum actum uirtutis: sed propterea quòd plurimum illi prospera accidũt. ¶ Respectu autem constellationum cœlestium, à quibus homo benè uel malè inclinatur, dicitur homo benè uel malè natus. At uerò respectu angeli non dicitur homo benè natus, sed benè custoditus; quia ex intentione custodit nos. Et eadem ratione, nec respectu Dei ullo modo dicimur benè, aut malè nati aut fortunati: sed benè gubernari, & benè prouisi. Non tamen malè gubernati: quia malorum, quæ nobis contingunt, aut nos

sumus

A sumus causa per uoluntatem, si sunt mala culpę, aut si sint alia mala pęne Deus occulto iudicio illa ordinauit ad bonũ. ¶Hinc demum sequitur, ꝙ in ijs, quæ depẽdent ex solo cõcursu Dei (ut creatio mundi, cõseruatio angelorum & orbiũ cęlestium) quæ cum suapte natura sint perpetua entia ex, nulla causa secunda, sed ex solo Deo dependent, nec esse potest fortuna, nec casus, nec fatũ: quia cùm non dependeant ex causa, quæ deficere possit, nihil potest illis à casu, uel fortuna contingere. In his autem inferioribus, quia dependent ex causis secũdis, pòt contingere casus & fortuna: & quãto res ex pluribus causis depẽdent,
B tãto pluribus accidentibus casualibus sunt subiectæ. ¶ Et hic rursus sequitur, ꝙ uoluntas nostra nulli est immediatè subiecta fortunæ, aut casui: quia in suis actionibus à solo Deo immediatè depẽdet. Nec alia causa mundi potest eam di
☞ rectè mouere: nisi angelus uel dęmon, non quidem compellendo, sed proponendo sibi obiectum bonum uel malũ per modum persuasionis. Et ideo non habet quo possit se à commissis peccatis excusare: sed de hoc aliàs. Ad quintũ
Ad 5. arg. ergo argumentũ respõdetur primò ad authoritatem Gregorii, ꝙ interdicitur Christianis nominare fatũ eo mõ, quo
C Gentiles loquebantur de fato credẽtes, esse causam necessariã ineuitabilẽ, unde fabulabãtur esse apud inferos tres Parcas à cõtrario fato nominatas, qđ nemini parcerent: secundũ tres differẽtias tẽporis, puta pręsentis, pręteriti & futuri, quæ quidẽ ad modũ nentiũ: filum uitæ nostræ ducunt: filum enim, quod in fuso tortũ est, significat tẽpus præteritũ vitę quod modò ex colo trahitur & filo torquetur, significat instans præsens: quod uerò ex colo nondũ extractũ est, significat tẽpus futurũ. unde Lachesis filũ deducit ex colo. Clotho uerò fusum torquendo colligit filiũ: sed Atropos illud rumpit, quas quidẽ fingebãt esse in exorabiles, quia unicuiq; destinata est uitæ periodus. Putabant. ꝙ. præscientiã Dei necessitatẽ rebus imponere. Et hoc est, D
quod Greg. condẽnat & August. 5. de ciuita. dei. ca. 9. At uerò si modo iã exposito loquamur de fato, ut sit ordo rerũ pręordinatus & præfatus à Deo, qui nõ imponit necessitatẽ rebus, nihil periculi est uti hoc nomine fato. Vnde idẽ Augustinus eodẽ lib. cap. 1. si propterea inquit euẽtus rerũ quisquã fato attribuit: quia ipsam Dei uoluntatẽ fati nomine appellat, sentẽtiã teneat, sed linguã corrigat. Quocirca si astrologi nihil aliud nobis prænunciarent, quàm euentus aliquos in generali ad quos sydera nostræ natiuitatis inclinant, neque illos ita affirmarent inuẽtabiles, tollerabiles qui dẽ essent, sed de hoc merito quidẽ reprę E
henduntur, & quod ad particularia nimiũ descendũt, & summã certitudinem suis prænosticis arrogant. ¶Ad rationẽ autẽ satis respõsum est, dum cõstituta est inter fatum & fortunam differentia, ostensumq; est, quemadmodum fatum non est Deus, neq; eius prouidentia: sed ordo naturalium rerum ab ipso præstitutus. ¶De arte ariolãdi: qua utebantur gentiles, ex animalium gestis, auiumq; uolatu, & aliis id genus futuros euẽtus portendentes, nihil opus est mẽtionem facere: quippe cùm ea dæmonum fallaci suasione obseruabant.

In cap. vij. tex. lxxv. Dicendum, &c. F

Quæstio Sexta.

VTRVM NATVRA agat propter finem.

Parte negatiua arguitur primò contra primam cõclusionem Arist. in tex. 76. ꝙ physico incumbit per omnes causas demonstrare. Si hoc esset uerum, maximè ut ait illic Commenta. quòd physica proprium est cõsiderare materiam: sed hoc non: quia metaphysicus abstrahit à materia (cum tractet de intelligentijs)

A & tamen habet etiam ipse considerare omnes causas, ut Aristo. 3. meta. text. 3. docere uidetur. ¶Secundò principaliter arguitur contra eundem textum, ubi aut tres causas in idem concidere. Forma ignis est pars substantiæ: eius tamen finis est calefacere, nã esse est propter operari. Et in artificialibus forma domus est ordo partium: finis autem est habitatio: ergo forma & finis non sunt idem. ¶Et confirmatur. Materia nonnunquam & efficiẽs coincidunt: immò & materia & finis (ut quando aqua se reducit ad frigiditatem) ergo debuisset Aristo. dicere, ꝙ omnes quatuor causæ aliquando coincidunt: & non tantùm tres. Tertiò principaliter arguitur con-

B tra aliud dictum eiusdem textus 70. s. quòd illa, quæ non habent in se intrinsecum principium sui motus, non cadunt sub physica, Cæli non mouẽtur ab intrinseco, ut q. 1. huius libri dictũ est: & tamen pertinent ad physicam considerationem: nam libri de cælo sunt mere physici. Immo intelligentias, quæ nullo modo mouentur: nec sunt entia naturalia, pertinet ad physicum considerare, de quibus proinde differit Aris. 8. huius, ergo dictum illud est falsum. ¶Quartò principaliter arguitur. Natura non mouetur à fine, ergo non agit propter finem. Consequentia est nota: nam, propter, dicit motionem, qua agens

C mouetur a fine & ad finem. Sed probatur antecedens. Quando ignis comburit stuppam, forma generanda nullatenus potest mouere ignem: nam aut moueret illum realiter per se immediatè: & hoc non, cùm talis forma nõ sit. Aut per hoc, quod ignis recepit uirtutem agendi à tali fine: sicut ait Aristo. graue moueri à generante, & hoc non: quia adhoc saltem requiritur, ꝙ illa forma fuerit. Aut mouetur intentionaliter: sicut infirmus à sanitate futura: quam cognoscit, mouetur ad sumendam potionẽ & hoc nõ, quia ignis nõ cognoscit. ¶Et confirmatur. Si natura agit propter finẽ, maximè animalia illa bruta, quorum exempla ponit Philosophus: sed eà D non ergo. Probatur minor. Aut hirundo extruens nidum cognoscit finem. s. pro creationem filiorum, aut non: si non cognoscit, malè dicit Aristo. quòd illa animalia non agunt ex deliberatione: nam si cognoscunt finem, ordinant media ad finem. Si tamen non cognoscant finem, mirabile est, quòd tanta arte utantur hirundines, apes, & uermes illi serici, bombices nomine. Et re uera quicquid sit de aliis, tamen formica cõgregans grana uidetur cognoscere finem, nam cognoscit alimentum: & canis uenaticus uidetur cognoscere ferã, quam absentem indagine sequitur.

¶Quintò principaliter arguitur. Si na- E tura ageret propter finem, id maximè esset, quia causa naturali concursu & instinctu producit talem effectum (hoc enim sonat agere propter finem) sed si hoc esset uerum, sequeretur, quòd cùm natura producit monstra, ageret etiam tunc propter finem: quoniam sicut naturali concursu producitur perfectus homo, ita naturali concursu causarum uniuersalium & particularium impedientium productionem perfecti hominis producitur monstrum. Consequens tamen est contra Aristo. c. 8. appellantem monstra peccata naturæ, atque adeo effectus per accidens, propterea ꝙ F raro contingunt.

¶Sextò principaliter arguitur contra aliam conclusionem in text. 88. s. ꝙ necessitas in rebus naturalibus sumitur à fine. Duricies ossis & oculorum molitudo prouenit ex dispositionibus materiæ: quia scilicet in ossa est magis densa & sicca: in oculo uerò mollior & rarior, & ꝙ æs appositum igni liquescat, lignum uerò uertatur in cineres, prouenit ratione materiæ, scilicet, quia materia æris est aquea, materia uerò ligni terrea. Itẽ quòd res istę substantiales sint corruptibiles: prouenit ratione materiæ quia, scilicet sunt materiales, necesse alius finis earum corruptionum: ergo malè dictum est, ꝙ necessitas sit à fine.

¶Septimò

A ¶Septimò demum arguitur aduersus aliud uerbum in tex. 91. quo insinuatur finem esse priorem causam, quam materiam, atque adeo omnium causarum primam. Materia est perpetua loquendo naturaliter, & in rei ueritate præsupponitur ad introductionem formæ, quæ, ut docet Aristo. coincidit cum fine: ergo materia est prior causa, quàm finis. ¶Confirmatur. Ordo causarum particularium sumendus est ex ordine uniuersalium, sed inter causas uniuersales prima omnium est Deus, qui est prima causa efficiens: ergo causa efficiens præcedit finem. ¶In contrarium est authoritas Arist. qui per totum cap. 8. probat natu-
B turam agere propter finem.

¶Quæstionis huius materia abundè cõstat ex textus expositione: sed ne filum quæstionum rumperemus, mota est, ut & textus & commentatorum epilogum faciamus. Summa trium capitulorum à textu 68. usque ad finem huius secundi libri consistit in septem conclusionibus, tribus præambulis in 7. c. & quarta principali. in 8. & tribus item appendicibus.

1. Cõclus. ¶Prima in textu statim 70. Philosopho naturali incumbit per omnia causarum genera respondere, & suas conclusiones demonstrare. Ratio est, ut in commento 68 diximus: quia considerat res
C naturales, non solùm quantùm adesse, quod est à forma, sed quantum ad fieri: ad quod requiruntur aliæ tres causæ. Idem pollet ratio Commenta. commẽ. 70. scilicet, quia physicus habet considerare materiam, quæ dependet à forma, & per consequens propter finem educit formam de potentia materiæ: unde mathematicus, ut illic dicebamus, quia abstrahit à materia, solùm demonstrat per formam, scilicet, per quiditates & diffinitiones rerum: nihil considerans de efficiente & fine. De metaphysica uerò, quæ tangitur in primo argumento, non ita manifestè determinauit Aristot. quòd habeat tractare de omnibus causis: ut 3. metaph. sect. 5. adno-
D tauit S. Thom. Nihilominus etiam metaphysica tractat de omnibus causis, alia tamen ratione, quam physicus. Cũ enim consideratio eius sit de ente in cõmuni, de cuius ratione non est materia (quia intelligentiç, quæ sunt optima entia sunt immaterialia & ingenerabilia) non considerat de materia & forma quæ sunt partes rei naturalis, sed considerat de forma totius, quæ est quidditas rei constans ex genere & differentia tanquàm ex materia & forma. Non enim diffinit hominem, quod sit compositum ex corpore & anima: sed quòd sit animal rationale. Quòd si consideret de materia & forma physicus, id facit in
E genere, quatenus sunt potẽtia & actus, quæ sunt entis differentiæ. Et eadem ratione non tractat de fine intrinseco generationis, sed de extrinseco rei gentiæ, & per consequens nec de efficiente, quatenus mouet motum, sed de mouente non moto. Tractat enim de intelligentiis, quæ mouent non motæ, & sunt secundùm Arist. extrinsecus finis omniũ corruptibilium. Tametsi re uera Deus sit ultimus omnium finis. Et per hęc patet solutio ad primum.

2. Cõclus. ¶Secunda conclusio est in eodem textu. Forma & finis sunt idem re, quibus efficiens etiam est idem secundum rationem. Nam finis mouens ignem ad
F comburendum stuppam est forma introducendo sibi similis in specie.

¶Sed pro solutione secundi argumenti notandum est, quòd duplex est finis, alius est finis generationis, & alius rei genitç. Finis generationis est ipsamet forma, quæ introducitur per generationem. Et de hoc fine loquitur Ph. Cùm enim unus equus generat alium, forma equi generantis non habet rationem formæ in tali generatione, sed forma equi geniti, quæ eadem fuit finis: mouens agens, ut producitur sibi simile. finis autem rei genitæ est actio, puta ut res genita iterum operetur. Sicut finis generationis plantæ est forma plantæ: finis autem rei genitæ est fructus. Et

A de hoc fine non ait Aristot. quòd concidat cum forma, Immo nec semper talis finis cadit sub consideratione physica. Finis enim hominis est operari secundùm uirtutem, quę pertinet ad Philosophum moralem: ut fruatur beatifica uisione, cuius consideratio pertinet ad theologum. ¶ Ad confirmationem respondetur, quòd in generatione substantiæ nunquã materia potest coincidere, nec secundùm rem, nec secundùm rationem, uel cùm efficiens (quia materia nullius est actiuitatis) uel cum forma, aut fine, quia materia est pura potẽtia, & forma & finis sunt actus. Et ideo Aristo. non dixit materiam coincidere

B cum aliis causis. In alterationibus uerò nihil prohibet, ut materia & agens sint idem, ut quando aqua reducit se ad frigiditatem, ubi etiam perfectio aquæ est finis. Aut quando semen per uirtutem intrinsecam digeritur ad generationem: quamuis etiam tunc aqua moueatur in uirtute generantis, & semen in uirtute animalis, à quo fuit decisum.

3. Cõdus. ¶ Tertia conclusio est in eodem textu. Mouẽtia, quæ mouent mota, id est, quę habent in se intrinsecum principium sui motus, pertinent ad physicam considerationẽ, quia sunt entia naturalia: illa uerò, quæ mouent, & non mouentur, id est, quæ non habent principium

C intrinsecum sui motus, quia non sunt entia naturalia, non pertinent ad physicum, unde infert tria esse genera rerum ad tres scientias pertinentia. s. intelligẽtias, quæ nullo modo mouentur, cœlum quod mouetur sed non corrumpitur, & ista corruptibilia.

Ad 3. ¶ Ad tertium igitur argumentum respõdetur, ꝙ cęli, licet nõ habeãt principiũ intrinsecum actiuum sui motus, habẽt tamen principium passiuum motus localis, ut eadẽ quęstione dictum est, obidq; sunt entia naturalia pertinentia ad physicam, sed quia non sunt corruptibilia, distinguntur ab aliis entibus naturalibus. De intelligentiis uerò & prima causa alia prorsus ratione, quàm, meta-

D physicus, tractat Philosophus naturalis. Metaphisicus enim tractat de illis, quatenus sunt quędam entis genera per suas diffinitiones quiditatiuas (quales pro isto statu de illis uenari possumus) physicus uerò duntaxat tractat de illis per ordinem ad motum: reducit enim particulares motus ad prima mouentia particularia: deinde ad uniuersalia, ut cur genitus est homo, quia ex semine humano: & cur semen erat humanum: quia decisum ab homine. Et illud ad primum mouens particulare. Nihilominus: quia causæ particulares dependent ab uniuersalibus, necesse habet tractare de cœlis & eorum motibus. Atque

E adeo perscrutari tenetur, utrùm talis motus cœlorum conueniat illis ab intrinseco, an ab extrinseco. Et hac necessitate tractat de intelligentijs, inquantùm sunt cœlorum motrices. Vtrùm uerò sunt materiales uel spirituales, hoc pertinet ad metaphysicum. Et hæc de septimo capitu. quod in Commentis latiùs expositum est.

¶ In cap. viij. constituit principalem conclusionem quartam in ordine, qua respondetur ad quæstionem, quæ, ut in Commentis dicebamus, in præcipuis est, quas Aristot. asseruit. Nam enim solùm ad intelligentiam rerum naturalium summo opere conducit,

F uerùm ad corroborationem diuinæ prouidentiæ, res uniuersas in suos cuiusque fines dirigentis: unde Empedocles & Democritus ex ignorantia finis non solùm errores sed certè deliramenta plurima somniarunt. Nam ut q. 3. & hic super text. 74. adnotauimus, ignorato fine necesse est & causas efficientes latere: efficiens enim agit propter finem. Et hinc lapsi sunt isti in illum errorem, quòd omnia sunt facta à casu, etiam cœli propter fortuitum concursum atomorum circularium, aut pyramidalium, aut alterius figuræ.

¶ Et præterea nullam præter materialem reddebant rerum causam: ob cuius necessitatem dicebant prouenire

varietatem

A varietatem membrorum animalium, omniumque generationes & motus, ut in commentis septimi capitis latè expositum est. Atque adeo nimirum, si Dei prouidentiam, immo. Et Deum ipsum, ignorauerint. Nam cũ Deus sit, qui suos quibusque rebus indistinctus ad suos certos fines impressit, ignorantibus fines rerum, non restat in lumine naturali, quomodo cognoscant Deum esse causam horum inferiorum, aut certè esse Deum. Aduersus istos cõstituit Philosophus hanc conclusionẽ. Natura agit propter finem, quam nouẽ egregiis rationibus corroborat. Primò quia ea, quæ sunt, à natura contingunt,
B aut semper, aut frequenter. Secundò, quia natura agit similiter, ut ars: quam constat agere propter finem. Et tertiò, quia ars imitatur naturam: ut patet in arte medica: quæ eodem modo producit sanitatem, quo produceret natura si posset: quæ tamen ars ordinat media ad finem. Et 4. exemplo brutorum animalium, puta formicæ & hirundinis, quæ sine aliqua consultatione agunt propter finem. Et 5. quia materia est propter formam. Et 6. ex indicio sumpto à monstris: quæ idcirco sunt monstra, quòd non attingunt finem intentum à natura. Et 7. quia certus est ordo & series actionem, ut
C priùs sit semen, de inde digeratur, &c. quod est testimonium illa ordinari ad finem. Et 8. quia plantæ etiam agunt propter finem, licet non sit ita manifestum. Et postremo: quia si natura non ageret propter finem, non solùm contingerent monstra constantia ex diuersis membris animalium, aut membris deformia, sed indifferenter fierent monstra ex partibus animalium & plantarum coeuntibus: quod est contra experientiam. Has rationes: quia copiosè (ni fallor) exposuimus in Commentis, molestum duximus hic pluribus uerbis explicare. Commenta consulite. ¶ Re uera nihil aliud quàm furor & insania est de rebus naturalibus finem tollere. Quis enim homo, nisi qui D
hoc nomine non est dignus (ut alia prætermittamus) dicere audeat, cùm cæterorum animalum, tùm maximè hominis membrorum compaginem, forte & casu factam: sane quæ ad suæ cuiusque officia tam sunt copiosè appositæ, atquè adeo mirabiliter accommodata. uti oculi, aures, manus, pedes, & his interiora, os, dentes, guttur, stomachus, tanquàm multæ uenæ, arteriæ, alueique diuersi, quibus alimentum, quo sine uiuere nequimus, sumatur, teratur, degluciatur, digeratur, distribuatur, & egeratur. Et in cerebro rethe illud meritò mirabile nuncupatum, quod spiritibus colandis artifex E
natura retexit, quales sensibus usui esse possent. Atqui quis inficiari potuit, aerem & reliqua elementa, seminumque & plantarum tam multa genera in unum esse animalium, & præsertim hominum, condita uniuersa: figuramque ipsam iumentorum ad uehendum, cùm sarcinas, tùm etiam homines ipsos aptissimè fuisse creata. Et ut Ethnicus ille cecinit, non sibi, sed nobis nidificare aues, mellificare apes, uellera ferre oues, aratraque boues. Si qui unquàm hæc olim ignorabant, nimirum si nullum Deum colerent: nam qui modò de his uniuersis Deum non co-
F lit, amat, & ueneratur, dabit ille ingratitudinis pœnas.

Infania est finẽ negare.

¶ Sed ut ad solutionem quarti argumẽti reuertamur, respondetur ex distinctione Aristo. in text. 49. ubi distinguit ea, quæ sunt propter finem, in duo: alia enim agunt propter finem, ideſt à proposito: & alia tanquàm directa ab alio. Possumus tamen in tria membra explicatiùs distinguere, ut ait S. Tho. 1. p. q. 59. artic. 1. & 12. q. 1. & 3. alia enim agunt propter finem sine aliqua prorsus cognitione finis. ut plantæ, & elementa: alia uerò cum cognitione finis: Dupliciter tamen, aut cognoscendo finem materialiter, ideſt, rem particularẽ, quæ est finis, non cognoscendo rationem fi-

Ad 4. Agere propter finem triplicitèr.

A nis, neque ordinem mediorum ad finẽ & isto modo bruta cognoscunt finem, cognoscunt enim famem & sitim, quam sentiunt, & ordeum, quod comedũt, & quam bibunt aquam, non tamen cognoscunt hæc oridinari ad sedandam famem aut sitim, propterea quòd imaginatiua bruti non est collatiua unius ad aliud. Alia sunt, quæ agunt propter finẽ cognoscendo formaliter finem & ordinem mediorum ad ipsum, ut Deus & creaturę rationales.

¶Tunc ad formam argumenti respondetur, ꝙ insensibilia agunt naturaliter propter finem primo modo: sensibilia uerò secundo modo. Sed semper restat

B argumentum quomodo ignis, aut planta mouetur à suis finibus, scilicet, ab igne generando, uel à germinandis fructibus. Respondent communiter nihil aliud esse plantam moueri à fructibus, quàm habere uirtutem naturalem producendi fructus. Sed certè hoc nõ satisfacit uerbo, quod est, agere propter finem. nam ly, propter, dicit quodammodo moueri à fine. Et ideo dicẽdum est, ꝙ quemadmodum cognoscens album dirigit sagittam in album imprimendo illi impetum, uel motum ad talem determinatum locum, & ideo album mediatè mouẽdo hominem mouet sagittam, quia uirtus impressa est sagittæ ex

C intentione albi, ita quia conditor naturæ Deus ex intentione fructuũ impressit plantæ uirtutem germinandi, planta mouetur quodammodo à fructibus, id est, per uirtutem sibi impressam ex intentione fructuum. Et ideo opus naturæ est opus intelligentiæ. Et eodem modo ignis quoddammodo mouetur ab igne generando.

¶Quòd si cõtra obiiciatur. Natura illa cõuenit ab intrinseco taliter ꝙ non posset Deus facere prunum quin suapte natura esset productiua pruni. Respondetur id esse uerum, nihilominus in rei ueritate, quando res creatæ sunt, conditæ sunt illa intẽtione. Et philosophi naturales, licet ignorassent creatio-

D nem mundi, ita tamen explicabant naturas rerum, ac si essent opus intelligentiæ. Quãdo diximus hominem agere à proposito mouendo se in finem, non intelligimus de actionibus naturalibus, sed de moralibus, ut ducere uxorem ad procreandos liberos, emere alimenta, &c. sed tamen actiones naturales ut generationes & nutritiones eodem modo fiunt, quo in ceteris animalibus.

¶Quomodo autẽ agunt bruta propter finem, uarię sunt opiniones, quas recitat Paulus Venetus. Alii enim dicunt quòd formica congregat grana ex cognitione quadam naturali, quam habet futuri euentus, scilicet, ꝙ in hieme indigebit.

E Et ita araneus texit telam ex cognitione naturali, qua cognoscit telam futuram. Alii dicunt, quòd ista animalia operantur ex memoria præteriti: ut hirundo niduli memor, quem fecerat anno præterito, facit nunc similem.

¶Sed nihilominus rei ueritas est, quòd eiusmodi animalia nullum prorsus finẽ futurum cognoscunt: neque ista operãtur ex memoria præteriti. Quando. n. diximus bruta cognoscere finem, intelligimus aut de obiecto præsenti, (putà quando brutum bibit aquam) aut de fine localiter distante, qui per aliquẽ sensum percipitur: sicuti uultures olfactu

F mouentur ad remotissima cadauera: tamẽ de futuro certè nihil cognoscũt. Et quanuis aliqua animalia bruta habeant memoriam, & sint quodãmodo prudentia, ut docet Aristo. in principio meta. sicut apes retinẽt quodammodo in memoria flores, quas collegerũt, & ubi collegerant: & bruta habeant ordinem singularem in memoria, quòd tali loco comederunt: ratione cuius ad stabulũ properant: nihilominus hirundo non indiget memoria niduli præteriti ad faciendum præsentem: nam hirundo hoc anno nata, quæ nunquam fecit nidum, sine memoria prẽteriti facit nidum: & ita formica noua congregat grana.

¶Dicendum ergo, ꝙ ista animalia solo instinctu naturali, quæ nõ est cognitios

sed

A sed inclinatio (sicut grauè inclinatur ad centrum) operantur non cognoscendo quo fine id faciant: sed natura instigante, immò neque equus quando generat, cognoscit futurum filium: sed solùm habet sensationem præsentem delectationis: nec quando sumit ordeũ cognoscit futuram satietatem: sed præsentem famem, antequàm comedat, & præsentem satietatem comedendo.

¶ Nec solùm nõ cognoscunt finem rei, quam faciunt, ut araneus nõ cognoscit futuram muscam, ad quam illaqueandã rexit telam: nec uermis bombix cognoscit futurum sericum, aut hirundo futura oua: sed neque cognoscunt finem in

B trinsecum ipsius rei: ut hirundo non cognoscit quantitatem & figuram rotundam nidi quem facit: sed instinctu naturali facit nidum, quem postea uidet esse rotundum. Quocirca illi, quos hic notat Aristo. text. 80. dicentes huiusmodi animalia & parte operari merito sunt reprehendendi: nam certè si hirũdo cognosceret figuram futuram nidi & eius durationem, addisceret uno tempore meliorem nidum facere: uel una hirundo doctior esset quàm alia.

¶ Vnde ad formam confirmationis respondetur, quòd licet huiusmodi animalia non cognoscant finem, nihilominus natura magistra docta sunt operari ad

C modum artis, immò propterea dictũ est q̃ ars imitatur naturam. Et ad aliud respondetur, q̃ formicæ cognoscunt quidẽ præsentia grana, quæ colligunt: non tamen futuram necessitatem in hieme: sed natura instigat tãtùm colligere quãtum erit postea necessarium. Canis uerò habere potest memoriam feræ, quãtea uidit: non tamen illud est necessarium ad indagandum. Nam & si nunquam leporem uidisset, olfactu traheretur usque ad leporem.

¶ Aliæ sunt conclusiones tres ab ista principali appendices & corollariç.

5. Cõclus. Prima in tex. 88. quæ sit ordine quinta. Monstra sunt peccata naturæ non potẽtis ad suum proprium finem peruenire. Aduersus Empedoclẽ, qui dicebat monstra in prima institutione rerũ à casu fuisse facta ex fortuitu concursu mẽbrorũ. Ad cuius intelligentiam notat hic Albertus tract. 5. cap. 3. quatuor de causis in genere contingere monstra. Aliquando. n. fiunt propter penuriam materiæ, aut in toto (ut cùm nascitur pigmeus homo) aut in parte: ut cùm nascitur homo truncus aliquo mẽbro. Aliqñ ex superabundãti materia aut in toto (ut cũ nascitur giganteus homo) aut in parte (ut cùm homo nascitur sex digitis.) Tametsi his addere nos possumus: q̃ nonnunquã quantitas parua, uel magna geniti prouenit ex uehementi, aut exigua uirtute agentis nõ potentis totam ma- E

teriam digerere. Tertiò proueniunt ex indebita proportione qualitatũ ad materiam, scilicet caloris, aut humidi: ratione cuius nascuntur homines grossi, aut exiles. Et quartò contingunt ex malitia continentis, scilicet matricis. Et ideo nascuntur homines gibbosi, claudi, & nonnunqnam bicorpores. Quale mõstrum nos ipsi uidimus: hominem. s. ex cuius uẽtre appendebat alius homo præter caput: propterea q̃ paniculus medius duorum uentriculorum matricis, in quibus duo erant fetus, ruptus esset: & ambo fetus fuerũt cõiuncti. His ergo modis impedita natura particularis, ne possit consequi suũ finẽ, prodeũt F

huiusmodi mõstra ¶ Vnde ad quintum Ad 5. argumentũ principale respondetur, q̃ monstra possunt comparari, uel ad causas uniuersales, uel ad causas particulares, quæ impediuntur à suo fine, uel ad causas particulares impedientes. Si cõpararentur ad causas impeditas, ut mõstrum hominis ad hominem generantẽ & ad semen, dicuntur quodammodo effectus per accidens, cùm quia tales causæ non per se intendunt illa mõstra: tùm etiam quia rarò contingunt. Et ideo dicuntur quodammodo effectus casuales. Non tamen sunt simpliciter casuales, sicuti effectus fortuitus. Nam in fortuna & casu dicitur fortuna cau-

A sa accidentalis talis effectus, quia accidit effectui per se intento: monstrũ autem non sic: sed potius est defectus finis intenti. Respectu uerò causarum particulariũ, quæ sunt impeditæ à suo fine monstrum posset dici per se intentum: non primò: sed tanquàm medium ad suum finem, ueluti corruptio aquæ est effectus ignis. Qui certè non est per accidens (ut quidam uolunt) sed per se intentus tanquam uia ad generationẽ, quam per se primò intẽdit. Posset etiã dici per accidens, ut causa, quæ rupit uentriculum, aut quæ fecit exuberantem calorem, non intendebat per se monstrum: sed per accidens sequutum

B est. Respectu uerò causarum uniuersalium dicunt, quòd est effectus per se: sicut respectu Dei, qui per se concurrit ad omnes effectus. Alij dicunt, ꝙ causa uniuersalis non intendit monstrum, scilicet, illam deformitatem, monstrũ tamẽ intendit, scilicet, quæ est monstrũ. Sed parum refert, quomodo loquamur quando de re constat. Hoc enim est certum, ꝙ monstrum non est miraculum, postquàm fit mediantibus causis secundis. ¶ Hinc constat, qua de causa non cõtingunt tot monstrorum genera in plãtis, quot in animalibus: ut text. hic 83. insinuauit Aristo. Nempe ꝙ ad generationem animalis multò plura concur-

C runt, quàm ad generationem plantæ: & ubi plura requiruntur, pluribus etiam modis contingit deficere. Qua etiã ratione plura monstra contingunt in hominibus, quam in brutis. ¶ Sexta conclusio, est in cap. 9. tex 88. Necessarium in rebus naturalibus dicitur de materia: sed tamen ratio necessitatis sumi-

6. Cõclus. tur à fine. Hæc conclusio addita est ab Arist. ut in commentis dictum est, ad respondendum aduersariis. Cùm enim antiqui dixissent totam causam effectuum naturalium prouenire ex parte

Necessarium. materiæ, Aristote. uerò contradixisset, prouenire ex parte finis, restabat argumentum, quia negare non possumus necessitatem ex parte materiæ. Alia enim est materia oculi (nempe aquea & D mollis) alia materia auditus, alia ossis, & alia carnium. Alia inquam non loquẽdo de materia prima, sed de materia physica, quę includit dispositiones. Respondet ergo Arist. quòd in unaquaq; re naturali est hæc, aut illa materia necessaria, tamen ratio necessitatis est à fine, propterea enim requiritur talis materia oculi, quia talis est accõmoda ad finem, scilicet, ad recipiendum species: & talis materia est necessaria in osse propter duriciem: quę est necessaria, ut ossa sint substentaculũ hominis. Sicut in artificialibus necessaria sunt lapides & ligna: sed ratio materiæ est, quia talis ma-

E teria requiritur ad constructionem domus. Vbi adnotandus est modus loquẽdi, ꝙ finis nõ dicitur necessarius, sed mediũ requisitum ad finem: nã necessariũ idẽ est quod requisitum. ¶ Vnde ad sex- Ad 6. tum principale conceditur: ꝙ durities ossis & mollicies oculi prouenit à materia, sed tamen, ꝙ talia mẽbra habeant diuersas materias physicas, reducendũ est in finem, tãquàm, in primã causam, ut modò dicebamus. Et pariter con-

F ceditur quòd æs igne liquescit, lignum uerò inflammatur ratione materiæ, attamen necessitas materiarum est, quia talis materia requiritur ad finem intrinsecum, putà ad quiditates & naturas talium rerum: & tandem ad finẽ extrinsecum, putà ad diuersos usus hominum.

Corru- ptio. ¶ At uerò ad postremum membrum argumenti respondetur, quòd corruptio rerum non reducitur de per se ad aliquem finem intrinsecum: quia, ut supra text. 23. dixerat Aristo. mors & corruptio non finis rerum: ideo corruptio non reducitur in finem sed in causam materialem. Est enim homo mortalis, quia materialis: nihilominus corruptio non est per se primò intenta à natura, sed tanquam medium ad generationem, est enim corruptio unius alterius generatio.

7. Concla. ¶ Septima deniquè & postrema conclusio colligitur ex text. 91. Finis est

omnium

A omnium causarum prima. Ait enim Aristo. quòd tam materia: quàm finis cadunt in considerationem hominis præcipuè tamen finis: eò quòd est causa materiæ. Et ita supra insinuauerat tex. 26. scilicet quòd finis est prima omnium causa. Sunt, qui rationem huius conclusionis reducãt in causas uniuersales, propter ea, quòd intelligentiæ & Deus sunt finis omnium corruptibilium: tamen Arist. non intelligit, nisi de fine particularis generationis. Estq; intelligenda conclusio de causis formaliter, scilicet quando actu causant. Etenim, ut in artificialibus, quamuis lapides & artifex præcesserint tempore domum, tamen quando artifex molitur ex lapidibus facere domum, primum mouens est finis, scilicet domus facienda: quæ quidem mouet non realiter: sed intentionaliter, ut supra dictum est, per cognitionem. Et eodem modo in naturalibus primum mouens hirundinem ad faciendum nidum est procreatio prolis: ex cuius intentione, ut diximus, impressus est illi instinctus nidificandi. Et tunc colligit materiam: unde educit formam nidi. Et pariter primum mouens equum ad generationem est procreanda proles. Et ita in reliquis. Vnde ut ordinem causarum colligamus, primum mouens est finis, qui mouet agés: secundum agens, quod mutat materiã: & tertium est materia, de cuius potentia educitur forma. Atque adeo forma quæ in ratione finis erat primum mouens per intentionem, in ratione formæ est ultima causarum ordine executionis. ¶ Vnde ad septimum principale respondetur, quòd loquendo naturaliter in uia Arist. sicut res, quæ est materia fuit perpetua, ita & finis, & formæ & omnes causæ fuerunt perpetuæ: quia mundus fuit ab æterno: sed quantum ad rem sufficit, nõ dicimus, q̃ res, quæ est finis, materialiter sit prior, quàm res, quæ est materiã: nam finis est forma ista, quæ generatur: cùm tamen materiam sit perpetua: sed loquimur formaliter, quòd quando causæ applicantur ad opus, primum mouens est finis, ut modò exponebamus. ¶ Ad confirmationem uerò respondetur, quòd sicut Deus est prima causa efficiens, ita est ultimus omnium finis. Est enim alpha & ω. principium & finis. Sed quando immensæ eius bonitati placuit creare mundum, primum etiam mouens (ut ita more nostro de Deo loquamur) fuit finis, putà etiam bonitas: statuit enim ab æterno mundum creare propter hominem: & hominem propter se: nempe ut eius perpetua societate frueretur.

Finis, primarũ causarum.

B

C

Ad 7.

D

Secundi Physicorum finis.

DOMINICI SOTO,

SEGOBIENSIS,

Theologi, ordinis Prædicatorum, super Tertium Physicorum Aristotelis Quæstiones.

A In textu vj. Eius quod potentia, &c.

Quæstio Prima.

VTRVM DIFFINITIO motus cum reliquis adiacentibus sit ab Aristotele benè assignata.

CVM libro primo & secundo de principijs & causis entis mobilis dictum sit, negotium huius tertij libri (ut in cõmentarijs dicebamus) est de motu: quiest passio mobilis: & de infinito. De motus ergo diffinitione mouetur prima hæc qõ. A cuius parte negatiua arguitur primo cõtra id quod Ph. ante diffinitionẽ motus tex. 1. p̃supponit, uidelicet, qđ natura ignorato motu nequeat cognosci. Naturam esse (ut lib. 2. tex. 6. idem ipse asserit) est per se notum, ubi subinde ait ridiculum esse hoc demonstrare: ergo cognitio naturæ ab alterius cognitione non pendet. ¶ Et confirmatur. Eadẽ sunt principia cognoscendi, quæ sunt principia essendi: ut enim res se habet ad esse, ita & ad cognosci 2. meta. text. 4. sed natura est principium motus, ut patet ex diffinitione: ergo potius motus cognoscitur per naturam, quam, natura per motum. Aliàs tractatus de motu anteponendus fuisset tractatui de natura: & per consequens liber hic debuisset secundum præcedere. ¶ Secũ dò principaliter arguitur contra diffinitionem motus. Motus non est in aliquo certo prædicamento, ut Ph. ipse præmittit tex. 4. sed unusquisque motus reducitur ad genus sui termini: ut augmentatio ad quantitatem: alteratio ad qualitatem, &c. unde infert, quòd sicuti ens non est uniuocum ad omnia prædicamenta, ita nec motus in communi ad motus particulares: id autem, quod non pertinet ad unum genus, nõ habet unicam diffinitionem: nam tunc genus diffinitionis non esset potiùs unius prædicamenti quàm alterius: ergo motus non diffinitur unica diffinitione. ¶ Tertiò principaliter arguitur. Diffinitio illa motus conuenit omni formę: quoniam omnis forma est actus subiecti existentis in potentia ad illam, ut forma substantialis est actus materiæ quæ est eius potentia. Quinimò ita formaliter diffinitur anima 2. de anima text. 6. scilicet est actus corporis physici organici potentia uitam habentis: ergo diffinitio motus conuenit aliis à diffinito. Quòd si dicatur, quòd motus est actus imperfectus subiecti carentis perfectione eiusdem actus, sequitur tunc, quòd calor aquæ tepidę, quę cessauit calefieri, esset motus, si quidem est actus imperfectus: consequen

est

A est falsum: cum tunc sit calida in esse quieto. ¶ Et confirmatur. Diffinitio tũc motus non conuenit generationi: quã tamen hic Arist. comprehendit sub generali nomine motus: postquam ponit illius exemplum: ergo non conuenit omni contento sub diffinito. Probatur antecedens: quia forma substantialis in generatione non introducitur successiuè. Idque cum non sit intensibilis, & remissibilis: sed in instanti, producitur eo modo, quo lib. 1. q. 4. expositum est, patet cum paleæ introducta sufficienti dispositione inflammantur, ergo quàm primũ est aliquid formæ substantialis in materia, iam est in actu cõ-
B pleto: & per consequens non est amplius in potentia. ¶ Quartò principaliter arguitur. Aut in diffinitione diffinitur motus inquantum est actio, aut inquantum est passio: si inquantum actio, tunc motus est actus potentiæ activæ: potentia autem activa est actus perfectus: unumquodque enim agit inquantum est actu, sicut dictum est: ergo potius dicendum est, quòd modus est actus procedens ab ente existente in actu, quàm actus entis in potentia. Ité talis motus uidetur, quòd non sit in passo, sed in agente: nam agens ab actione dicitur agens: & per cõsequens actio
C est in agente: tamen Arist. text. 17. dicit motum non esse in mouente: sed in mobili. Si uerò motus diffiniatur, ut est passio, tunc restabat diffinire motum, ut est actio: nam ab illo motu, qui recipitur in passo, non apparet, quomodo denominetur agens. ¶ Quintò principaliter arguitur contra illam conclusionem, quam Arist. prætendit c. 3. scilicet quòd agens & patiens sunt idem. Actio est propria forma denominans agens sicuti albedo album: sed albedo non potest determinare, nisi illud, in quo est ergo actio est in agente: motus autem est in passo, quod mouetur: ergo non sunt idem. ¶ Et confirmatur. Agés & patiens debent in omnibus proportionari, præter illud, quod producitur in passo: sed in passo sunt tria, scilicet D
subiectum, & potentia receptiua, & passio: ergo in agente præter agens & uirtutem actiuam debet esse actio. ¶ Et secundò cõfirmatur. Actio & passio sunt duo generalissima: ergo sunt primò diuersa: atque adeo hæc negatiua est immediatè uera, actio non est passio, ut habetur. 1. poste. tex. 31. & per consequés non sunt idem. ¶ In contrarium est authoritas Aristotel. ostendentis aduersus antiquos suam esse optimam diffinitionem motus.

¶ In hac prima quæstione, textum, uti solemus, per conclusiones examinabimus. Quæ sunt numerò quinque 1. Cõclus.
secundùm numerum argumentorum, E
Prima statim textu. 1. Physicus habet considerare de motu: quia habet considerare de natura: quæ ignorato motu cognosci non potest: propterea quòd natura diffinitur per motum (ut lib. 2. dictum est) & non potest cognosci diffinitio, si eius partes ignorentur. ¶ Vnde ad primum argumentum respondetur, quòd tàm naturam, quàm motum cognosci, fiat dupliciter, uno modo quantùm ad si est: alio modo quantum ad quid est. Et utroque modo proportionabiliter cognitio naturæ dependet quò ad nos ex cognitione motus, sed à priori, è conuerso cognitio motus
dependet ex cognitione naturæ. Exem F
pli gratiã. Naturam esse est per se notũ nobis: nihilominus id nos cognoscimus, quia, per se notum est motum esse, unde loco citato lib. 2. propterea dixit, quòd esset ridiculum demonstrare naturam esse, quia natura est principiũ motus, & ad sensum est per se notum res moueri quod autem per experientiam cognoscimus non indiget demõstratione. Sicut ignem esse calidum dicitur per se notum, quia experiẽtia cognoscit p calefactionẽ. Eodẽ modo cognitio naturæ, quò ad quid est, depẽdet ex simili cognitione motus: eò q̃ quid sit natura, diffinit p motũ, unde nisi cognoscamus, qd est motus, nõ possumus

Ad primũ.

cogno-

A cognoscere quid est natura, uelut fieri nequit, ut cognoscatur distinctè, quid est homo, antequàm cognoscatur, quid est animal. Est hoc est, quod hic affirmat Aristo. Possumus tamen cognoscere naturam esse antequàm diffinitiuè cognoscamus, quid est motus: quia illud est per se notum: hoc uerò tractatur in hoc libro.

¶ Ad confirmationem respondetur, ꝙ à priori & ꝓpter causam cognitio motus dependet ex cognitione naturæ sed tamen quò ad nos è conuerso quantũ ad si est (ut modò dicebamus) at quantùm ad quod quid est, priùs debuit constitui diffinitio naturæ, quæ est princi-

B pium motus, tanquàm diffinitio subiecti, de quo tractat physicus: & deinde videre diffinitionem motus, quę ponitur in diffinitione naturæ. Quamobrem debitus fuit ordo, ut materia secundi libri præcederet materiam tertij. Sicut scientia de homine priùs debet statuere diffinitionem hominis: deinde inquirere diffinitionem animalis, quæ requiritur ad eius distinctam cognitionem.

¶ Quòd siquis arguat posse cognosci quid sit natura, absq; hoc quod cognoscatur, quid sit motus: quia potest cognosci, quid est causa, absque hoc, quòd cognoscatur, quid est effectus: sicuti potest quis cognoscere, quid est terrã in-

C terponi inter solẽ & lunã: cognoscendo, quid est eclipsis: nempe si non cognoscat lunam recipere lumen à sole. Respondetur, quod quando causa non diffinitur formaliter in ratione causæ potest quidem cognosci, quid est ignoratis effectibus illius, uti cognoscere possumus quid est equus, non cognoscendo quidditatiuè omnes eius effectus: tamen natura diffinitur formaliter in ratione causæ & ideo in sua diffinitione ponitur eius effectus, pura quòd sit principium motus: & per cõsequens perfectè nõ cognoscitur ignorato quid est motus.

2. Cõclus. ¶ Secvnda conclusio est in textu quarto. Motus non est præter res, ad quas est motus, id est, ad eadem prædi- D caméta pertinet motus, in quibus sunt formæ acquisitæ per motum. Cuius ratio (ut illic dicebamus) quia motus nihil est, nisi acquisitio formæ: unde sicut materia reductiuè ponitur in prædicamento substantiæ, quia est pars substantiæ, & quid imperfectum in illo genere, ita augmentatio ponitur in prædicamento quantitatis: & alteratio in prędicamento qualitatis, &c. ¶ Sed circa materiam secundi argumenti principalis, & ad cognoscendum rationem motus, est hic attentè notandum cum Cõmentatore tex. 4. & S. Tho. lec. 5. quòd motus dicit duo scilicet formam, cãque in fieri, quæ nondum peruenit ad E terminum. Et hoc modo non habet peculiare prædicamentum: sed reductiuè ponitur in prędicamento illius formę: ut cùm aqua, quæ calefit, attingit. v.g. ad calorem, ut quatuor, sicut calor, ut quatuor est in prædicamento qualitatis, tanquàm quid imperfectum, quod non facit perfectè calidum, ita calefactio materialiter est in eodem prædicamento. Alio modo accipitur formaliter, ut dicit uiam & acquisitionẽ continuam eiusdem formæ. Et illo modo habet peculiare prædicamentum, nam si consideretur, ut procedens à causa efficiente, est in prædicamento actionis, si autem consideretur ut recipitur in F passo: quod tali forma mouetur, est in prædicamento passionis. Et idem proportionabiliter dicatur de cæteris generibus motuum, vnde ad formam argumenti respondetur, quòd non diffinitur hic materialiter pro formis, quæ acquiruntur: nam illo modo motus nõ est uniuocus, sicut nec ens ad 10. prędicamenta: sed diffinitur formaliter, ut pertinet ad prædicamenta actionis, vel passionis: nempe ut dicit acquisitionẽ continuam formæ: quæ quidem ratio est communis & uniuoca omni generi motus, ut enim res successiuè acquirit qualitatem, ita & quantitatẽ, & ubi. Nã de forma substantiali alia est ratio.

Ad secundum. Motus formaliter.

¶ Quòd

A ¶ Quòd si quis percunctetur, quomódo ista acquisitio distinguatur à forma quæ acquiritur, uel à subiecto, quod illam acquirit, expectet solutionem usq; ad quæstionem sequentem: hæc enim interrogatio petit an motus distingua tur à mobili: acquisitio enim illa est motus. Interim tamen dicimus, quòd acquisitio illa & fluxus formæ non est res tertia distincta à subiecto & forma: sed fluxus dicit formam illam in ordine consideratam, & ad terminũ à quo & ad terminum ad quem pro ut, scilicet, est cõtinuus & non intercisus processus ab uno ad aliud. Et hoc est quod ait S. Tho. sect. 5. scilicet, quòd motus
B non completur solùm per id, quod est in rerum natura: sed per id, quod rario apprænhendit. De hoc tamen latius q. sequenti.

3. Cõclus. Diffinitio motus. ¶ Tertia conclusio est diffinitio motus tex. 6. scilicet. Motus est actus entis in potentia secũdum quod in potẽtia. Et quamuis eã satis illic exposuimus, nihilominus pro solutione tertij argumenti, notandum est primo, quòd potentia uno modo accipitur actiuè: quæ non est ad propositum: nisi quatenus motus est effectus mouentis. Alio modo accipitur passiuè pro possibilitate physica: siue ad esse substantiale, siue ad aliquod esse accidentale. Et hæc rursus accipitur dupliciter, scilicet, absolutè, ut dicat ordinem subiecti ad formã: seu ad esse per formã, siué actu habeat
C illam, siue non. Et isto modo materia nunc mea est in potentia ad meam formam: quia est suapte natura subiectum eius: & ego eadem ratione sum in potẽtia ad omnia accidentia, quæ habeo. Et hoc modo non accipitur potentia in diffinitione motus: sed tertio modo, vt scilicet potentia dicat aptitudinem in subiecto simul cum priuatione formæ: ut corpus, quod est frigidum, est in potentia, ut sit calidum: & puer est in potentia, ut sit uir: & graue, quod est sursum, est in potẽtia ut sit deorsum: & semen est in potentia, ut sit arbor uel animal. Et hoc modo accipitur potentia D in diffinitione motus. ¶ Secundò notãdum est, ut illic dicebamus, quòd cum motus non sit nisi, quandiu res mouetur (neque enim aqua quando est in pura potentia ad calorem, antequàm per calorem sit aliquo modo in actu, neq; rursus, postquàm est in completo actu caloris, mouetur) duo requiruntur ad rationem motus, scilicet ordo à purâ potentia in actum completum, ut scilicet incœperit & nondum peruenerit ad terminum, & rursus continuitas. Si enim postquàm aqua acquisiuit aliquem gradum caloris cesset alterari, ille gradus acquisitus non erit ampliùs
E motus. Quod Arist. text. 1. statim admouit, dicens, motum esse de genere continuorum: & text. 20. dicens, esse actum non intercissum. Est ergo motus actus imperfectus habens respectum duplicem, scilicet & ad terminum à quo, qui est pura potentia, & ad terminum ad quem: qui est completus actus. Et ideo motus est actus entis in potentia, id est actus subiecti, quod non est in pura potentia: sed iam habet aliquid de actu, est tamen semper in aliqua potentia: quia nondum peruenit ad completum actum. ut patet in aqua, cum calefit: & in animali, cùm augetur, uel localiter mouetur. ¶ Inquantum est in po-
F tentia, quia forma substantialis aquæ & frigiditas in esse quieto, est quidem actus entis in potentia, scilicet aquæ, quæ est in potentia ad calorem: at quia non est actus entis, inquantum est in tali potentia, non est motus. Pariter forma substantialis æris, licet sit actus entis in potẽtia ad statuam, non tñ est motus: quia non est actus illius inquantũ est in tali potẽtia. Nec rursus forma statuæ erit motus: quia tũc iam subiectũ desinit esse in potentia ad illã. ¶ Sed ait quispiã saltẽ calor ut unũ in ag[illegible] repida cessante calefactione per nullã particulã excluditur à ratione motus: cũ tñ non sit motus. ¶ Propter [illegible] dicunt addẽdũ in diffinitione, ꝙ actus

conti-

A continuus. Censeo tamen non esse necessarium, postquàm Arist. id non apposuit: sed satis excluditur per illã particulam, secundùm quòd in potentia, nam ille calor remissus non est actus aquæ inquantum est in potentia ad aliũ calorem: sed in quantũ informat aquã & denominat taliter calidã. Igitur (secundùm quod in potentia) accipitur formaliter in hoc sensu, quòd sit actus entis tẽdentis à potentia in actũ, quasi in uia. Et per hæc responsum est ad tertium argumentum principale. Neq; enim forma substantialis aut calor remissus habet rationem motus. Anima enim est actus corporis physici in potẽ
Ad 3. B tia uitam habentis, secundo modo accepta potentia, ut non dicat priuationem. ¶ Confirmationi uerò conceditur conclusio, quam intendit, scilicet quod generatio nõ est propriè motus: siquidem forma substantialis esse non potest actus entis in potentia ad ulteriorem gradum: cùm non sit intensibilis, sed tota simul introducatur per primum sui esse. Et ideo in eodem instanti, quo est actus, complet totam potentiam subiecti, ut ampliùs non sit in potentia: licet successiuè extendatur per subiectum. vt quando lignum subiectiuè inflãmatur: uel si forrè anima priùs
C informat aliquam partem corporis, putà cor, quàm totum. Hoc tamẽ non est ad propositum: quia illa particula, in qua est forma, non est amplius in potẽtia: sed de per accidens est, quòd eadem forma extendatur per aliam partem subiecti. Et ideo aliqui dicunt, quòd accepit hic Aristo. generationem, ut cõprehenderet alterationem. Non tamẽ est id uerosimile: quandoquidem distincta posuit exempla alterationis & generationis. Et ideo dicendum est, quòd posuit exemplum de generatione: non quòd sit propriè motus, ut in lib. 5. hac eadem ratione ipse docet: sed quia est mutatio quædam, quæ est terminus alterationis: nam motus & digestio seminis terminatur ad introductionem formæ substantialis: quæ facta dispositione in instanti introducitur.

Generatio nõ est motus.

D ¶ Quarta conclusio est in tex. 17. de subiecto motus, scilicet motus est in mobili: quàm dicunt esse diffinitionẽ materialem, scilicet motus est actus mobilis inquantum mobile. Hanc probat Ph. eò quòd motus est per se actus mobilis: sicut albedo est forma albi: licet per accidens contingat, quòd agẽs sit etiam mobile, eò quòd repatitur: & per consequens, quòd aliquis etiã motus sit in agente: non inquantũ est agẽs, sed inquantum est patiens: ut in commẽto latiùs explicuimus. vnde ad quartum argumentum respondetur, quòd motus diffinitur abstrahendo ab actione & passione: & ideo illa diffinitio cõuenit motui, siue consideretur inquantum actio, siue inquantùm passio, id quod Ph. tex. 23. expresse docet dicẽs, quòd sicut est duplex potentia, actiua & passiua, ita dupliciter potest intelligi diffinitio motus. Quod hic est animadũertendũ nam calefactio aquæ ab igne considerata inquantùm actio, est etiã actus entis (putà ignis) existentis in potẽtia actiua: id est exercentis talẽ potẽtiam. Nihilominus in toto cap. 2. explicatur diffinitio de motu, inquantùm est passio ut in commentis & hic modò dicebamus. Quapropter nõ opus fuit dare duas diffinitiones actionis & passionis. Neq; opus est, quòd actus proprius agẽtis sit subiectiuè in ipso agẽte: licet aliqñ id per accidẽs contingat in actionibus immanentibus, ubi idẽ est agens & patiens, uidelicet, in cognitionibus, quæ recipiuntur in potentiis cognoscitiuis, & in frigiditate aquæ repidæ reducentis se ad frigiditatem: & in nutritione uinẽtium. Enimuero agens denominatur ab extrinseco, scilicet, ab actu quem producit in passo. Sicut pater à filio & simile à suo simili: hæc enim est propria differẽtia inter agẽs & passum, immò hoc nomina ipsa præ se ferunt, ut, scilicet motus, qui procedit ab agẽte, recipiatur in passo, à quo & agens denomi-

4. Cõclus.

Ad 4.

E

F

denominatur extrinsecè agere: & passum intrinsecè pati: ut iam modò euidentiùs patebit.

Art. secundus. 3. Cõclus. ¶ Quinta & postrema conclusio est, quam Arist. tractat toto cap. 3. arg: adeo in tex 22. concludit. Actio & passio sunt idem motus: nihilominus inter se formaliter differunt, ut uidelicet identicè actio sit eadem res, quę est passio, putà idem motus, formaliter tamẽ falsa sit hæc prędicatio, actio est passio.

Actio & passio. De qua conclusione fit secundus articulus huius quæstionis. Exempli gratia, cùm ignis calefacit aquà, idem calor, qui successiuè recipitur in aqua, est passio, qua aqua patitur. & est actio: qua

B ignis agit quia uerò alia ratione est actio, scilicet: quia procedit ab agente, alia uerò est passio, putà quia afficit aquam, hæc formaliter est falsa, actio est passio. Sunt enim duæ rationes primò diuersæ pertinentes ad diuersa prædicamenta: atque adeo differunt genere. Et doctrina hæc Arist. perspicua est & facillima, nisi opinionum cõtentione obtenebrata fuisset. Illi enim, quibus negocium est in istis relationibus anxiè perscrutari, quid senserit Heruens, quid ue Burlifer, aut Burleus, sexcentas opiniones, distinctiones, & conclusiones cumulant. Disputant enim, utrũ actio uel passio supponant solùm pro motu,

C scilicet. pro calore, qui acquirit, an uerò solùm pro relationibus diuersis, an pro aggregato ex motu & relatione: an pro fluxu caloris, qui distinguitur à calore, & relatione & vtrùm relatio actio sit distincta ab agente formaliter in illo existens: & utrùm præter relationem, qua ignis dicitur agere, & calorem, qui est uirtus calefaciendi, sit alia entitas absoluta, quæ sit actio agentis. Et quid de hoc sentiat S. Thom. Scotus uel nominales. Hęc verò minoris sunt momẽti, quàm ut tantum negocium nobis facessant. Quod tamen (ni fallor) certissimum est, consistit in his subiectis propositionibus.

1. Cõclus ¶ Prima. Actio aut passio non suppo-

D nũt in recto pro relatione: sed pro motu ipso, quicquid illud sit, de quo mouetur quæstio sequens, ut si. v.g. teneamus motum caloris esse calorem, qui acquiritur, ille est actio, hoc expresse asserit Arist. text. 22. dicens, quòd tam actio, quàm passio est motus. Et secundò id manifestè probatur. nam actio & passio sunt distincta prædicamenta à prædicamento relationis: ergo nõ supponunt pro relatione, sed pro fundamento proximo relationis. ¶ Secunda conclusio. Actio supponit pro motu 2. Cõclus. connotando relationem ab agente, putà quòd procedat ab illo: sicuti & passio supponit pro eodem connotando relationem ad passum, scilicet quòd af

E ficiat ipsum. ¶ Hinc sequitur tertia. 3. Cõclus Actio & passio non sunt relatiua secũdùm esse, sed solùm secũdũ dici. Quos terminos in prædicamento relationis. q. 1. exposuimus. Relatiuum enim secũdùm esse, nomẽ illud, quod impunitur ad significandum solam habitudinem unius ad aliud, sicut simile, quod non significat de formali albedinem meam, aut alterius: sed solam habitudinem, quæ est esse ad aliud: relatiuum uerò secundùm dici est illud, quod impositum est ad significandum rem aliquam absolutam: quæ tamen explicari non potest, nisi per respectum ad aliud, quæ di

F cuntur dialecticè nomina potiùs respectiua, quàm relatiua, ut sciẽtia, quæ significat qualitatem, quæ est adæquata cognitio obiecti. Eodem modo actio & passio non significant de formali relationem, sed qualitatem, aut quẽcunque alium motum, quæ est uera res absoluta: licet rationes illæ differentes actionis & passionis explicari non possunt, nisi in ordine ad agens & passum. Et ideo faciunt prædicamenta distincta à prædicamento relationis: nam in prædicamento relationis ponuntur habitudines, quæ nullum habent esse, nisi esse ad aliud: hic autem ponitur motus, qui solam denominationem extrinsecam habent ab alio: passum enim deno

minatur

A minatur ab agente & agens à passo. Nõ nego, quin actio & passio importent relationes: sed dico, quòd formaliter nõ significant, nisi agere & pati, quicquid illud sit, etiam si non essent relationes: simile autem solam relationem formaliter significat cuius hoc, ipsum quod
4. Cõclus. est esse ad aliud. ¶ Quarta propositio. Istæ relationes non sunt res distinctæ à subiectis, quæ denominant: sed solùm sunt quędà denominatones ab extrinseco, ut in igne nulla est relatio distincta, à qua dicatur agens: sed denominatur agens à motu, quo mouet aquam. Hoc credo me satis manifestasse in prę
B dicamento relationis quæst. 2. quia intelligere non possum, propterea quòd ignis calefaciat aquam, quæ entitas in illo resultet. Et præterea licet talis entitas fingeretur, dubitare nequeo (quicquid totus mundus mihi diceret) quominus posset Deus igne calefaciente aquam, talem entitatis productionem impedire & tunc æque benè calefacere aquam sine illa: & per consequens superfluit. Et hæc est manifestissima doctrina S. Thomæ, ut illis ostendimus, & ex lectione hic quinta facilè constat, ubi expresse ait, quòd passum extrinsecè denominatur ab agente: & agens à passo. Et paulò inferiùs dicit, quòd hęc duo prædicamenta differunt, eò quòd
C licet unus sit motus, tamen ab illo res denominatur diuersis denominationibus exterioribus, scilicet agens à passo, & passum ab agẽte. Quòd si aliquando dixerit S. Tho. actionem esse in agente, intelligitur, quòd denominatio est in agente: sed tamen forma, qua denomi-
5. Cõclus. natur, est in passo. Quinta propositio. In agente nihil aliud est, quàm agens ipsum & uirtus agendi. Hanc conclusionem addiderim propter aliquos Thomistas, qui putant in igne. v. g. quando calefacit, præter formam substantialẽ & calorem, qui est uirtus calefaciendi, esse adhuc nescio quam entitatem absolutam, quæ est productio actiua caloris, quæ est fundamentum relationis agentis. Quam opinionem uidetur impugnare Scotus 4. d. 17. q. 1. Et quicquid sit de eius argumentis, existimo certè nihil esse prorsus in igne præter formam & calorem, quo calefacit. Primò, quia Arist. hic expresse disputat, utrùm actio sit in agente: & respondet, quòd non: nisi in passo. Neque aliâ prorsus actionem ponit, à qua agens denominetur præter motum, qui est in passo ab agente. Et quando Arist. & S. Tho. contrarium dicerent, persuadere mihi certè non possent, quòd quando ignis calefacit aquam, aliqua entitas producitur in igne: nam cum ignis nihil prorsus producat, quam caloré in aere contiguo circunstantiæ, non uideo, unde D E produceretur talis entitas in agente. Vnde quando S. Thom. 1. p. q. 54. articu. 3. ait operationem esse actum potẽtiæ operatiuæ, non uult dicere talem actum distingui ab agente & eius uirtute: sed q̃ illa est perfectio & proprius finis potentiæ operatiuæ: sicuti actus ædificatoris est ædificare: non tamen, quòd ędificare sit alia entitas, quàm domum facere. Nec certè productio conceptus, quam uocant alii actum intelligendi: si accipiatur passiuè, est aliud, quàm ipsa notitia: & si actiuè aliud, quàm intellectus. Sed de hoc aliàs. Et re uera in his hactenus uerũ habet nominalium opinio. Non ignoro Thomi F stas plerosque perscrutari authoritates S. Tho. quibus entitates istas multiplicent nihil aliud profectò facientes, quàm grauissimum philosophum obscurum atq; adeo inuisum reddere: ego tamen certus sum S. Thom. non multiplicasse huiusmodi relationes, aut entitates ad sensum istorum: & quando cõtrarium in illo reperirem, aut exponerem aut nihil crederem eius honori & authoritati obuiari, si in rebus his minimis communem potius modum concipiendi amplecterer. ¶ Est nihilominus sexta propositio (in qua profectò 6. Cõclus. multi ex nominalibus indignè negant expresså doctrinâ Arist. in hoc tex. 22.)

Actio

A Actio & passio sunt primò diuersa: atque adeo formaliter hæc est falsa, actio est passio, licet hæc sit uera: actio est eadem res, quæ est passio. Probatur, quia propositio in sensu formali nō solū denotat; ꝙ res significata per prædicatum sit res significata per subiectum, sed ꝙ sint idē secundùm eandē rationē: & qñ prædicantur in abstracto significant, ꝙ ratio unius sit ratio alterius, aut saltem ꝙ ratio prædicati includatur in subiecto, ut humanitas é animalitas. Et certè conclusio hæc non solū est Aristotelis sed vniuersali modo loquēdi est receptissima. Quis.n.dicat, ꝙ actio est passio: cū sint res a se inuicem diuersæ, ut etiā sint oppositæ:
B aut ꝙ agere est pati: nempe ꝙ comburere est cōburi, aut uerberare est uerberari &c. re uera si idioma hoc discitur in scholis, satius esset nūquam scholas uidere. ¶ Quintū igitur argumētū principale est Scoti: quod cum aliis quam plurimis refert Capreo. 2. sent. 13. q. 1. & alibi frequentissimè ad probandū nomine Scoti, ꝙ actio sit entitas existens in agente ab eo distincta, nihilominus profectò sententia Aristotelis est hic in contrariū. Ex cuius mente respondetur ad argumentū negando, ꝙ actio sit forma intrinseca agentis: sicut albedo albi: imò contrariū expressè uult hic docere Aristotelem ꝙ agens denominatur agens
C ab extrinseco. s. quia aliquē effectū producit uel in se (si sit actio immanēs) uel in alio, si sit actio transiens: unde ad cōfirmationem negatur, ꝙ sicut passio est in passo, ita actio debet esse in agēte: imò ab eodē motu, qui recipitur in passo denominatur & agens agere, & patiens pati, ut in solutione superioris argumenti dicebamus. ¶ Ad secundā uerò confirmationē cōceditur, ꝙ actio & passio sunt primò diuersa, & illa est immediatè falsa, actio est passio, nihilominus negatur inde sequi, ꝙ sint duæ entitates, aut absolutæ, aut respectiuè realiter distinctæ à motu, sed sunt duæ rationes eiusdē motus: quæ solùm per operationē intellectus distinguntur, ut idē motus cōsideratus in ordine ad agens, D
sit actio: & cōsideratus in ordine ad patiēs sit passio. ¶ Sed imminet hic statim nobis argumētū duplex. primū à realibus, & alterū à nominalibus. Primū est hoc, quo Scotus frequenter utitur. Secluſa quacunq; operatione intellectus motus est actio, & motus est passio: ergo actio & passio secluſa operatione intellectus distinguūtur. ¶ Negatur tñ hęc consequentia: quod maximè notandū est in uia Aris. & S. Thomæ & in rei ueritate. Non.n. sequitur actio est, & passio est, secluſa operatione intellectus: ergo distinguuntur secluſa operatione intellectus. Enimuero secluſa operatione intellectus motus est ab agēte & est E
in passo: non tñ istæ sunt rationes distinctæ, nisi per operationē intellectus cōparantis ad diuersa. Et ideo sunt quidē relationes reales: sed sola ratione inter se & a motu distinctæ. Et hęc dicitur ratio ratiocinata, propterea quòd inuenit fundamentū distinctionis in re. Et hoc sufficit ut secluſa operatione intellectus hæc sit falsa, actio est passio, quia s. secluſa operatione intellectus obiectiuè & fundamentaliter est illic, facere & pati: quæ intellectus ratione distinguit. Et si nominales hæc uellēt animaduertere, censeo facile conuenirēt cum S. Thom. quia in re certe conueniunt.
F
¶ Alterum uerò argumentum est à nominalibus. Sequitur ex ista doctrina Aristotel. quòd idem omninò miraculum, quod in diuinis fides catholica confitetur, asseritur quoque in creaturis: illic enim sola fides cogit nos negare hanc consequentiam, hæc singularissima essentia est pater, & eadem essentia est filius: ergo pater est filius, & tamen similem consequētiam negat hic Aristotel. scilicet hic motus est actio, & hic motus est passio: ergo actio est passio. Respondetur tamen, ut quæst. 2. & de quantitate respondimus, quòd licet sit nōnulla similitudo, est nihilominus latissima differentia: nam hic solùm ne-

A gamus consequentiam propter differē tiam rationis & diuersum modum significandi terminorum in abstracto: illic uerò negatur consequentia, propterea quòd duæ personæ realiter & formaliter sunt una res, & etiam realiter & formaliter sunt plures res. Itaq; hæc propositio, Actio est passio, est falsa nō propterea quòd sunt duæ res, sed duæ rationes: illa uerò pater est filius, propterea quòd sunt duæ res, id est duę personæ, unde istæ præmissæ motus est actio, & motus est passio, æquialēt uni, de omni: nam quicquid est motus est actio: illic uerò non quicquid est essentia est pater. Quare hic committitur de
B fectus appellationis, ac si argueretur, motus est actio, & motus est passio: ergo actio in quantum actio est passio. Et ideo sic concludendum est, actio est res, quæ est passio, id solùm fit nè uarietur appellatio: in diuinis uerò arguitur ex puris particularibus, unde cōsequētia bona est quicquid est essentia diuina est pater, quicquid est essentia est filius: ergo pater est filius, & præmissæ sunt falsę: hic verò quamuis dicas quicquid est motus est actio, quicquid est
C motus est passio: ergo actio est passio, non sequit propter defectū appellationis. Et hoc est accuratè memoriæ cōmendandum aduersus nonnullos, qui existimant similem esse hanc consequētiam illi, quæ fit in diuinis.

Sequitur statim q. 2. super text. 4. præcedentem.

In textu præcedenti iiij. Non est autem motus præter res.

Quæstio Secunda.

VTRVM MOTVS SIT RES distincta & à mobili & à forma seu termino.

PRo parte affirmatiua arguitur primò. Si motus non distingueretur à mobili, tunc motus alterationis, uel esset qualitas (putà calor, aut frigus) aut subiectum, quod alteratur: & motus augmentationis esset quantitas, uel subiectum: & motus localis esset uel spaciū quod transitur, uel mobile trāsiens, uel ubi. Sed hæc omnia sunt falsa, nā hæc, .s. substantia, quātitas, qualitas, ubi sunt diuersa prædicamenta ab actione & passione, in quibus ponitur motus: & per consequens sunt primò diuersa, ut habetur 10. meta. tex. 12. atq; adeo istæ negatiuæ sunt immediatè uerę, substantia non est motus, qualitas non est motus, quantitas non est motus, ut habetur 1. post. tex. 32. ergo motus est res distincta à rebus aliorum prædicamento
D rum. ¶ Et confirmatur. Res diuersorū
E prædicamentorū differunt genere: nā idem est differre genere, & differre prędicamento, ut habetur 5. metaphy. tex. 12. sed quæcunq; differunt genere, differunt numero, ut ibidem subiungitur: motus autem, substantia, qualitas, & c. differunt prædicamento, & per consequens numero. ¶ Et secundo id confirmatur. Quæcunq; sic se habent, ut possit uno destructo alterū manere, distinguntur realiter: motus & substantia & qualitas & ubi ita se habēt, ut possit manere aqua cō calore cessante motu, & homo sub hoc ubi, id est in hoc loco, cessante motu locali: ergo tam motus alterationis, quàm localis distinguitur
F realiter & à qualitate & ab ubi & à spacio. ¶ Secundò principaliter arguitur. Motus est ens successiuum, cuius partibus repugnat esse simul, ratione cuius Arist. 6. huius text. 29. ait motum non posse esse in instanti: substantia uerò, quantitas, qualitas, & ubi, habēt partes permanētes, obidq; possunt esse in instanti: qua ēt de causa motus incipit esse per ultimum non esse, substantia uerò per primum sui esse. ¶ Et confir. Partes substantiæ & omnium accidentium, quæ sunt in illa, uniūtur per quātitatem: partes uerò motus ut 5. & 6. huius latiùs patebit, continuantur per mutata esse: quia sicut de tempore nihil

A hil habemus, nisi instans præsens, quod dicitur nunc, ita de motu nihil aliud potest esse præsens, nisi mutatum esse quod durat per instans: ergo motus distinguitur à mobili, & à forma, uel ubi quæ acquiritur per motum. ¶ Item ter tiò arguitur authoritatibus multis Aristo. Ait enim hic, quòd motus est actus entis in potẽtia, per quod distinguitur à qualitate acquisita, quæ est actus entis existentis iam in actu sub illa: & tex. 16. dicit, ꝙ motus est in mobili: quæ quidem locutio transitiua denotat distinctionem. & tamen in eo, quod mouetur localiter, non potest dici, quòd spaciũ sit in mobili, ergo motus est ali-
B qua entitas existens in re, quæ mouetur. Et 7. meta. tex. 5. ait, quòd ad qualitatem & quantitatem est per se motus, sed ad motum non est motus: quod est dicere qualitas acquiritur per motum: motus autem non acquiritur per motum, unde expresse infert illic Commẽta. quòd motus ad albedinem non est albedo, sed albificatio. Et 2. de anima: text. 133. ponit quinq; sensibilia communia: quæ sunt magnitudo, & figura, numerus, motus, & quies: ¶ Et postremò hæc omnia confirmantur ex communi modo loquendi. Concedimus enim, ut modò dicebamus, quòd calor acquiritur per motum, non tamen per
C calorẽ, & locus uel ubi acquiritur per motum localem, non tamen per locũ uel ubi. Item concedimus, quòd motus est uia, calor uerò terminus, & quòd motus est causa caloris, non tamen calor est causa motus: & quòd motus est uelox, uel tardus, substantia uerò, uel qualitas, uel ubi non est uelox aut tardum: quæ omnia non possent saluari, nisi posito quòd motus distingueretur à mobili. ¶ Item aliàs concedendum esset, quòd motus circulari esset motus rectus: & uniformis est difformis, ut si aliquis globus ab alto caderet & simul cadens moueretur circulariter uniformiter, tunc idẽ globus esset motus circularis uniformis, & rectus difformis:
D quia ille casus uelocior est in fine, quàm in principio, quin etiam sequeretur, ꝙ motus contrarij essent omnino idem, scilicet, quòd calefactio esset frigefactio: & augmentatio esset diminutio: nam si calefactio non est res distincta à calore, qui acquiritur, pariter frigefactio, quæ est remissio caloris non distingueretur ab ipso calore: & sic idem calor erit modò intensio, modò remissio, modò calefactio, modò frigefactio. Et simili ratione eadem quantitas, quando acquiritur, erit augmẽtatio, & quãdo deperditur erit diminutio, & eadẽ sagitta sursum proiecta, quando ascendit erit ascensus, & quando cadit, erit
E descensus. Multa alia id genus possent his adiungi: sed per hæc facilè erit reliqua dissoluere. ¶ In contrarium est authoritas Arist. in textu præsenti quanto, ubi ait, quòd motus non est prẽter res, ad quas est motus, ubi uidetur dicere, quòd motus alterationis non distinguitur à qualitate acquisita, nec motus augmentationis à quantitate, nec motus localis à re, quæ est ubi.

¶ Qvaestionem hanc, quamuis metaphysica sit, excusare hic nequiuimus: tum quia usu iam recepta est: tũ etiam quia non possumus plenè intelligere diffinitionem motus nisi cognito, quænam entitas sit. Præmisimus uerò aliam, licet hæc sit super tex. 4. prior
F uerò super 6. quia conueniebat à diffinitione motus proficisci. Et quãuis oẽs ferè doctores distinctas quæstiones moueant de motu locali & motu alterationis, existimo tamen non adeo differre, quin melius sub una terminentur. Tametsi de motu locali nonnulla sit maior difficultas, obidq; in 1. artic. tractabitur quæstio de motu alterationis, ubi res est euidentior: deinde in artic 2. extendemus sermonem ad motum localem. ¶ Primùm autem operæpretium est sensum quæstionis intelligere. Dum aqua calefit propter calorem, qui acquiritur, & relationes seu respectus actionis & passionis, est qualitatis acqui

A fitio:nã motus(ut quæſ.1. dicebamus) eſt fluxus & tendentia formæ à potentia ad actum,unde actualis illa acquiſitio qualitatis,quicquid illud ſit, eſt motus,quoniã motus alterationis eſt alteratio:alteratio uerò eſt acquiſitio qualitatis,quæ eſt i paſſo.De hac diſputat, utrũ ſit tertia entitas diſtincta ab aqua & calore:an uerò ſit aqua ipſa, aut calor. Proportionabiliter de motu augmentationis qnæritur, utrùm ſit res ipſa,quæ augetur:an quantitas,quæ in ea acquiritur: an pòtius tertia entitas, Et in motu locali ſuo modo. In motu enim locali ſubiectum quod mouetur, non acquirit nouam formam in

B trinſecam,quæ ſit terminus motus,puta qualitatem,aut quantitatem:ſed quẽ admodum alteratio eſt illa actualis acquiſitio ſucceſſiua intenſionis qualitatis,ſcilicet qua ſemper eſt ſub maiori & maiori gradu, ita motus localis eſt actualis & ſucceſſiua acquiſitio locorum ; ut in quolibet inſtanti ſit in alio loco,quàm immediatè antea fuerat:& immediatè poſtea erit. Et ideo illic eſt maior difficultas,vtrùm,ſcilicet motus ſit ſpaciũ, per quod mobile mouetur: an ſucceſſio illorũ ubi,quæ ſunt reſpectus, aut aliqua entitas abſoluta. Suo modo erit ſermo de generatione,quãuis non ſit motus,ſed mutatio. De hac

C q. Albertus hic tractatu 1. c.3. plures refert opiniones,quam opus ſit hic adducere. Tres ſatis eſt recitare, quibus rem aperiamus. Vna fuit antiqua , quã ſequitur Paul.Venet.ſcilicet,quòd motus alterationis eſt fluxus quidam realiter diſtinctus ab ipſa qualitate,quæ acquiritur,ut calefactio eſt fluxus,& uia, qua acquiritur calor. Et iſti dicunt, ꝙ motus eſt entitas abſoluta. ¶ Secunda opinio eſt,quòd eſt quædã relatio realis qualitatis ipſius ad eius terminum quæ eſt habitudo tendentis in finem. Et hæc eſt ferè opinio realium, & præſertim Thomiſtarũ.Ocham li.2.q. 9.& Gregorius eodem d.1.q.4. quos nominales ſequuntur dicunt,quòd eſt ipſamet forma abſoluto, putà calor, qui D acquiritur. Fiunt utrinq; innumera argumenta. quæ moleſtiſſimum eſſet referre,& difficillimum intelligere.

¶ Respondetvr ergo ad quęſtionem tribus concluſionibus de motu alterationis & augmentetionis.¶ Prima. 1.Cõcluſ. Motus(formaliter loquẽdo)eſt fluxus: ſiue ſit alterationis, ſiue augmentationis,ſiue localis.Hæc concluſio,ut certiſſima ſupponenda eſt in omni opinione, quippe quę manifeſte elicit ex diffinitione motus.Illis enim uerbis,motus eſt actus in potentia, nihil aliud uoluit exprimere Ariſ.ut quæſt.1.dicebamus,quàmq; motus eſt fluxus quidã cõtinuus formæ procedentis à pura poté E tia in completũ actum.Idẽ patet ex cõmuni modo concipiendi.Nã motus eſt uia quædam,qua acquiritur forma,uel locus.Et ita Cõmen.& omnes Philoſophi frequenter dicunt motũ eſſe uiam. ¶Hinc ſequitur,ut quęcunq; opinio teneatur,nulla tñ negare debeat motum formaliter loquẽdo eſſe ens ſucceſſiuũ: quemadmodum & tempus. Nã motus conſiſtit in fieri & acquiri.Itaq; motus ſemp dicit reſpectũ ad præteritũ & futurũ, ut qualitatẽ intendi eſt nunc eſſe in maiori gradu,quàm immediatè ante hanc, & in minori q̃ immediatè poſt hanc. ¶ Secunda concluſio. Fluxus ille 2. Cõcluſ. non eſt entitas realiter diſtincta à quali F tate.Hoc primo manifeſtè patet in textu præſenti.4.ubi expreſſe ait Ariſ.motum non eſſe pręter res,ad quas eſt motus.i.motum alterationis idem eſſe realiter cum qualitate,& motũ augmentationis,idẽ cum quãtitate,&c.¶ Sed.2. id arguitur . Si motus eſſet entitas alia diſtincta à qualitate,quæ acquiritur,ſequereꝰ,ꝙ ignis qñ calefacit aquã, duas ſimul qualitates produceret in aqua.ſ. & caloré & fluxum illũ:conſequens tñ eſt falſum. Primò , quia ignis profecto natura ſua nihil habet ,pducere,q̃ calorẽ & formã ignis:neq; intellectus aliud cõcipere põt:qđ potiſſimũ ſemp argumẽtũ in phyſica eſſe duxerũ.Et pręterea

A ut arguit hic Philo. text. 19. scilicet ꝙ fi actio & passio essent duo motus existentes in passo, tunc duplici motu moueretur: idem profecto hinc sequitur, nam tunc aqua non solum alteraretur per calorem, sed etiã per fluxũ, quę est alia qualitas distincta. ¶ Et tertiò arguĩt illo argumento cõmuni, quo solemus uti aduersus istas distinctiones. Si motus ad calorem & calor sunt duæ res distinctæ, certissimum est Deum posse alteram illarum entitatem sine altera seruare. siquidem neutra est pars alterius, sed omnino distincta. Et tunc certè secluſa illa entitate, quæ dicitur motus, si calor reciperetur ab igne in aqua,
B aqua moueretur sicut modo: & per consequens calor ille in fieri esset motus: ob idq; superfluè modò ponitur: nam ponentes illum necesse habent dicere, quòd sine motu illo non moueretur aqua, magis quam paries esset albus sine albedine. Et præterea quia uice uersa posset Deus seruare illum fluxũ, qui dicitur motus suspendendo actionem, ne produceretur calor: & tunc deberent dicere, quòd aqua moueretur motu calefactioni,: & tamen non calefieret. ¶ Quartò arguitur: quia uix profecto possumus comprehendere ista accidentia successiua: nempe quorũ nulla prorsus pars sit, nec in aliquo instanti præterito, nec futuro, & tamen quocunque instanti dato aliqua pars præcessit, & aliqua erit futura. Et prĝsertim in motu alterationis. Arguĩt enim sic. Qualitas, quę acquiritur per motum alterationis, est res permanẽs & durans: ergo motus, per quem acquiritur, non est entitas distincta successiua ad hunc sensum, quòd eius partes in nullo instãti sint. ¶ Quintò maioris explicationis gratia arguitur. Aquam moueri motu calefactionis nihil aliud est, quam pertransire distantiam, quæ est inter non gradum & summum gradum caloris: distantia uerò hæc nihil aliud est, quàm calor ipse: sicut distantia hinc ad Romam nihil aliud est, quàm medium spacium: ergo motus calefactionis nihil D aliud est realiter: quàm calor ipse, qui acquiritur & quodãmodo pertrãsitur. ¶ Sextò denique & postremò confirmari potest conclusio ex illa regula Aristo. 1. huius, frustra fit per plura, quod fieri potest per pauciora: si uerò necessitas aliqua est ponẽdi illam entitatem distinctam, maximè ne cõcedamus propositiones, quæ communi modo concipiendi & apud omnes Philosophos censentur falsæ, scilicet motus alterationis est qualitas, acquiritur, uia & acquisitio rei est terminus & res ipsa, quę acquiritur, ut enim nullus diceret motum ad certum locum esse quietem in illo loco, ita nec diceret motum esse E qualitatem ipsam, sub qua mobile quiescit. Sed tamen ad negandum istas prædicationes satis est distinctio rationis, seu formalis, quam sequenti conclusione explicabimus: ergo non est necesse ponere fluxum distinctum realiter à qualitate, quæ acquiritur.

¶ Tertia conclusio. Fluxus iste, 3. Cõclus. qui est motus ad calorem ratione distinguitur à calore, ubi notandum est, quòd idem calor dum acquiritur potest considerari quadrupliciter. Vno modo absolutè & materialiter, ut est quædam qualitas: & tunc est in prædicamento qualitatis, ut dicebamus articulo præcedenti. F Secundò modo, ut est in fieri: putà ut est in continua acquisitione: & hac ratione est motus, quapropter, ut illic dicebamus, identicè reducitur ad idem prædicamentum, in quo est illa qualitas: formaliter tamen, id est ut ratione distinguitur, est prædicamentum actionis, uel passionis: & est post prædicamentum propterea quòd est commune ad multa prædicamenta, scilicet ad quantitatem qualitatem, & ubi. Tertiò consideratur, ut est effectus agentis & tunc est specialiter in prædicamento actionis. Et quartò, ut est id, quo afficitur passum, & sic est in prædicamento passionis. Et ideo dicebamus superius, quòd motus in diffinitione

A accipitur, ut abstrahit ab actione & passione. Quòd si quispiam percuuctetur quid addit qualitatem esse in fieri supra qualitatem? Dico, quòd nihil addit, quã relationem, quam dicebat secunda opinio: putà habitudinem continuæ tendentiæ ad terminum ad quem: dummodo non censeatur esse rem distinctam, ut aliqui opinantur: sed modum & aliqualiter se habere qualitatis sola ratione distinctum. Hanc conclusionem nõ aliter probamus, quam ut saluemus communes modos concipiendi & loquendi receptissimos inter Philosophos, unde in re non differimus à schola nominalium: sed solùm in modo loB quendi. Quod enim ipsi appellant connotationes terminorum, nos appellamus distinctionẽ rationis. Aiunt enim quòd hoc nomen motus supponit pro qualitate connotando, quòd fit in fieri: & hoc nomen actio pro eadem qualitate connotando, quòd fit ab agẽte. Nos tamen dicimus, quòd motus est illa qualitas ea ratione, qua est in fieri: & actio est eadẽ qualitas ea ratione, qua fit ab agente. Est tamen in modo loquẽdi latissima differentia. Concedunt enim ipsi, quòd acquisitio qualitatis est ipsa qualitas, quæ acquiritur. Arist. uerò, & omnes Philosophi negarent illã: sicut negant illam, calor est calefactio. C Itaque illa aliqualiter se habere diuersa, quæ nominales concedunt, deberent sufficere ad negandum similes propositiones in sensu formali: postquam pertinent ad diuersa prædicamẽta. Calor enim est in prædicamẽto qualitatis, sed motus est in prædicamento actionis uel passionis. ¶ Vtrique ergo (si ego non fallor) per extremum peccauerunt. Reales quidem, quia uidentes illas propositiones esse falsas: crediderunt significare res distinctas: nominales uerò credentes non distingui, cõ cesserunt res diuersorum prædicamentorum formaliter de seipsis prædicari: cùm tamen artificium prædicamentorum fuit distinguere res, quæ sunt primò diuersa. Quod quidem artificium D saltis saluatur per istas distantias rationis, seu formales, quod idem est: nã ista distinctio sumitur penès diuersas diffinitiones quiditatiuas rerum. Alia enim est diffinitio quiditatiua motus: & alia diffinitio qualitatis: & alia quantitas (eo modo, quo generalissima diffiniri possunt.) Vnde non uocamus distinctionem rationis (ut supra dicebamus) eò quòd motus uel actio sit ens rationis. Sunt enim identicè entia realia: putà qualitas: sed quia per solam considerationem intellectus distinguimus inter calorem & motum, considerando illa tanquam duo. Et ideo S. Thom. & antiqui Philosophi in hoc sensu appellabant has distinctiones reales: non quòd secluſa operatione intellectus essent duæ res: sed quòd secluſa operatione intellectus est in rebus, unde sumitur illa distinctio. Vnde non ineptè posset distingui duplex distinctio realis: una, quę est inter rẽ & rem, ut distinguũtur substantia & qualitas: alia, quæ est inter illa, quę distinguũtur tanquàm res & modus realis eius. ut distinguitur sedens, & sessio, fundamentum, & relatio, motus, & qualitas, &c. ¶ Quæritur hic autem utrum sicut negatur illa, actio est passio & qualitas est actio, ita sit negandum, motus est actio. Et uidetur quòd F sic, quia motus dicit fluxum & actio dicit relationem. Respondetur, quòd ad affirmandum, aut negandum huiusmodi propositiones oculus attentè habendus est semper, ut uideatur an sint res diuersorum, an eiusdem prędicamenti, unde sicut illa est falsa, actio est passio, quia sunt res diuersorum prædicamentorum, ita & ista, qualitas aut quantitas est actio, aut passio. quia qualitas & quãtitas & actio & passiò sunt res diuersorum prædicamentorum. Et pariter istæ, motus est qualitas, motus est quãtitas, sed motus est acquisitio qualitatis, aut quantitatis. Istæ tamen ueriſſimæ sunt, motus est actio, motus est passio, nam motus est quid superius ad actionem

Distinctio realis.

E

Dubium.

&

A & passionem. Diuiditur enim motus per motum alterationis & motum augmentationis: & idem est motus alterationis, quod alteratio actio, aut alteratio passio. Quocirca oculis ambobus animaduertendum est, quod Aristotel. non dixit quòd actio, aut passio est qualitas: sed, quòd est motus. ¶ Sed in contrarium arguitur, Stat esse motum sine actione, ut patet in sagitta, quæ proiecta mouetur, postquam cessauit actio, scilicet proiectio sagittantis: & è conuerso stat esse actionem, ubi nullus est motus, ut patet in illuminatione, & in generatione substantiæ: quę fiunt in instanti: quæ quidem proinde sunt actio-

B nes sine motu: ergo neque omnis motus est actio, neque omnis actio est motus. ¶ Ad primum respondetur, quòd quandiu durat motus proiecti duratio proiicientis. Ait enim Aristotel. quòd actio est motus in passo: & per consequens quandiu proiectum mouetur, proiiciens dicitur agere per uirtutem, & motum, quem impressit proiecto. Quinimò ut lib. 2. q. 1. dicebamus, quãdo graue descendit, generans eadem ratione dicitur agere. ¶ Ad aliud respondet aliqui, quòd, sicut illuminatio non est motus, præsupponit tamen motum localem applicationis luminosi: pariter generatio præsupponit alterationẽ.

C Solutio tamen non est ad propositum. Est enim quæstio utrum ipsamet productio luminis formaliter sit motus: & pariter productio substantiæ. Ad quod respondetur, quòd non sunt propriè motus: sed mutationes, quia non fiunt successiuè: quapropter hactenus non fecimus mentionem de generatione. Proportionabiliter tamen loquendum est de generatione: sicut de alijs motibus, scilicet: quòd generatio non dissentiat à forma uel composito, quæ generatur, non tamen est motus: quia non est ens successiuum aut fluxus. Sed in eodem instanti quod est primum esse substantiæ resultat simul generatur & generata est. Et idem dicendum est de creatione, vnde quando dicimus omnem motum esse actionem & passionem, loquimur largè de motu, ut comprehendamus etiam mutationem. D

¶ De motu autem locali est difficultas noua, propterea quòd id, quod acquiritur per motum localem, non est forma intrinseca, quæ recipitur in ipso mobili, sicut per motũ alterationis recipitur qualitas, & per motum augmẽtationis quantitas: sed solùm acquiruntur successiuè diuersa loca, quę sunt res extrinsecæ continentes locatum. Quapropter licet Ocham & Gregorius cõueniant de motu alterationis & augmẽtationis, differunt tamen de motu locali. Gregorius enim existimat motum lo E calem esse spaciũ, per quod mobile mouetur. Quam opinionem sustinens nõnulli Thomistę credentes illam opinionem esse S. Thomæ. Ocham uerò putat motum localem non distingui realiter à mobili: cui ego potius fidẽ adhibeo. Ratio & analogia Gregorij est hæc. Quemadmodum se habet qualitas in motu alterationis, se habet spacium in motu locali: & qualitas est idem realiter cum motu alterationis, ut modò dicebamus: ergo & spacium est idẽ cum motu locali. Probatur maior. Quemad modum in motu alterationis id, quod acquiritur est qualitas qua mobile mouetur, ita id quod acquiritur in motu F locali, est spacium, quod successiuè secundum partes pertranseitur. Id enim, quod acquiritur per motum localem, est locus: locus autem est aer ipse, qui me circumstat secundum nominales: ergo motus est spacium.

Motus localis. RatioGrego.

¶ Et possumus nos hanc opinionem confirmare ex his, quæ paulò ante dicebamus: uidelicet quòd quemadmodum spacium medium inter terminũ à quo, & terminum ad quem est distantia, quæ pertranseitur per motum localem: ita latitudo qualitatis à non gradu usq; ad summũ ẽ quodãmodo distãtia, quæ pertranseitur per motũ alterationis ergo sicut acquisitio illius qualitatis, ij

A motus alterationis non distinguitur ab ipsa qualitate, ita motus localis nō distinguitur ab ipso spacio: quod est locus acquisitus per motum. ¶ Aduersus hanc opinionem communiter ab omnibus arguitur, quòd primum mobile mouetur: & tamen si ponamus supremum cœlum moueri, non posset signari motus eius: quia extra ipsum nullum est spacium, quod acquiritur. Respondet Gregorius, quòd eius spacium est terrā, uel aer circa quem mouetur. Sed tamen demus, quòd cœlum, nec extra, nec intra se quicquam habeat: sed moueatur supranaturaliter in uacuo, non

B posset tunc signari spacium, quod esset motus. Item si me quiescente aer, qui me circunstat moueretur, tunc successiuè acquirerem alium & alium locum: & per consequens illud spacium esset motus meus: & tamen ego non mouerer. Hæc autem forsan posset ipse diluere, dicens, quòd loquitur de spacio uero, uel imaginario, quod semper supponatur esse immotū & quiescens. ¶ Aliter tamen arguitur. Motus ut ait Ph. tex. 17. est in mobili, nam motus est id, quo mobile mouetur: sicut albedo est id, quo corpus est album: spacium uerò seu locus, materialiter accipiendo pro aere continente, non est immo-

C bili: quia est illi extrinsecè circunstans: ergo locus uel spacium non potest esse motus. ¶ Notandum est ergo locus (ut in 4. huius latius videbimus) dupliciter accipitur. uno modo materialiter pro aere circunstante (siue sit fixus & permanens, siue currens, ut fluit uentus) seu potius accipitur hoc modo pro ultima superficie continentis. Et tunc est de prædicamento quantitatis. Alio modo accipitur formaliter pro eadem superficie connotando respectum in ordine ad aliquod fixum uerum uel imaginarium. Et hic est de prædicamento ubi. Hic enim locus habet, quòd sit hic numero, propterea qnòd est in hac numero distantia à centro terræ (quantum ad altitudinem) & in tanta à puncto oriētis (quantum ad longitudinem mundi) & in tanta à polo: quantum ad latitudinem. Et quamuis isti respectus & relationes non sunt res realiter distincte, nihilominus explicari nō potest, quid est me esse in hoc loco numero, nisi per huiusmodi respectus. Et quamuis in rei ueritate non distinguantur, loquendum est nobis claritatis gratia, ac si distinguerentur. Respondetur ergo ad Gregorium, quòd analogia nō est inter qualitatem, quę acquiritur motu alterationis: & loca materialiter accepta quæ acquirūtur per motum locale: sed inter qualitatem & loca formaliter loquendo, scilicet, ut connotant

E ubi, quæ sunt in me & identicè sunt egò ipse, unde identicè loquendo motus localis est mobile ipsum considerātum quatenus continuò est in alio & alio loco, scilicet, quatenus modo est in alio loco, quàm fuit immediatè ante hoc & erit immediatè post hoc. Quare sicut qualitas quando est in esse quieto definit esse motus, ita ubi in esse acquisito definit esse motus. ¶ Quòd uerò aliqui Thomistę uelint attribuere S. Thomæ motum localem esse spatium propterea quòd 1. p. q. 110. artic. 3. & alibi frequenter dicat, quòd mobile secundùm locum non est in potentia ad aliquid intrinsecum: sed ad aliquid ex-

F trinsecum, putà ad locum, nullam prorsus habent apparentiam quia S. Thom. non loquitur de potentia mobilis ad motum: sed de potentia eius ad terminum motus. Vult enim dicere, quòd non sicut alterabile acquirit qualitatem & augmentabile quantitatem, mobile localiter acquirit in se formam absolutam: non tamen negat quin successio, qua est in diuersis locis fit motus, qui realiter est idem cum mobili.

¶ Nihilominus tamen, ut dicebamus de motu alterationis, nullatenus concedendū est in sensu formali, ꝙ substantia é motus. Quis. n. inter Philosophos audeat proferre ꝙ cęlum est quidā motus, aut ꝙ pater meus fuit motus, tūc. n.

ego

Contra Grego.

D

E

F

A ego essem filius cuiusdam motus: & cùm ego comedo, aut bibo, interrogatus quid comedo, possem respondere me comedere & bibere quosdam motus. Profecto ut reales nimij sunt in rerum multiplicatione, ita & huiusmodi nominalium quorundam locutiones: præterquàm, quod sunt contra Aristotelem, auribus quoque & uulgi & Philosophorum dissonant. Et eadem ratione, qua in sensu formali negatur, quòd motus alterationis seu alteratio est qualitas (cùm motus & qualitas sint diuersa prædicamenta) negatur, ꝙ motus localis est ubi. Aliud enim prædicamentum est ubi, quàm, actio & passio, quæ importantur nomine motus. Vbi, enim solùm B dicit esse in hoc loco, siue per modum quietis, siue per modum transitus: motus autem dicit illam continuationem successionis ubi. ¶Ex quo sequitur, ꝙ si dum nauis mouetur uersus orientem, homo intus moueretur uersus occidentem taliter, ut semper maneret sub eodem Zenit (quod est punctum fixum in cœlo) talis homo non moueretur secùm dùm se totum, licet moueret pedes.

Ad 1. prin. ¶Ad primum argumentum principale Ocham & Gregorius simpliciter cõcedunt, quòd qualitas est motus alterationis, & mobile, uel spacium est motus localis, confundentes subinde prædicamenta contra artem profecto Aristotelicam. Dicunt enim, quòd motus & qualitas, seu motus & mobile, uel spacium, sunt duo termini supponẽtes pro eodẽ sub diuersis connotationibus. Nos tamen quãuis iure non differamus tamẽ, ut seruemus modum philosophi cum loquendi, concedimus solùm in sensu idẽtico, quòd motus alterationis est res, quæ est qualitas, & motus augmentationis, res quæ est quantitas: nihilominus in sensu formali negamus, motus est qualitas, aut quantitas. & pariter cõcedimus quòd motus localis est res, quæ est mobile, negamus tamen, mobile est motus, ut expositum satis est.

¶Ad primam confirmationem, quæ nititur authoritate Aristo. respondetur, D quòd quando Aristot. dixit ea, quæ differunt specie & genere, differre numero, solùm intelligit in hoc sensu, quòd unũ nõ prædicatur de alio formaliter: nihil tamen uetat, quòd quę differunt specie & genere, sint unum numero: ad hunc sensum, quòd sint unum subiecto: sicut Petrus & sua quantitas & qualitas sunt unũ numero: & duæ medietates eiusdẽ uirgę, quarum alia est uiridis & alia ficca sint unum numero. Et eodem modo ratio motus & rõ qualitatis coincidũt in eandem rem: sed tamen quia differũt genere, differunt numero, ad hunc sensum, ꝙ sunt duæ distinctæ rationes, quarum una formaliter non est alia. Et isto E modo actio & passio differunt numero: sicut differunt genere.

¶Ad secundam confirmationem respõdetur, quòd si in subiecto maioris, quæcunque sic se habẽt &c. sit sermo de quibuscunque duabus rebus, in rigore maior est uera (quæcunque enim duæ res realiter distinguuntur) sed maior est falsa. Si autem intelligatur de duabus solaratione distinctis, tunc negatur maior: quantumcũque à realibus sit concessa tãquàm maxima quædam inuiolabilis. Et est instãtia de fundamento & relatione & de omnibus sex ultimis prædicamentis. Concedimus enim, quòd qualitas & motus alterationis sunt duę rationes, quarũ una potest manere sine alia: F potest enim manere qualitas sub ratione qualitatis, quando non maneat sub ratione motus, putà quando manet in esse quieto: & tamẽ non inde sequitur, quòd motus realiter distinguatur à qualitate, sed solùm ratione. Et idem dicatur de quantitate & motu augmẽtationis: & de ubi & motu locali. Potest. n. manere ubi, puta mobile in hoc loco, quando ubi non habeat rationem motus: tamen non sequitur, quòd realiter distinguantur. ¶Et nequis realium existimet hanc solutionem non esse Aristotelicam, uideat Aristotelem libro primo, text. 59. similiter prorsus arguentẽ de

A de materia & priuatione, scilicet, q̃ materia manet ī genito, priuatio uerò, quę fuerat principiū à quo, non manet, & tamen non subinde infert materiā & priuationem differre realiter, sed solùm ratione, ut expressè ipse asserit tex. 60.

¶Secundum principale argumentū est principiū apud Paulum Venetum & alios tenētes motum distingui à mobili. Propter quod fingunt motū tam alterationis, quam augmētationis, q̃ localis, esse quoddam ens successiuū, cuius nulla pars potest esse secundùm se & quodlibet sui in instanti. Aiunt uerò partes motus continuari per quædā indiuisibi

B lia, quæ dicuntur mutata esse: sicuti partes lineæ continuantur per puncta: & partes temporis per instātia. Atq; adeo dicunt de motu nihil esse præsens, nisi mutatū esse: sicut de tempore nihil est

Existentiæ motus diuersæ opiniones.

præsens, nisi instans. ¶Et tunc de existentia motus sunt diuersæ inter eos opiniones. Alii enim dicunt, q̃ propriè motus nō est in ordine ad copulam de præsenti: sed motus fuit & erit; quia habēt pro inconuenienti dicere illud esse in hoc instanti, cuius partes non sunt. Alii uerò dicunt, q̃ motus est: si ly, est, uniat pro toto tempore motus: non tamē si uniat pro instanti, & in re nihil differūt a prioribus. Paulus uerò & alii dicunt, ut dicendum est, quòd etiam si ly, est, uniat

C pro instanti, hæc est uera, motus est, cōcedimus enim, quòd nunc est hora nona, & dies iouis & mensis Iunii, & annus 1544. Ad quarum propositionum ueritates satis est, quòd sit nunc instans continuatiuum temporis: & eadem ratione concedendum est, quòd nunc est motus cœli, & quòd est deambulatio mea: postquàm cœlum nunc mouetur, & ego deambulo, obidque eadem ratione sufficit ad ueritatē huius: motus est, q̃ sit mutatum esse continuatiuum partium motus. ¶Contra hanc sententiam arguit Grego. & alii nominales. Primo aduersus hoc indiuisibile, quod est mutatum esse: quia uel motus componitur solùm ex mutatis esse: & hoc non, quia ut 5. & 6. huic patebit, sicut magnitudo

D non componitur ex indiuisibilibus, ita nec motus: qui etiam est de genere continuorum, uel componitur ex partibus, quæ non sunt mutata esse: & tunc dicūt difficile esse imaginari, quomodo in nullo instanti ante hoc fuit, nisi mutatum esse: & tamen immediatè ante, & immediatè post quodlibet instans durationis motus fuit & erit aliqua pars motus. Hoc tamen, quicquid sit de tempore, probabilissimum est, ut in prædicamento quantitatis dicebamus, quantitatem distingui à re quanta, & per consequens partes lineæ continuari per puncta, & partes superficiei per lineas.

¶Hoc mihi tamen, fateor, est intellectu E difficile, ut paulò ante dicebamus, quòd detur aliquod ens, cuius quælibet pars unquam sit de præsenti secundùm se & quodlibet sui: & tamen habuerit & habebit partes. Eò præsertim, quòd entitas illa deberet esse bifariam diuisibilis, scilicet, & secundum subiectum, nam animalis quod localiter mouetur caput & omnia membra mouentur: & per consequens entitas illa deberet esse extensa per totum subiectum. Et præterea esset diuisibilis ad diuisionem temporis in præteritum & futurum. Et per consequens secundùm primam diuisionem haberet partes permanentes: & se

F cundùm secūdam non nisi successiuas. Quod neq; intellectu facile est nec creditu. Et ideo nō credo motum esse entitatem successiuam distinctam realiter. Quod nec de tempore possum satis mihi persuadere. ut lib. 4. uidebimus.

¶Deinde arguitur, quòd si motus iste distingueretur à mobili, ut ait Paul. sequeretur, quòd eadem res simul, dum esset, fieret & corrumperetur in eodem tempore & instanti, ut patet de illa entitate: nam eodem tempore adęquato, quo acquiritur, corrumpitur per successionem partium. Et certè corollarium est concedendum. Et idem est dicendū de tēpore, si ponatur entitas distincta. ¶Item sequeretur, quòd ad præteritum

esset

A esset potentia. Nam detur. v.g. motus horarius duraus à nona usque ad decimam: de quo secundùm hanc opinionē in quocunque instanti intrinseco illius horæ uerum est dicere, ꝙ totus ille motus est. Simus nunc in illo instāti primę quartę: & tunc uerum erit dicere, quòd totus motus horarius est, & per consequens in instanti medio totius horæ verum erit dicere motus horarius fuit. Simus ergo in illo instanti medio, & arguitur sic. Iste motus horarius fuit, & tamen nunc potest facere Deus, quòd nūquam fuerit, quia potest facere, quòd medietas sequens non erit, & tunc nun

B quam erit uerum dicere totus motus horarius fuit, ergo ad præteritum est potentia. ¶Hoc etiam corollarium debent concedere: quia hæc propositio, hic motus horarius fuit, ita est uera in instanti horæ medio, ut dependeat ex una de futuro contingenti, & propositionibus ueris de præterito dependentibus à futuro contingenti cōtingere potest ut nunquàm fuerint ueræ. Quare hęc non sunt magna incontinentia.

¶Sed tamen propter argumenta superius facta negamus motum distingui à mobili. Non tamen propterea negandū nobis est, quin motus (formaliter loquēdo) sit ens successiuum, ut Grego. & O-

C cham uidentur negare. Nam quamuis eadem res sit qualitas & motus, tamen ea ratione, qua est qualitas non dicit ens successiuum: sed solùm formam in hærentem subiecto, ea uerò ratione, qua est motus, est ens successiuum. Itaque ratio motus est cōtinua successio. Quocirca licet motus & mutata esse non sint realiter distincta: sed sola ratione, loquendum tamen nobis est de illis claritatis causa, ac distinguerentur, unde ad formam argumenti distinguitur, quòd motus sit ens successiuum. Si enim accipiatur materialiter pro qualitate, aut qnantitate, aut ubi, quibus est idem realiter, negatur: immo est ens permanens. Si uerò accipiatur formaliter secundùm propriam rationem motus, id conceditur. Et eodem modo concedi-

D tur, ꝙ repugnat & habere omnes partes simul, ad hunc sensum, quòd ratio motus in qualitate, si sit intensionis, cō sistit in hoc, quòd immediatè ante hoc fuerit minor, & immediatè post hoc maior, quàm, nunc est: si uerò sit motus remissionis consistit in hoc, ꝙ immediatè ante hoc fuerit maior, & immediatè post hoc minor. Et ratio motus localis consistit in hoc, quòd mobile immediatè ante hoc fuerit in alio loco, & immediatè post hoc in alio, quàm modò est. Non tamen, ꝙ sit aliqua entitas distincta, quæ solum consistat in fieri.

¶Et proportionabiliter respondetur ad

E confirmationem, quòd materialiter loquendo de motu pro re, quæ est motus, partes eius continuantur per quantitatem: quia est ens permanens. Si uerò loquamur formaliter sub ratione motus, concedimus, quòd de motu in instanti præsenti nihil aliud est, quàm aliquid ad imaginationem indiuisibile. Quod si uocetur mutatum esse, de nomine non disputamus ad hunc sensum, ꝙ in quocunque instanti intrinseco motus localis mobile est in aliquo loco, in quo nec fuit immediatè ante, nec erit immediatè post. Et suo modo dicatur de motu alterationis & augmen-

F tationis. ¶ Authoritates omnes, quæ in tertio argumento citantur, facilè ex his, quæ dicta sunt, soluuntur, posita distinctione rationis motus à mobili & termino. Per hoc enim saluatur, ꝙ motus sub ratione motus sit actus entis in potentia, id est, consistat in fluxu & fieri: qualitas uerò dicat actum in actu quieto. Et eadē ratione saluatur quod motus est in mobili: nam motus augmentationis & alterationis & suo modo generationis est forma, quæ recipitur in passo: motus uerò localis dicitur esse in mobili propter distinctionē rationis. Et pariter respōdetur ad illud 7. meta. t. quòd ad qualitatē est per se motus: non tamen ad motum, id est qualitas inquantum qualitas acquiritur per

Ad 3.

motum,

A motum,id est,acquirit successiuè:motus autem non acquiritur per motum: quia illa successio non acquiritur per aliam successionem.

¶Pariter respondetur ad illud secundi de anima, ꝙ qualitas inquantùm calor est sensibile proprium tactus:sed inquâtùm motus est sensibilecommune:quia ratio motus non solùm per tactum, sed per uisum & auditum percipitur.

¶Et per hæc etiam saluantur illi modi dicendi,quòd motus est uia:qualitas verò & ubi est terminus:& ꝙ motus est cā qualitatis.non tamen è conuerso, & ꝙ motus est uelox uel tardus, qualitas uerò minimè. Omnia ergo hæc saluantur

B per distinctionem rationis.

¶Alia uerò corollaria,scilicet, ꝙ motus uniformis,sit difformis,& quod motus circularis sit rectus,& quòd ascēsus erit descensus, conceduntur à nominalibus quia idem globus,qui cadit, mouetur circulariter & rectè,& idem rursus proiectus ascēdit. Nullatenus tamē sunt concedendæ huiusmodi locutiones:tum quia sunt contra communem modum concipiendi:tum etiam quia alia est diffinitio motus circularis & alia motus recti. Quinimò Arist.1.de cœlo dicit, quòd ascensus ,& descensus sunt motus contrarij:tam absurdum ergo est dicere,quòd ascensus sit descensus:

C quàm quòd calor est frigus. Concedendæ ergo sunt locutiones illæ identicè, scilicet,quòd eadem res,quæ est motus circularis,est etiam rectus, & quæ modò est ascensus postea est descensus, sed tamen formaliter loquendo, nec ascensus est descensus , nec motus circularis & uniformis est rectus aut difformis.

¶Et proportionabiliter respondetur ad aliud,quòd motus intensionis sit motus remissionis:nam licet eadem qualitas, quę modò intēditur,postea remittatur, intensio tamen est acquisitio qualitatis, scilicet ubi immediatè post hoc erit maior gradus,quàm nunc & nunc,quā immediate ante hoc: remissio uerò est diminutio qualitatis, ita ut uice uersa nunc sit minori gradu,quàm immediatè ante hoc fuit,& in maiori quàm immediatè post hoc erit. Et proportionabiliter dicatur de augmentatione & diminutione. Quòd autem calefactio sit frigefactio, nulla est apparentia , quia nequè in sensu identico calefactio est frigefactio:nam calefactio est res , quæ est calor, qui acquiritur : & frigefactio est res,quæ est frigiditas. D

¶Illi,qui à triginta hinc annis,aut quadraginta scripserunt: quia non erat illis in animo libros de cœlo & de generatione interpretari,sed ad libros physicorum uuiuersam reuocare Philosophiam:tractant hic ad longum de quatuor speciebus motus.s.localis, alterationis, generationis, augmentationis. E Nobis tamen, quia institutum est super libros illosetiam scribere,uitio meritò daretur , si species motus in particulari hic tractaremus,ubi Arist. mentionem de illis nullam fecit , nisi in genere sub nomine motus. Quin potius id uellem Philosophis huius temporis dissuadere ne in libris physicorum tantum temporis hæreant. Intentio enim Arist.fuit in his libris tractare de motu solum in genere,& in reliquis descendere in particulari ad species qualscunque motus,ut in libris de cœlo ad motum localem,& in libris de generatione ad alias tres species motus.In quibus proinde medul-

F la Philosophię est inquirenda . Atqui si de intensione,augmentatione,& rarefactione,& de motu locali hic tractaretur(prēter ordinis peruersionem)in imēsum abiret hic tertius physicorum. Eò uel maximè si sophismata,quæ deve locitate horum motuum huc aggerantur,submoueremus:indigna certè,quibus humana uexentur ingenia, tantum abest,ut digna sint,quæ in libro physicorum recitentur.De uelocitate autē motus ad sextum & ad septimū huius propriè pertinet differere, de quo illic satis dicimus. Non ergo hic legantur hæc sed ad sua, cuiusque loca remittantur, eò præsertim,ꝙ 5.huius incipit Aristo.

distinguere

A distinguere has species motus disputãdo, ad quænam genera rerum sit per se motus. Interdum satis est, præsupponere de modo, quo fit intensio, duas esse, inter alias, celebres opiniones, alteram nominalium communem, scilicet, ꝙ fit per additionem gradus ad gradum in eodem subiecto adæquato, ita ut sicut qualitas est diuisibilis in partes secundùm extensionem subiecti, ita est diuisibilis in partes secundùm intensionem. Alia uerò est opinio S. Thom. quòd qualitas, quemadmodum forma substantialis ligni, & quemadmodum quantitas, habet quidem partes secundùm extensionem, secundùm tamen intensionem
B minimè, sed est indiuisibilis secundùm suam essentiam, intensio autem fit per hoc, quod illa forma magis ac magis radicatur in subiecto, & magis actuat ipsum ut illic perampliùs res dilucidata examinabitur.

Sequitur statim in textu caput quartum, & sequentia usque ad finem libri.

In textu. lvj. Atque manifestum est, quòd quodammodo est. &c.

Quæstio Tertia.

C VTRVM INFINTVM sit naturaliter posibile.

IN duo partitur Arist. hunc tertium librum, ut in initio commentorum eius dicebamus. In tribus enim capitulis egit de motu, & in quinq; reliquis de infinito. De primo disputauimus duas quæstiones: de altero disputabimus item duas, hãc quidem, scilicet, utrùm naturaliter sit infinitum, alteram uerò, utrum possit esse supra naturaliter. ¶ Primum omniũ arguitur contra primam statim assertionem Aristo. text. 24. s. quòd ad physicũ pertinet disputare de infinito. Quod non est 1. quod habet rationem entis, D nó scitur. 1. post. tex. 5. quia ens est obiectum intellectus: infinitum autem non est possibile in actu, ut ipse asserit textu præsenti, immò nec si esset cognoscibile, ut dixerat lib. 1. tex. 35. & hic repetit text. 66. ergo de infinito non est scientia, & per consequens ad nullum pertinet disputare de illo. ¶ Et confir. quia si ad aliquem pertineret disputare de infinito, is esset uel mathematicus (cum finitum & infinitum sint passiones quantitatis, ut patet text. 35. de qua considerat mathematicus) uel metaphysicus, cũ quia solus Deus est infinitus, tum etiam quia infinitum diuiditur per infinitũ in actu & infinitum in potentia. ut habetur tex E tu præsenti: hæc autem diuisio est propriè diuisio entis. ut habetur. 9. meta. tex. 21. de Deo autem & ente in genere pertinet ad metaphysicum disputare. Id uel maximè, ꝙ physicus non considerat, nisi de ente mobili: infinitum autẽ si esset, non esset mobile, ut hic ostendit Aristo. text. 48. & infra.

¶ Secundò principaliter arguitur, ꝙ detur infinitum in actu. Potẽtia frustra est quæ non reducitur ad actum: nam potentia illud est quod actu fieri potest. 9. meta. text. 12. sed Aristot. concedit hic infinitum in potentia: ergo naturaliter potest esse in actu. Quod si quis respon deat pro Aristotele, ut seipse statim ex- F plicat text. 57. quòd non est in potẽtia, ut reducatur in actum completum quẽ admodum entia permanentia, ut es fit statua, sed quæ reducitur ad actum qui est in fieri: ut entia successiua, quem admodum tempus, & motus, & series generationum, & diuisio continui. Arguitur sic. In continuo sunt partes infinitę illic actu existentes: ergo agens naturale potest illas actu separare. Quemadmodum enim ignis quando comburit lignum, omnes partes proportionales successiue diuidit, ita uidetur, quòd non repugnaret naturaliter esse actu diuisas: & tunc esset naturaliter infinitum in actu multitudine.

¶ Et

A ¶Et confirmatur manifeste aduersus Aristotelem, q̃ detur infinitum in actu: nam si mundus fuit ab æterno, tempus & motus quæ transierunt sunt infinita in actu, scilicet infinitę circulationes cęlorum. Perinde enim est profecto q̃ actu transierit infinitum, ac si modo detur infinitum permanens: præsertim si tempus & motus sint accidentia distincta à mobili. Atque inde patet quòd infiniti homines fuissent actu hactenus transacti. Immò probatur quòd si mundus est futurus perpetuus, erunt etiam infiniti homines in actu respectu copulę de futuro: nam quæro de illa tota collectione quæ in rei ueritate erit, an erit

B finita uel infinita: non finita, quia non potest signari sub quo numero erit: ergo in rei ueritate erit infinita.

¶Et confirmatur secundo argumento quod hactenus non constat quomodo illud soluisset Aristo. Si enim mundus fuit ab æterno, ita ut ante quemlibet hominem fuit homo, & quot fuerunt homines tot fuerunt animæ, & animæ sunt perpetuæ, liquido colligitur nunc esse animas actu infinitas.

¶Tertio arguitur, q̃ detur nunc aliqua perfectio actu infinita. Natura hominis est aliqua quantitas perfectionis: & perfectio angeli in infinitum excedit hominem: ergo perfectio angeli est infinita,

C quoniam si data pedalitate daretur quãtitas, quæ in infinitum excederet illam, illa perfectio esset infinita.

¶Et confirmatur. In homine sunt infinita prædicata essentialia quorum quodlibet addit nouum gradum perfectionis supra aliud: ergo est infinita perfectio. Probatur antecedens. Natura animalis dicit nouum gradum perfectionis super naturam corporis: & perfectio hominis aliquem gradum super perfectionem animalis: ergo inter animal & hominem potest dari unus gradus medius perfectior animali, & imperfectior homine: & inter illum gradum & animal potest dari unus alius, & sic in infinitũ: & istę omnes perfectiones usq; ad substantiam & ens sunt in homine: ergo. D

¶Quartum argumentum esse posset. Ignis potest producere infinitos calores. i. non tot quin plures: nempe quot applicarentur combustibilia: ergo habet infinitam uirtutem. Quòd si dicas non posse naturaliter applicari infinita; saltem si per impossibile applicarentur illi infinita combustibilia in eodem loco, infinitos calores produceret: & per consequens uidetur habere infinitam uirtutem naturalem.

¶In contrarium est Aristo. in hoc text. 56. ubi ait naturaliter esse infinitũ in potẽtia: infinitũ uerò in actu nequaquàm.

¶De infinito, secundò intentionaliter, sumpto pro hoc nomine, nõ homo, E & similibus nihil ad præsens. Infinitum autem, primò intentionaliter, acceptũ pro rebus, de quibus hic disputatur, idẽ est ut nomen ipsum sonat, quod res nõ finita, aut limitata: sicuti, immensum, idem est, quod non mensuratum. Accipitur autem ab Aristotele in text. hic 34. dupliciter. Vno modo negatiuè pro eo, quod non habet terminum, neque aptitudinem ut terminetur, quia. s. non est quantum, ut punctum potest dici infinitum: sicuti uox, quæ est obiectum auditus, est inuisibilis. Alio modo accipitur priuatiuè pro eo, quod non est terminatum, aptum tamen est terminari: F nempe quia est quãtum: nam omne quãtum ex natura sua est aptum terminari. Linea enim terminatur per puncta: & corpus per superficiem: siue realiter distinguantur à subiectis, siue nõ: quàm uis perspicacior erit sermo supponẽdo distinctionem quantitatis à re quanta.

Infinitum dupliciter.

¶Secundò autem diuiditur infinitum: quia aliud est infinitum secundum essentiam, & aliud secundum quantitatem. Essentia enim, cum habeat perfectionis quantitatem, & finita esse potest, & infinita. De huiusmodi infinito nihil hic loquutus est Arist. possumus tamẽ de hoc obiter statuere primam conclusionem.

¶Tantum Deus est infinitus per essentiam: immo tantum ipse esse potest hoc

modo

A modo infinitus. Conclusio ab omnibus theologis cõsentienter est receptilli na in 1.d.43. tametsi profecto à priori difficile sit rationem assignare. Nisi illa sit, quam S.Th.1.par.q.7.arti.1.&2.affert. Ait enim, quòd in rebus materialibus tam materia terminatur per formam, quàm forma per materiam. Materia.n. de se habet infinitum.i.illimitatam potentiam ad formam: & ideo hic text. 65. infinitum in potentia comparatur materiæ, potẽtia uerò illa materiæ, quę de se est indifferens ad plures species, terminatur per formam constituentem illam in aliqua certa specie. Sed forma etiam de se quodammodo habet
B quãdam infinitatem & illimitationem: quia de se est indifferens, ad plura indiuidua: terminatur uerò & limitatur ad hoc indiuiduum per hoc quod recipitur in hac numero materia, & his dispositionibus singularibus. s. hic & nũc, &c. Nam in formis, quæ educuntur de potẽtia materiæ, propterea forma producitur hæc numero, quia educitur de potẽtia huius materiæ cum his dispositionibus. Et anima rationalis, licet priùs natura sit in se, quàm insit materię, ut lib. 1.q.7. dictum est, est tamen hæc, quia fit à Deo receptibilis in hac numero materia. Hinc fit, quòd infinitas potentiæ
C materiæ dicit imperfectionem, quia est mera potentia ad esse per formam, finiri autem dicit perfectionem, quia est acquirere actum, è conuerso uero infinitas ex parte formæ, qa forma est actus, dicit perfectionem: & limitari ad istam materiam, & ad hoc suppositum dicit imperfectionem. Hinc ergo sumitur argumentum. Forma quantò est natura sua immaterialior, tantò est perfectior: Deus est simpliciter à natura sua immaterialis, quia non coarctatur, nec limitatur ad aliquem gradum perfectionis: ergo est essentialiter infinitè perfectus. Maior probatur. Bò anima rationalis est perfectior, quàm anima bruti: quia est immaterialior, id est, quia ex sua natura potest subsistere separata à materia, qđ non potest anima bruti. Et angelus est D perfectior, quàm anima rationalis, quia est magis immaterialis, propterea quòd nõ est receptibilis in corpore, ergo maior est uera. Minor autem patet, quia cũ Deus habeat per se esse non receptum ab alio, sequitur, quòd essentia illius est omnino purus actus, nihil habens admixtum de potentia. ¶Et per hoc solui tur argumentum Scoti. 1. sent. d. 2. q. 2. q. angelus esset tunc infinitus, quia non est aliquomodo materialis. Respõdetur inquam, quòd quanuis non recipiatur in materia sensibili, habet tamen esse receptum ab alio, & perconsequens quodammodo essentia angeli recipitur in E
suppositio, & ideo nõ est simpliciter infinitus. Scio rationem esse metaphysicam, sed certè ratio rei tam remotæ à sensibus nostris, non potest esse, nisi metaphysica & intellectu difficilis, obidq, à priori non potest alia reddi: nam probare Deum esse infinitum, quia potest perpetuare mũdum infinitum, aut producere aliquid ex nihilo, præterquàm, quòd est probatio ab effectu, est etiam ineuidens, & potiùs ex hoc quod habet essentiam infinitã, debet probari à priori uirtus infinita, & consequenter effectus infinitus, quàm è conuerso.
¶Possumus tamen sic forsanclarius proponere rationem. Perfectum tantùm F
ualet quantùm id, cui nihil deest in suo genere, & imperfectum id', cui aliquid deest, ergo infinitè perfectum est id, qđ nihil simpliciter recipere potest: & quicquid potest aliquid recipere, non est infinitè perfectũ, omnia uerò materialia possunt aliquid recipere, ut patet ad experientiam, & angeli recipiunt esse, & uolitiones, & intellectiones, Deus autẽ cum nihil habeat potentialitatis ad recipiendum, sequitur, quòd est infinitè perfectus. ¶Et hinc patet ratio, quare nulla creatura potest esse infinita secũdum essentiam, quia uidelicet implicat esse creaturam, quæ non recipiat esse: & si recipit esse, potest etiam recipere alia accidentia, & per consequens implicat,

A plicat, quòd sit infinitè perfecta. Nam illa probatio, quam alii faciunt scilicet, q si creatura sit infinita, illa esset Deus, certè non explicat causam proximam & per se: qa plus requiritur, ut sit Deus, quàm ut sit essentia infinita: quoniam ad infinitatem sufficeret essentia illimitata in perfectione: sed ad hoc, quòd sit Deus, requiritur, quòd sit independens & habeat per se esse ex intrinseca ratione sua & non ab alio. Et ideo ratio proxima quare non potest esse creatura infinita, est, quia si est creatura, recipit esse, & si recipit esse, habet limitatū esse ad certum gradum, ut homo ita est homo, quòd nullo modo est equus, &c.

B ¶ A posteriori uerò probatur infinitas Dei hoc modo. Deus est per se causa omnium rerum: ergo est quodammodo omnia, ut enim, quod est per se causa ignis, debet esse formaliter ignis, aut quodammodo eminenter, ut sol, & qđ est causa hominis, debet esse homo, &c. ita Deus, cùm sit omnium causa, debet esse eminenter omnia: esse autem non posset eminenter omnia, si haberet esse limitatum ad aliquod certum genus, ergo habet esse illimitatum, quod est esse infinitum. Sicut oculus: quia uidet omnes calores, non habet limitatam naturam alicuius caloris: & ideo ut in prędi

C camentis dicebamus, Deus nō ponitur in genere. Aliam probationem adduximus in lib. 1. q. 7. ex modo producendi: quia uidelicet potuit producere aliquid nihilo præsuppositō. Per oppositum ex tremum: quia omnis creatura habet essentiam finitam, nec potest habere infinitam essentiam: nec uirtutem, nec accidentia infinita. Sed de hoc satis.

¶ Ad propositum ergo, ut redeamus, aliter accipitur infinitum ratione quantitatis, aut cōtinuæ, aut discretę. Et hoc modo loquitur in hoc libro Arist. Quo circa diffinit infinitum esse illud, cuius secundum quantitatem accipientibus semper aliquid accipere est extra, ut patet in tex. 63. ubi eandem diffinitionem expositam dedimus. Et hæc conuenit tā infinito in magnitudine, quàm in multitudine, tam in actu, quàm in potentia. Neoterici autem Philosophi dicunt infinitum hoc modo adhuc accipi dupliciter, uno modo cathegorematicè, ut est nomen supponens pro re infinita, & alio modo syncategorematicè, ut est ad uerbium exponibile per hanc orationem, non tantùm, quin maius, aut tantùm & in duplo plus & in quadruplo &c. Et hoc pro infinito in magnitudine. Et proportionabiliter infinitum multitudine exponitur, non tot, quin plura, seu aliquot & in duplo plura & in triplo &c. Statuunt præterea hanc regulā, quòd quando infinitum ponitur a parte prædicati, tunc accipitur nominaliter & categorematicè, ut, Deus est infinitus, cōtinuum habet partes infinitas. Quando uerò ponitur à parte subiecti, tunc accipitur syncategorematicè, & exponibiliter, ut infinitè parua est pars continui. Regula tamen nō est adeo necessaria, quin potius consulendæ sint aures. Exactior forsan esset regula, quod accipitur syncategorematicè, quando habet formam aduerbii, ut infinitè parua est pars continui, continuum est diuisibile in infinitum. Nam quando habet formam nominis, etiam à parte subiecti accipitur categorematice, ut infinitę partes sunt in continuo, infinita res est Deus. ¶ At uerò nec Arist. neque ueterum ullus Philosophorum utitur his nominibus: sed ut patet textu præsenti 56. distinguitur infinitum in infinitum in actu & infinitum in potentia. Quibus uerbis utitur Sanct. Tho. & interpretes uniuersi. Atqui idem existimo pollere infinitum actu, quod infinitum categorematicè, & infinitum in potētia, quod infinitum syncategorematicè. Et sumitur hęc distinctio ex distinctione huius, quod est esse permanenter, aut successiuè. Nam infinitū in actu est illud, quod habet infinitas partes permanentes: & idem est infinitum categorematicè.

D ¶ Est ergo infinitum hoc modo, illud quod uni parti signatæ habet infinitas

E æquales,

A æquales, & non communicantes, ut si daretur infinita linea uersus orientem, signata una pedalitate, habere infinitas æquales nō cōicantes. Dicitur, æquales, quia in uno pedali sunt infinitæ partes inæquales proportionales. Dicitur, non communicantes: quia bipedale habet infinitas æquales communicantes. s. infinitas pedalitates, nempe primam medietatem, & aggregatum ex secunda medietate primæ pedalitatis, & prima medietate secundæ, & aggregatum ex ultima quarta primæ pedalitatis & tribus quartis secundæ, et ita infinitum diuisa prima pedalitate per partes proportionales, & pariter secunda. Dicitur, uni

B parti signatæ, ut supponat determinatę: nam si supponeret confusæ, dares in pedali infinitas non communicantes æquales, uni scilicet duas tertias æquales tertiæ parti, & tres quartas æquales quartæ parti, &c. ¶ Infinitum autem in potentia est ens successiuum, ut ait hic Aristo. text. eodem. 56. Vnde infinitum in potentia est illud, cuius partes, si incipias numerare semper, quæ numeratæ sunt, sunt finitæ, & quæ restant numerādæ infinitæ. Et hoc est, quod aiunt Philosophi huius temporis, syncategorematicè, ut si tempus post hoc instans incipias numerare, non dabitur tanta

C pars temporis, quin adhuc alia pars restaret transeunda: nunquam tamen ueniretur ad instans, in quo sic numerando fit transactum infinitum. Pariter in infinitum potest Deus creare speciem creaturarum perfectam: quia quacunque data poterit creare perfectiorem: nunquam tamen dabitur infinitè perfecta. Simili modo continuum est in infinitū diuisibile syncategorematicè, nā quotcunque datis diuisionibus, possunt esse plures: sed nunquam dabuntur infinitæ factæ. ¶ Hic tamen adnotauerim, quòd non est subinde concedendum: quod iuniores isti concedunt. s. infinitæ magnā esse partem continui syncategorematicè, propterea quòd signato pedali, aliquanta est pars illius, & non est aliqua tanta pars, quin adhuc detur maior, addendo medietatem excessus, quo totū excedebat illam. Istæ enim premissæ cōcludunt quidem, quòd non detur maxima pars, non tamen quòd detur in infinitum magna pars. Ad hoc enim nō sufficeret, quòd quacunq; parte data daretur maior pars, sed requireretur, q̄ quacunque quantitate data daretur aliqua pars maior: & clarum est, quòd nulla est pars maior quantitate totius. Et re uera hoc sonat, quòd det infinita pars. Eadem ratione est, quòd potentia portatiua Petri terminetur ad minimum q̄ non.) nam pondus æquales suæ resistentiæ non potest portare & quodlibet minus potest, esto inquam hoc detur, non E tamen illico sequitur, ut isti concedūt, quòd Petrus infinitum pondus pōt portare: sed requiritur, quòd quocunq; pondere dato possit maius portare. ¶ Et ideo conuertuntur illæ duę expositiones nō tamen quin plus, & aliquantum & in duplo maius, & in triplo, &c.

D ¶ His præiactis fundamentis præter primam supra positam conclusionem adhibētur aliæ duæ, quibus ad quæstionem respondetur. Sit ergo secunda conclusio. Datur naturaliter infinitum in potentia: tam in quantitate continua, quàm in discreta. Cōclusio est expressa 2. Cōclu. f
Aristot. text. præsenti. 56. & sequētibus. F
Quam quatuor exemplis ostendit. s. in tempore, & motu cœli, & quantum ad discretam in generationibus, quę termina per se existimabat in infinitum durare. Et ideo quantocunque tempore & motu signato adhuc posset esse maior, quod est esse infinitum in potentia. Et idem est de generationibus. Nos uerò christiani, quos fides docet mundum non duraturum in infinitum, exempla ponere possumus de igne inferni: qui durabit in infinitum, & per consequens quocūq; tēpore & motu illius dato adhuc restabit amplius. Idemq; censetur de dānatorum cogitationibus, quid etiam de actibus beatorum, quos habere possunt extra uerbum: qui in infinitum

A poterunt multiplicari. Quartum exemplum est de partibus continui, quas dicit esse infinitas in potentia. Vbi adnotandum est, quomodo Aristo. non ponit partes continui actu infinitas: non quòd non sint infinitæ partes proportionales in continuo, sed quòd non sunt per se infinita entia: nam cùm ens & unum conuertantur, & partes illæ non sunt actu separatæ, & per cõsequẽs nec habent unitates distinctas, sed faciunt unum cum toto, fit, ut nec sint entia actu plura, ob idque aut continuum esse infinitum in potentia: nempe quia pót diuidi in duas medietates, & in quatuor
B quartas, & ita in infinitum. Taliter tamẽ inquit, quòd illa potentia nunquàm potest reduci ad actum, ueluti æs, quod est in potentia statua, potest aliquando esse actu statua: sed taliter, ut quæcunque diuisiones dentur, erũt finitę & restabũt semper infinitæ. Et ideo ait infinitum esse imperfectum, & ut materia: nempe quia illa ratio infiniti semper est in fieri & nunquam exhauritur. Cõsule commenta, quibus hæc explicatiùs adnotauimus. Est enim duplex potentia: alia permanentium, quæ potest aliquando reduci ad actum, ut puer, qui modo est potentia uir, aliquando erit uir. Alia est potentia successiuorum, quæ non reducitur ad actum permanentem, sed actus
C eorum consistit in fieri. Et tale est infinitum in potentia. ¶ Tertia conclusio. Nul
3. Cõclus. lo modo est naturaliter possibile infinitum in actu, neque in magnitudine, nec in multitudine. Et hæc pariter asseritur ab Aristot. eodem textu aduersus eius prædecessores Philosophos: quorũ opiniones abundè, ut reor explicitę sunt in commentis cum rationibus, quibus multis Aristot. aduersus eos usus est. Cùm enim in rei ueritate principium generationum perpetuo debeat durare, probè illi hallucinabantur debere esse infinitum. Non tamen cognoscebant principium nisi materiale, & ideo conuincebantur eiusmodi principium materiale ponere infinitũ in actu, hoc quidem decepti, ut id, quod primo principio efficienti (qualis est Deus) debebant attribuere, attribuebant principio materiali: Nam cùm in materia eadem, quę nunc est sub una forma, possit postea succedere sub alia, sufficiens est materia finita ad perpetuitatem generationum, ut supra textum 73. liquidum fecimus. ¶ Atqui quantùm attinet ad magnitudinem, dupliciter conclusionem possumus explicare, secundùm quòd quantitas alicuius corporis dupliciter potest considerari. Saut physicè aut mathematicè. Corpus. 2. physicum est, ꝙ per certam formam constituitur in certa spẽ: & cum omnis forma naturalis determinet sibi certam quantitatem quò ad maximum & minimum, ut li. 1. q. 4. pertractauimus, planum inde fit nõ posse naturaliter esse corpus physicum infinitum. Secundo probatur conclusio argumẽto Arist. in hoc libro textu. 48. usq; ad 52. Omne corpus physicum est mobile naturaliter ad certum locum (ut grauia & leuia) vel circulariter in loco, ut cęlum, sed corpus infinitum nullo istorum motuum esset mobile: ergo. Probatur minor: nam motu recto non haberet locum naturalem, quo moueretur (cum omnia repleret) de motu autem circulari sic manifestè probat, hoc supposito quod lineæ circuli quãtò longiùs distãt à centro, tantò & inter se plus distãt, ut

apparet in subiecta figura. Si ergo illę lineæ protraherentur in infinitum, fierent, ut & inter se infinitè distarent. Tũc sic arguitur. In motu circulari necesse est ꝙ linea, quę nunc. v.g. est in puncto a. tandem per motum aliquando ueniat ad punctũ b. ubi est alia linea exiens à centro: sed in corpore infinito nunquàm posset illuc peruenire: nam lineę quantũcunq; proximæ deducantur à centro, si in infinitum protrahantur, distabunt infinitè: & cùm spa-

cium

A cium infinitum non fit pertranſibile, ſit vt neutiquàm poſſet una peruenire ad punctum in quo eſt alia. ¶De corpore autem mathematico non currerent iſta argumenta: corpus enim mathematicũ eſt quantitas per intellectum abſtracta ab hoc, uel ab illo corpore phyſico. Nihilominus cùm corpus mathematicũ ſolùm per intellectum ſit abſtractum, & in rei ueritate non poſſit eſſe, niſi in aliquo corpore naturali, ſit, ut ſi curcorpus phyſicum non poteſt eſſe infinitum, ita nec corpus mathematicum. ¶Sed præterea arguitur. Si daretur infinitum naturaliter maximè eſſet extra cœlum (ut ponebant pythagorici) ubi nos credi-

B mus eſſe uacuum: nam latera cœli cum finitè diſtent, non poſſunt capere intra ſe infinitum. Si autem extra cœlum eſſet infinitum, illud cum non poſſet eſſe pura materia, ſequitur, quòd illic eſſent infinita entia naturalia: & ſic eſſent ifiniti mundi: quod primo de cœlo ſcitè redarguit Ariſtot. ¶De infinita intẽtione qualitatis non eſt hic neceſſe uerbum addere: nam qua ratione non poteſt eſſe corpus phyſicum naturaliter infinitum ſecundùm quantitatem, nec poteſt habere infinitam qualitatem, de potentia uerò ſupra naturali quidnam dicendum ſit quæſtio ſequens præſtabit.

¶Ad primum igitur argumentum re-

C ſpondetur primò, quòd quamuis infinitum non ſit in actu, eſt tamen in potentia modo iã expoſito. Et præterea quamquam infinitum non ſit poſſibile, hoc tamen non eſſe poſſibile, pertinet ad phyſicum oſtendere: non ut ſciatur ſimpliciter: ſed ut ſciatur non eſſe poſſibile. Ea ratione, qua ad phyſicum pertinet tractare de uacuo, quod non eſt poſſibile. ¶Ad aliud reſpondetur, quòd infinitum cognoſcitur per ſuum poſitiuum: ſicut tenebræ & cecitas cognoſcuntur per lumen & uiſum. Eſt enim infinitum, cuius præter numeratas partes ſemper eſt ſimiles alias numerare. ¶Ad confirmationem reſpondetur, quòd alia ratione pertinet ad mathematicum tractare de infinito (nempe quia eſt paſſio priuatiua quãtitatis) & alia ad metaphyſicum (uidelicet quatenus infinitum dicit potentiam uel actum) nihilominus alia ratione etiam pertinet ad phyſicum: ut ait Ariſtot. ſ. quia tractat de mobili & motu, qui fit in tempore, unde, quia hæc omnia ſunt quanta, pertinet ad ipſum diſſerere, an eorum quantitas poſſit eſſe infinita. Itaque alii tractant de infinito, ut abſtrahit a materia & motu: phyſicus autem concernendo materiam & motum. ¶Ad ſecundum principale optima eſt reſponſio Ariſt. quam ſupra textum 57. expoſuimus: uidelicet quòd unicui que potentiæ cõuenit reduci ad actum eo modo, quo illi conuenit habere actum: & quia infinitum non datur in permanentibus, ſed in ſucceſſiuis, potentia infiniti reducitur ad actum, qui conſiſtit in fieri: non tamen ad actum completum: qui eſt actu habere infinitas partes. Et iſto modo generationes & tempus & motus, quæ ſunt infinitum in potentia, reducuntur ſucceſſiuè ad actum: qui nunquam finitur. Et eodem modo partes continui, quæ ſunt entia in potentia plura, per diuiſionẽ fiũt actu plura, nunquam tamen poſſunt eſſe actu ſeparatæ. Et ideo ratio infiniti eſt ratio imperfecti. ¶Sed tunc ad replicam negatur, quòd partes illę continui poſſint actu eſſe ſeparatæ, aliàs continuum eſſet diuiſum in omnem ſuam partem, quod implicat contradictionem, ut ſequenti quæſtione uidebitur. Eſſet enim tunc pars indiuiſibilis. Neque ignis quã do comburit lignum diuidit illud in omnem ſuam partem, tum quia combuſtio non procedit ſigillatim per partes proportionales numerando unam poſt aliam: tum etiam quia illa non eſt propriè diuiſio: ſed conſumptio per introductionem nouæ formæ in præcedentem materiam. ¶Ad alia uerò inconuenientia reſpondetur, quod Ariſt. non negaſſet tempus tranſiſſe infinitũ & pariter motum & circulationes cœli: quia incipiendo ab iſto inſtãti numerare

D

Ad 2. prin.

E

F

A rare tempus præteritum ſemper ultra quálibet diem erit dare aliam diem: quę eſt diffinitio infiniti. Ab æterno uerò non potuit incipi numeratio, ut hic finiretur, ſed negat eſſe actu infinitum, propterea quòd omnes illæ partes non poſſunt eſſe ſimul, ut expreſsè ſubiúgit tex. 58. Immò quamuis daretur tempus eſſe accidens diſtinctum: & quòd Deus poſſet illud conſeruare: repugnat tamé, quòd formaliter illam ſucceſſionem tẽporis & motus Deus conſeruaret ſimiliter, & idem eſt dicẽdum de generationibus præteritis infinitis, & eadem ratione non negaret reſpectu copulæ de futuro, quòd tempus infinitum erit etiã
B categorematicè demonſtrando totum tempus futurum: ſed negat eſſe actu infinitũ, proptera quòd incipiendo hinc numerare nunquam poſthac ſignabitur inſtans, in quo uerum ſit dicere infinitos dies eſſe tranſactos. Itaque ad hoc, quòd hæc ſit uera, infinitum tempus erit, nõ requiritur, ꝙ iſta de ineſſe ſit uera in aliquo inſtanti poſt hoc, tempus infinitum eſt tranſactum: (quod requiritur ut ſit poſthac infinitum in actu) ſed ſatis eſt, quòd hæc poſthac ſit uera, infinitum tempus eſt, ſi uerbum uniat pro toto tempore futuro, aut ſi uniens pro inſtanti denotet tunc eſſe aliquod inſtans
C continuatiuum temporis infiniti, unde apud Ariſtote. non eſt idem, quòd infiniti homines præceſſerint, aut quòd poſthac infiniti erunt: & aliquando dentur infiniti in actu. ¶ Ad aliud de animabus fateor difficilimum eſſe diuinare, quid Ariſtote. reſpondiſſet, unde ut ait
☞ Sanc. Thom. 2. contra genti. cap. 38. propter hoc argumentum Philoſophi ante lumen fidei in uarios errores abierunt. Alij enim dixerunt humanas animas eſſe mortales. At, quia Ariſtote. 1. de anima textu. 65. & lib. 3. textu. 20. de generatione animalium, capit. 3. manifeſtè poſuit mentem eſſe perpetuam & ſeparabilem à corpore, tanquàm perpetuum à corruptibili. Commentator captus eſt dementia illa, ut affirmaret intellectum eſſe perpetuum, ac perinde D
unum in omnibus hominibus, animas uerò corrumpi. Quod certè bonum fuiſſet illi, ne nunc eius anima in inferno pœnas lueret, non ſolùm quòd ſarracenus fuit, ſed quòd iſto errore anſam Chriſtianis etiam plurimis exhibuerit reuocandi in dubium animarum perpetuitatem. Alij (ut pythagorici) ponebãt circulationem animarum, ita ut una anima ſucceſſiuè ſit in diuerſis corporibus: qua ratione finitæ ſufficerẽt hominibus infinitis. Alii ut Aui. & Algazelus (quorum opinionem refert Sanc. Thom. 1. p. quæſt. 7. articu. 4.) dixerunt ſolùm Ariſtote. negare infinitam multitudinem cauſarum de per ſe: non tamen infi E
nitam multitudinem rerum per accidens. Cauſæ per ſe ſunt illæ, quæ ſunt eſſentialiter ſubordinatæ: quarũ, ſi eſſent infinitæ, nulla eſſet prima: & per conſequens non eſſet poſſibilis actio: eò quòd cauſa prima eſt, quæ debet omnes alias mouere. Animæ uerò infinitæ nõ eſſent eſſentialiter ſubordinatæ: ſed ſingulæ eſſent ſingulorum hominum formæ. Sed profectò hoc eſt impoſſibile ſecundùm Ariſtotel. qui textu hic 41. expreſsè negat numerum infinitum. Nec ualet reſponſio, quòd loquebatur ſolùm de numero, qui reſultat ex diuiſione quantitatis: nam ratio eius etiam com
prehendit numerum rerum indiuiſi- F
bilium. Ait enim, quòd omnis numerus eſt numerabilis: & per conſequens habet primam & poſtremam unitatem, ex qua omnia inconuenientia, quæ quæſtione ſequenti monſtrabimus inferri poſita infinitate rerum diuiſibilium, ſequuntur etiam ex infinita multitudine animarum: præterquàm quòd animæ non occupant locum. Vnde Sanc. Tho. 1. p. quæſtio. 46. articu. 2. nihil reſpondet ad Ariſto. ſed cùm ſit aliàs tam eius diſcipulus, uidetur eum in hac parte deferere: innuẽs, ꝙ quãuis fuerit poſſibile de potentia Dei abſoluta mundum fuiſſe ab æterno, non tamẽ eſt poſſibile, quòd homines fuerint

Nota per pulchram inuectiuã.

ab

A ab æterno: sed quòd angeli numero finito, & cœli & res perpetuæ fuissent ab æterno. De quo nos disputabimus lib. 8. ¶ Sed animis, quicquid sit de natura rerum, saltem supra naturaliter postquam non repugnat mundum fuisse ab æterno, ut illic S. Thom. & ferè theologi cõfitentur, posset Deus qualibet die produxisse unam animam, uel unum angelũ: quæ cũ sua natura sint entia perpetua, essent nunc infinita in actu. De hoc quæstione sequenti disputabitur.

¶ Hæc argumenta rem faciunt uehementer dubiam, quid responderet Aristo. quippe qui non solum opinatus est mundum fuisse ab æterno. ut lib. 8. uidebimus sed quòd ante omnem hominem fuit etiã homo. Et hoc est manifestè necessarium secundùm eius principia nam ipse (ut cæteri omnes Philosophi) ignorauit creationem. Vt enim lib. 1. adnotauimus, impossibile reputauit ex nihilo aliquid fieri: homines autem incipere non poterant, nisi daretur primus homo, aut primi homines in aliquo numero, qui quidem cum non potuissent ex prioribus aliis generari, debuissent fieri per creationem, aut sicut in rei ueritate factus est homo de limo terræ: quod Aristote. nec suspicari unquam potuit. Et ideo supposito quod non habuit opinionem Pythagoræ, nec Commentatoris, ineuitabiliter sequitur quòd posuisset infinitas animas modò existentes, ubicunq; illæ sint. Nam cum non occupent locum, ubicunque esse possunt. Sicut concederet, quòd fuerunt infinitæ reuolutiones cœli. Atqui illi, qui Aristotelem habent pro Deo, discruciant se, ut respõdeant huic argumento: christiani uero non est, cur de hoc se tantùm fatigent: nam est hoc magnum argumentum quod habemus contra Aristotel. ad probandum mundum non fuisse ab æterno: quoniam re uera creaturæ esse non potuerunt, nisi per creationem: creatio autem neque hominis neque alicuius rei corruptibilis potuit fieri ab æterno, ut relinqueretur suæ naturę. Nam si ab æterno creatus esset equus relictus suæ naturæ, debuisset durare tantùm per tẽpus finitũ: & per consequens ille equus etiam ab æterno fuisset mortuus: ut est manifestum: implicat tamen contradictionem, quòd ab æterno fuerit natus, & ab æterno mortuus, & tamen quòd priùs per uiginti annos fuisset natus, quàm mortuus. Si ergo nullus homo ex natura sui potuit ab æterno creari, impossibile est ante omnem hominem fuisse hominem: uno autem impossibili dato, nil mirum si aliud sequatur. Atque adeo id manifestè concludit hoc argumentum, quòd Aristot. lumine naturali, quantocunque fuerit præditus, pertingere exacte non potuit ad rerum ueritates oẽs naturalium. Et ideo quamuis concessisset infinitas animas, nullum argumentũ est ita esse: postquam illud inferebat ex uno impossibili. Et forte hac de cã ita lubricè & sub nubilo loquutus est de perpetuitate animarum, quia uidebat subsequi infinitas esse, nec uidebat clare quo modo producerentur in corpore, & tamen non educerentur de potentia materię, quòd tamen erat necessarium, si erãt perpetuæ, nam quòd producerẽtur per creationem ignorauit. Quo circa de intelligẽtiis: quia non sequebantur eadem incõuenientia palam enunciauit esse perpetuas, improducibiles & incorruptibiles: finitas tamen & non receptibiles in materia. ¶ Ad tertium dicitur quòd angelus in infinitum excedat perfectionẽ hominis, aut homo perfectionem equi. Si enim intelligatur positiuè & categorematicè, scilicet quòd excedat per aliquàm latitudinem habentem infinitos gradus perfectionis, sicut infinita pedalia excederent unam pedalitatem, id negatur: quia illo modo, solus Deus essentialiter excedit omnem creaturam, idcirco, ut dicebamus in prima conclusione, quòd eius essentia est illimitata, & nõ coarctata ad aliquẽ certum gradum & perfectionem specificam, sed est eminenter omnia: aut quòd excedat negatiuè. i.

B C D E F Ad 3.

A quòd species equi non potest attingere ad perfectionem hominis, nec species humana ad perfectionem angeli: & sic conceditur: unde tamen non sequitur, quòd species Angeli sit infinita, sed habent se in hoc species, sicut numeri ut 8. meta. text. 10. docet Aristot. species enim quinarii est finita, licet species quaternarii non possit attingere ad speciem quinarii: quia huiusmodi species consistunt in indiuisibili: & ideo repugnat quòd fiat eis additio in eadē specie. Repugnat enim, q̄ sit homo essentialiter perfectior mē: aliàs non esset homo.

¶Confirmatio tertii argumenti multis
B modis peccat. Primò, ut dicebamus in prædicabilibus, quæstione de specie, & lib. 1. huius quæstione 2. falsum est, q̄ inter hominem & animal sit signabilis gradus medius essentialiter imperfectior homine, & perfectior animali, sed animal est proximum & immediatum eius genus: cùm enim diffinitio hominis constet ex animali & rationali, non habet alium gradum: nisi istos duos. Et secundò ascendendo supra animal non proceditur in infinitum: sed solùm usq; ad substantiam quod expressè docet Aristote. 8. meta. textu. 10. ubi in hoc comparat species numero (qui non diuiditur in semper diuisibilia, sed sistit in
C unitatibus) & non magnitudini, quę diuiditur in semper diuisibilia, uidelicet quòd diffinitio specifica non diuiditur in infinitum, sed datur primum genus & ultima differentia.

¶Et præterea quod modo mihi occurrit. Quāuis daretur latitudo media inter hominē & animal, & inter animal, & corpus, non se tamen haberent sicut infiniti gradus perfectionis æquales & non communicantes, sed sicut diuisio cōtinui per partes proportionales. Itaque inter hominem & substantiam est latitudo finita perfectionis procedens ab homine usque ad substantiam tanquàm à certa latitudine perfectionis ad imperfectum, quod se habet sicut principium talis perfectionis i. sicut unitas D post principium numeri.

¶Ad quartum principale conceditur, q̄ ignis potest producere infinitos calores syncategorematicè. i. non tot, quin plures naturaliter posito mundo perpetuo: hoc tamen non est infinitum in actu, sed solùm in potētia, ut expositum est. Quod si applicentur per miraculum infinita simul combustibilia, tam casus nō est naturalis, sed hoc spectat ad quæstionem sequentem, an Deus possit facere infinita actu diuisa. Illo tamen per impossibile dato, conceditur, quòd producerentur infiniti calores: sicuti sol, si applicarentur infiniti aeres actu diuisi, produceret infinita lumina. Sed tamen E inde nullum est argumentum ad probā dum infinitam uirtutem ignis. Ignis enim solùm potest producere calorem, ut octo, in quodcunque passum. Quod autem sint tot uel tot numero, hæc est per accidens ex parte materiæ. Immò illo etiam dato per impossibile, ignis in infinitum crescceret, ut lib. 1. q. 4. disputatum est.

Text. lxvj. Quocirca ignotum, &c.

Quæstio Quarta.

F VTRVM DE POTENTIA Dei absoluta possit fieri supranaturaliter infinitum in actu.

RO parte affirmatiua arguitur. Quicquid non implicat contradictionem Deus potest facere, infinitum esse non implicat contradictionem: ergo id potest à Deo fieri. Maior est nota & authoritate Luc. 1. non est impossibile apud Deum omne uerbum: & ratione: quia repugnantia esse non posset, nisi aut ex parte Dei: & hoc non, cùm sit potentiæ infinitæ: aut ex parte effectus, qui tamen si non implicat contradictionem, non habere repugnantiam,

A pugnantiam, ut fiat. Minor autē probatur: quia posito infinito, nulla potest inferri contradictio. ¶ Nihilominus secundò probatur, q̄ non implicet contradictionem: nam tota disputatio in hoc pūcto uersatur. In continuo sunt infinitæ partes, ut Arist. concedit, dicens: q̄ est diuisibile in semperdiuisibilia. Nec ualet, si dicatur, q̄ sunt in potentia, siquidem illic sunt actu existentes in toto: ergo Deus cognoscit singulas distinctè. Tunc sic quicquid Deus cōseruat per causas secundas, potest se solo conseruare: sed illę partes sustinentur per unionem in toto: ergo poterit illas diuideret, & seor
B sum conseruare, quo facto erit infinitū in actu. ¶ Tertiò principaliter arguitur de linea gyratiua. Sit enim columna pedaliter circularis bipedalis autem longitudine, ut apparet in hac figura. Illic possumus cogitatione intelligere unam partē digitalis latitudinis, quæ circumeat primam partem proportionalem illius columnæ diuisæ proportione dupla: quæ quidem linea erit plusquàm pedalis: & alia partem continuam eiusdem lineæ angustiorem, quæ gyret secundam partem proportionalem: & eadem ratio

C ne gyrentur omnes, quæ sunt infinitæ: quæ quidem lineæ in rei ueritate existunt in illa colūna, postquàm sunt pars illius. Hoc intellecto patet illam lineā esse infinitā: quia quælibet pars illius lineæ ad minus erit pedalis post quam facit circulum pedalem: & sunt infinitæ: ergo linea erit infinita. Quam nihil repugnat Deum posse separare à toto, & tunc erit actu infinita. ¶ Quarrum argumentum est. In hora futura, quæ nunc incipit, sunt infinitæ partes proportionales, quas Deus distinctè cognoscit: ergo poterit in singulis singulos angelos creare. Qua ratione in fine horæ erunt infiniti angeli. Et eadem ratione potest in qualibet parte creare ignem, uel lapidem pedalē & unire præ D
cedenti, & hoc modo in fine horę erit ignis aut lapis infinitus: hæc autem nullam implicant contradictionem: ergo. ¶ Quintò principaliter arguitur. Nihil repugnat, ut in confesso est apud theologos, mundum fuisse ab æterno, quod & S. Thom. 1. p. q. 46. affirmat: ergo nec repugnat Deum in qualibet die creasse unum angelum, uel animam: atque adeo essent modò tot actu angeli, quot fuerunt dies: dies autem, ut superiori q. dicebamus, fuissent tunc infiniti: ergo angeli essent modò actu infiniti.

¶ Postremò arguitur. Virtus potentiæ attenditur ex obiecto: uirtus enim calefactiua est, quia calefacit: & uisiua, E
quia uidet: uirtus autem Dei est infinita, ergo potest producere obiectum infinitum. ¶ Hæc & alia huiusmodi argumenta fieri solent ad probādum possibilitatem infiniti supranatur aliter.

¶ In contrarium non possumus Aristotelem expressè citare, cùm de supranaturalibus nihil nouit: nihilominus uidetur in hoc textu præsenti insinuare esse impossibile de quacunque potentia, dicens, quòd infinitum nō est cognoscibile sub ratione infiniti: quod autem nō est cognoscibile per nullam potentiam fieri potest. Item quia, ut uidebimus, infinitum implicat contradictionem.

¶ Quæstio hęc celebris est & per F
quam multis rationibus utrinque controuersia cùm Philosophis, tum etiam theologia. Antiqui semper habuerunt pro comperto Deum non posse facere infinitum: sicut non potest facere chimeram, propter repugnantiam rei. Ita tenet Sanc. Thom. 1. q. 7. & q. 46. licet illic solum de naturis rerum disputet: negat tamen infinitatem animarum fuisse possibilem. Sed quol. 9. articul. 1. expressè negat per omnem potentiam fieri posse infinitum. Eandem opinionem tenet Scotus 2. sententem. d. 1. q. 3. & Bonauent. 1. senten. d. 43. Et eadem distinctione Durandus: qui licet non adeo frequenter solet si-

A dem adhibere sententiis. San. Thom. in hac tamen parte eum in dubius sequitur. Et Marsilius in 1.q.42. dicit hanc esse opinionem communem: & eandem sequitur: & ingeniosè certe eam corroborat licet plus insistat de infinitate per fectionis: de qua nihil hic intendimus dicere, quod enim quæstione præcedenti diximus, abundat Philosophis. Hanc uerò, opinionem repellunt nominales. Occham quidem 2.d.1.sed inter omnes latissime Gregorius in 1.d.43.q.4. nam Gabriel lib.2.d.1.q.3. utranq; opinionem censet esse probabilem.

¶Et quamuis Gregorius tres conclusiones sigillatim ponat, scilicet quòd po-
B test Deus facere infinitum magnitudine, multitudine & intensione qualitatis, tamen quia rationes germanæ sunt & connexę, unica conclusione respondetur ad quæstionem.

Conclusio principalis. ¶Per nullam potentiam possibile est dare infinitum in actu, aut magnitudine, aut multitudine, aut intensione. Terminus superiori quæstione expositus est. Appellamus infinitum in actu, si sit continuum, illud quod est ens permanens habens omnes suas partes simul: taliter, ut uni certe signatæ sint in illo infinitæ æquales non communican-
C tes &c. Infinita uerò multitudo est collectio infinitorum entium separatorũ: sed infinita intensio qualitatis est, ubi sunt infiniti gradus æquales non communicantes, &c.

¶At uerò, quia tota hæc disputatio in hoc posita est, ut examinetur, an implicet cõtradictionem infinitum esse, hoc primùm omnium stabilire est operæ precium. Et enim & naturali, & fidei præsertim lumine, receptissimum est & solemne, omnipotentiam dei nullatenus terminari, sed esse infinitam, infinitasve rò in hoc consistit, quòd omne factibile possit facere. Si autem aliquid nequit facere, non est ex defectu potentiæ, sed quia illud ex natura sua non est factibile, ut quod chimera sit, & quod homo sit irrationalis. &c. Attamen quid sit factibile, hoc est sub iudice. Ait theologorum schola quodcunque esse factibile, non implicare contradictionem. Quæ quidem sententia, nisi sano sensu intellecta, profecto sustineri non potest. D

¶Bifariam enim cõtingit aliquid implicare cõtradictionem, uno modo quod intrinsecè, expressè, & formaliter infert duas contradictorias: ut si quis diceret orbem lunæ, qui capitur intra orbem Veneris, esse illi æqualem, aut cor hominis esse æquale toti homini, sequeretur expressa contradictio. Orbis enim Veneris continet intra se orbem lunæ, ergo est maior illo: & per consequens non est æqualis. Item totum est maius sua parte, ut patet ex diffinitione totius: cor est pars hominis, ergo non est æqua- E
le illi. Atqui si isto modo intelligatur implicatio contradictionis, profecto manifestissimè est falsum, quod quicquid non implicat contradictionem, Deus possit facere. Innumera enim concedimus, Deum non posse facere, ex quibus tamen non sequitur huiusmodi contradictio. In diuinis nanque confitemur non posse filium generare alium filium, & tamen ex opposito non sequitur manifesta contradictio. Et negamus Deum posse facere hominem esse equum secluſa unione hypostatica, & tamen non sequitur expressè, Petrus est F
equus: ergo non est homo, nam posset aliquis dicere, quòd licet natura id non possit, tamen Deus posset facere unum hominem, qui simul esset equus. E negamus Deum posse facere chimeram, & tamen illa creata certè nulla contradictio expressa sequeretur, nisi quòd esset unum monstrum constans ex partibus diuersorum animalium. Quin immò concedentes infinitum in quantitate, negant possibile esse infinitum in perfectione: & tamen profecto non sequitur manifesta contradictio, si daretur essentia infinitè perfecta. Quod enim aiunt tale infinitum continuò sequi esse Deum, re uera non sequitur euidenter: nam, ut dicebamus quę-

Nota.

A ſtione proxima, plus requiritur ut ſit Deus, quàm ut ſit eſſentia infinita. Sufficeret enim ad eſſentiam infinitam, habere infinitos gradus perfectionis: licet dependeret ab alio. Alio modo accipitur implicare cõtradictionem, pro eo quod includit repugnantiã: ad quod ſufficit, quod intellectus lumine naturali, quamprimum id proponatur, diſſentiat & reſiliat: neque ullo modo adhærere poſſit, quod enim lumini naturali intellectus repugnat, meritò dicitur natura ſua repugnare. Et hoc modo uerũ eſt, quod quicquid non implicat, id eſt non repugnat intellectui, Deus poteſt facere. Atqui hic profecto ẽ germanus
B ſenſus loci illius Lucę 1. non eſt impoſſibile apud Deum omne uerbum. Verbum enim illic tantùm valet, quantùm id, quod poteſt mente concipi eſſe factibile, non enim poteſt facere hominẽ eſſe irrationalem, aut chimeram eſſe: quia ſuppoſitis naturis rerum ſcilicet, quòd homo ſit animal rationale: ſtatim intellectus diſſentit, ut poſsit ſimul eſſe animal brutum. Et ſuppoſitis naturis diuerſorũ animalium renuit, quòd poſsit eſſe monſtrum diuerſorum naturas participans.

¶ Hoc ſuppoſito profecto non eſt ita multùm difficile perſuadere infinitum implicare contradictionem. At quia
C iſti, ut infinitum defendant, alia noua inconuenientia cumulant, incipiam à diuiſione continui: tametſi hoc lib. 6. ex profeſſo tractandum ſit. Et ut ſecundum argumentum propoſitum, quod magnifacit Gregorius in authorem ipſum reiiciam, arguitur ſic. Si Deus poſſet facere infinitum, ſequeretur, quòd poſſet illud etiam facere per diuiſionẽ continui in omnem ſuam partem, hoc tamen profecto non ſolùm implicat contradictionem ſecundo modo, ſed primo modo qnia facta quacunque diuiſione, ſi eſt pars illa, adhuc eſt diuiſibilis. Nec ualet ſolutio Gregorij, quòd ſcilicet illa iam eſt actu diuiſa: nã cùm continuum non conſtet ex indiuiſibili bus, quæcunq; fiat diuiſio, ſit in partes adhuc diuiſibiles: quę licet naturaliter non poſſint eſſe ſub quacunque parua quantitate, tamen ſupernaturaliter poſſunt diuidi. Sed quia hoc in ſexto. explicatiùs habet examinari, ſupponatur hic id (quod nemo præter Gregorium dignus nomine Philoſophi negare poſſet) continuum nõ poſſe actu diuidi in omnem ſuam partem, aliàs (ut Philoſoph. probè infert ſexto huius) ſequeretur, continuum componi ex indiuiſibilibus: quod implicat cõtradictionem: nam unum indiuiſibile additum alteri non reddit maius. ¶ Vnde ad ſecundũ principale argumẽtum (nam ad primũ in calce quæſtionis reſpondebimus) omiſſis uarijs reſponſis, quæ dantur à diuerſis conceditur Deum cognoſcere diſtinctè infinitas partes continui: cognoſcit tamen eas, ſicuti ſunt, ideſt cognoſcit eas actu componere totum, eſſeque diuiſibiles in infinitum ſyncategorematicè: non tamen cognoſcit omnes collectiuè poſſe eſſe actu diuiſas. Quemadmodum cognoſcit quidẽ entia, ex quibus fingitur componi chimera, non tamen cognoſcit illam eſſe poſſibilem. Et ideo non poteſt illam facere. ¶ Sed ecce ualidiſſimam replicam Gregorij. Quando dicitur, quòd continuum habet partes in potentia, aut ly, potentia, determinat ly, habet: & tunc ſenſus eſſet, quòd ſolum poteſt habere illas: quod eſt falſum (immò actu habeat eas) aut determinat ly, partes, ut ſit ſenſus q illæ partes non faciunt ſingulæ per ſe unum, ſed omnes ſimul cõponunt unum: & tunc (inquit) non eſt maior ratio, quòd ſint iſto modo infinitæ facientes unum, quàm ſi eſſent actu ſeparatæ. ¶ Damus nos illi ſecundũ ſenſum, ut enim ſemel intelligatur, quid ẽ pars infinita in potẽtia, explicamus, quòd partes continui ſunt quidẽ actu partes: quia acto componũt: non tamẽ ſunt actu entia: quia ens & unum conuertunt: & ideo pars, quæ non per ſe ſubſiſtit, non eſt ens, ſed entis ens. Eſt

D

Ad 2. prĩ.

E

F

autem

A autem repugnantia, quòd sint actu infinita entia, nulla est tamen, q̃ sint actu infinitæ partes in toto. Si enim illa fierent per diuisionem continui in omnẽ suam partem, darentur partes continui indiuisibiles, ut dictum est. Si autẽ alio modo crearẽtur actu infinita simul per se subsistentia, sequerentur incommoda alia, quæ iam modò inferentur. ¶ Ad formam ergo argumenti conceditur, quod quicquid Deus cõseruat per causas secundas efficientes, potest se solo conseruare. Quòd autem non possit singulas partes continui actu diuidere, nõ est, quia non potest supplere uicem causæ efficientis, sed quia repugnat intrinsecæ

B rationi quantitatis esse diuisam in omnẽ suam partem: eò quod de ratione quantitatis est esse diuisibilem, & de ratione partis est esse quantam: atque adeo quantuncunque detur minima diuisa, restat adhuc diuisibilis. ¶ Simili modo peccat tertium principale argumentũ famosæ lineæ gyratiuæ: de qua tam se anxiè affligunt multi: alijs dicẽtibus esse infinitam solùm syncategorematicè, id est non tantam, quin maiorem, aliis minus malè dicentibus, quod si infinita est linea gyratiua, linea gyratiua est infinita, id est si est infinita syncategorematicè, est infinita categorematicè: nam si non est tanta, quin maior, eadem ratione concedendum est,

C quòd uni pedalitati signatæ (quanta est grossities columnæ) habet infinitas æquales, nihilominus falsissimũ est, quòd sit infinita in actu, aut categorematicè, aut syncategorematicè, est enim ridiculum in physica, quòd in corpore bipedali detur linea longior, quam sit totũ: nam eisdem punctis, quibus clauditur longitudo totius, clauditur longitudo cuiusq; partis ipsius. Et irrideret Arist. quòd inter duo puncta finitè distantia, detur aliqua linea actu infinita. ¶ Respondetur ergo ad formam argumenti, quòd quamuis cogitatione possimus imaginari talem lineam, tamen non est actu infinita: sicuti neque actu est ens per se. Quòd si Deus incipiat illam separare à toto, erit semper tam longa, quanta erit pars separata: nunquam tamen Deus per suam omnipotentiã poterat totam separare: sicut non potest diuidere continuum in omnem suam partem, & in hoc sensu conceditur, quod est infinita in potentia, & syncategorematicè separabilis: quantacunque enim separetur, poterit separari maior: non tamen est potentia infinita categorematicè, quoniam non est possibile, ut fit separata infinita: ueluti continuum est in infinitum diuisibile: nunquàm tamen potest esse actu diuisum in partes infinitas. ¶ Per hæc itidem respõdetur ad argumentum Maioris, qui 4. sent. d. 11. q. 2. censet posse infinitum fieri in actu multitudine, si sacerdos intenderet consecrare solas pares pares hostiq; dfuisæ proportione dupla: tunc enim cum in omnibus paribus erit corpus, in imparibus uerò panis, fit, ut partes illæ panis sint actu diuisæ: tamen si albedo & aliæ qualitates sint continuæ: illæ nanque non credit quantitatem distingui à re quanta. Quòd si tenentes quantitatem distingui responderint manere illic omnes partes sub eadem quantitate continua, saltem sequitur, quòd parter panis erunt infinitæ actu diuisæ secundum substantiam. Et præterea arguitur, quia si hoc modo Deus facere

D E

F potuit ut diuideretur substantia, manifestè sequitur, quòd potuerit simili modo corrumpere partes pares quantitatis, & quòd manerent impares. ¶ Huic tamen argumento respondetur primò physicè, quòd petit principium: nam si implicat contradictionem continuum esse diuisum in omnem suam partem (quia tunc daretur pars indiuisibilis) negatur posse Deum conferre talẽ uirtutem uerbis, ut posset illo modo intercalare partes proportionales. Et re uera si Philosopho naturalinõ posset persuaderi mysterium eucharistiæ aliter, quàm ut simul hoc corollarium admitteret, satis profecto esset illi persuasu

difficile.

A difficile. Præterea respondetur more theologorũ, quod certè sacerdos, qui illo modo prætenderet consecrare, & nullatenus consecraret, & sacrilegus proinde esset: consecrari enim non potest materia, etsi sit distante præsens, ut possit demonstrari pronomine, hoc, quod est in forma uerborum: partes uerò impares non possunt illo modo esse præsentes homini distinctè & figillatim nec alicui creaturæ, siquidem sunt infinitæ. Et quàquàm Deo sint præsentes, iam dictum est, quòd Deus non cognoscit illas, vt actu separabiles: & ideo nec posset Deus illo modo cõsecrare sicut non potest diuidere continuum in quã B libet suam partem.

¶ Hinc sumitur alterum argumentum aduersus istos assertores infiniti, quòd profecto quamuis uera esset opinio infiniti, fieri tamen nequiret modo quo ipsi concedunt. Casus enim eorũ frequẽtissimus est, qui positus ẽ in quarto argumento principali: nempe, quòd hora futura diuisa per partes proportionales minoribus terminatis uersus finem, Deus producat in qualibet partevnum angelum, & sic erit multitudo infinita aut lapidem & continuet cum alio: & hac ratione erit magnitudo infinita. Huiusmodi tamen casus, præter positionem infiniti, non solùm implicant, sed certè explicãt manifestam C contradictionem: nam ponunt quòd hora sit numerabilis per quamlibet suam partem, quod est impossibile, sicut quòd unum continuum permanens diuidatur in omnem suam partem. Et certè, quanuis Deus possit facere alio modo infinitum, non posset tamen omnes partes proportionales horæ numerare incipiendo à prima. Et hæc est ratio Aristote. hic text. 41. ubi sic arguit, omnis numerus est numerabilis: infinitum autem non est numerabile: ergo non potest esse numerus infinitus. Et text. 59. expresse ait, quòd siquis continuum aliqua certa proportione diuidat, nunquam illud pertransibit. Nec potest intellectus aliud capere, nisi quòd, si Deus numeraret illo modo omnes, numeraret ultimam. Et ideo qua ratione non datur ultima, sit ut nec sint omnes numerabiles. Nec ualet consequentia in instanti terminatiuo horæ: tota transiuit, & quælibet eius pars: ergo potuerunt omnes numerari figillatim uersus illud instans sicut non sequitur, musca potuit pertransire totum pedale: ergo potuit trãseundo numerare figillatim omnes partes proportionales: unde Gabriel loco citato licet dicat probabilem esse positionem infiniti, non tamen persistit in hoc, quòd fiat per partes proportionales horæ. Quocirca posito isto modo E infinito non solùm sequuntur inconuenientia propria infiniti, sed alia noua, & manifestiorem implicantia contradictionem. ¶ Quapropter, ut plenè respõ deamus quarto argumento, ostendamus septem argumentis, quomodo implicat cõtradictionem infinitum factũ p partes proportionales horæ: & quinque aliis quomodo repugnet simpliciter: ut omnia sint numero duodecim. Primò si Deus posset facere isto modo infinitum, sequeretur, quòd etiam posset facere illud producendo pedalitates illas per omnia instantia horæ (nam sicut cognoscit omnes partes proportionales, ita cognoscit omnia instãtia) F taliter tamen ut nullum prætermittatur instans totius horæ quo non producatur unũ pedale & puniatur præcedẽti. Nihil enim argumento refert instantia esse accidentia distincta, nec ne. Tũc sequeretur, quòd illius infiniti secundùm longitudinem nulla esset pars continua maior, quàm pedalis, quod profecto expressam dicit contradictionem. Sequela tamen probatur. Detur pars aliqua maior pedali, quæ sit. v.g. bipedalis, illæ duæ pedalitates fuerunt productæ in duobus instantibus diuersis: & Deus nouit, quæ instantia erant illa: sed nulla possunt esse instantia immediata, immò nulla, inter quæ D

non

A non mediēt alia infinita: ergo inter productionem primę pedalitatis, & productionem secundæ, fuerunt alię infinitæ productæ: & per consequens istæ non sunt immediatè unitæ. Et pari modo replicabitur de quibuscunque duabus pedalitatibus, quas dederis immediatè continuas. Propter argumentū hoc nullus credo admittet huiusmodi productionem partium continui per omnia instantia, nullum prætermittendo: sed per partes proportionales aut per instantia incipientia partium, ut ponit Gregorius: quæ habent certum ordinē.

2. Corolla. ¶ Tunc sequitur secūdum corollariū, scilicet, quòd dabitur ultima pars &

B non dabitur ultima pars proportionalis in continuo. Negatiua supponitur ex natura continui: sed probatur affirmatiua. Producat Deus in prima parte proportionali horę unum baculum pedale in manu mea, quod ego pugno cō præhendam: in secunda parte proportionali excludat illud, & producat aliud continuum priori: quod quidem priùs procedat uersus orientem, in tertia parte proportionali excludat secundum, & ponat tertium continuum cū secundo. Et ita per totam horam. Itaq; in qualibet parte proportionali teneo ego pugno ultimum pedale. Tunc sequitur, quòd in fine ego habebo ali-

C quod pedale in manu: nec oppositum potest quis assentire. Primò, quia nullū fuit productum nisi in manu, nec aliquid fuit inde exclusum, nisi ad positionem alterius. Et præterea, quia illud infinitum tendens uersus orientem terminatur in manu mea, quia uersus occidentem non est infinitum, & non poterit locus alius signari, vbi terminet. Quòd si in fine horæ detur aliquod in manu, reuera illud erit ultimum. Certè non uideo quomodo quis possit hic contradictionem subterfugere, scilicet quòd detur ultima pars & non detur ultima pars proportionalis horæ. Item est mirabile, quod in instanti terminatiuo illius horæ uerum sit dicere, immediatè antehac hoc corpus fuit finitū: D & in nullo instanti fuit addita pars, nisi finita: & tamen modo est infinitum.

¶ Sed tertium corollariū est, quòd pos- 3. Corolla.
set Deus producto uno infinito secundum quid, putà quod sit infinitè longū uersus orientem, terminatum hic Salmanticæ, pedaliter latum & pedaliter profundum. Posset, inquam, ex illo infinito nihil prorsus addendo facere unū infinitum simpliciter uersus omnē differentiam positionis. Probatur sequela. Vole, quòd in prima parte proportionali horæ, Deus ponat secundam pedalitatem illius infiniti super primam: & secunda parte proportionali ponat tertiam, & quartam pedalitates ad la- E
tus illarum correspondenter: & in tertia parte capiat quatuor alias pedalitates & apponat prioribus retro uersus occidentem, ut fiat corpus undiq; quadratum, & cubum ex octo pedalitatibus. Et ita per omnes partes proportionales augeat illud corpus sub figura quadrata uersus omnem differentia positionis, sursum & deorsum, ante & retro, dextrorsum & sinistrorsum nullā partem creando: sed taliter, ut nihil addatur corpori cubo, nisi quòd demitur à corpore infinitè longo. Tunc manifestum est, quòd in instanti terminatiuo horæ illud corpus erit infinitum simpliciter, cùm infinities fuerit facta F
æqualis additio quaq; uersus. Et præterea, quia si negetur restare simpliciter finitum, signari non poterit cuiusnam sit quantitatis: & tamen factum est ex uno infinito secūdùm quid. Quod profecto intellectus, qui capit, nec putat esse contradictionem, nescio quomodo capiat esse possibile, hominem esse equū. ¶ At qui præterea sequitur, quòd in illo instanti terminatiuo uerum erit dicere. Immediatè antehac corpus hoc erat undique quadratum: & in nullo instanti additum est illi quicquam, nisi sub figura quadrata: & tamē modò non est quadratum: quia infinitum nullam potest habere figuram. ¶ Quartum 4. Corolla.

corrol-

A corollariũ est. Dato illo ſecundũ quid uerſus orientẽ infinito hic terminato pedalis latitudinis & profunditatis poſſet Deus infinities infinita ab illo tollere, taliter tamen, ut ſemper maneret infinitum. Probatur. Volo, quòd Deus in prima parte proportionali horę auferat ab illo infinito omnes pedalitates impares, ſcilicet primam, tertiam, quintam &c. pares autem uniat: iam aufert unum infinitum, & manet aliud. In ſecunda parte proportionali horæ itidẽ diuiſo illo infinito per pedalitates auferat impares, & uniat pares. Et ita faciat per omnes partes proportionales horæ: quæ ſunt infinitæ. Tunc in inſtãti

B terminatiuo horæ abſtulit ab illo infinito infinities infinitũ, & ſemper manet infinitũ. Eſt mirabile, quòd in ſingulis partibus proportionabilibus unius horæ Deus non producat, niſi unam pedalitatem, quando productum fuit illud infinitum ſecundùm quid: & tamen poſtea in qualibet hora auferat ab illo infinities infinitum, & hoc faciat per infinitum tempus: & tamen nó poſſit hauriri illud infinitum. Hoc quidem non contradictionem, ſed dementiam (niſi uerbo adeſſet inuidia) appellarem.

¶ Scio equidem ſolutionem iſtorum fore, hæc eſſe corollaria, quæ ſequuntur ex infinito: & ideo non eſſe inconueniẽ

C tia, ac ſi poſitio infiniti eſſet articulus fidei, ut quicquid inde ſequatur ſub pœna inferni ſit concedendum. Quinimo profecto ſi ex articulis noſtræ fidei ſimilia abſurda aduerſus nos colligerẽt infideles, grauiſſimè & periculoſiſſimè periclitaretur fides: cum tamen iſti, ut leuiculam opinionem defendant, nihili

5. Corolla. faciunt hæc concedere. ¶ Quintum corollarium eſt. Dato uno corpore circulari pedali, poſſet per partes proportionales horæ ſemper illud circulariter Deus augere circumponendo pedalem groſſitiem in qualiber. Quo dato ſubſequitur, quòd in inſtanti terminatiuo horæ uerum erit dicere. Immediatè ante hac hoc corpus fuit circulare: & in nullo inſtanti quicquam'eſt additum, niſi

D circulariter: & tamen modò non eſt circulare. Item tunc lineæ, quæ exibant à centru, ſingulæ à ſe inuicem in infinitum diſtabunt. Nam quantò plus elongantur à centro, tantò magis diſtant, ut in præcedenti quæſtione dictum eſt: & cùm deducantur lineæ in infinitum ſecundùm hanc opinionem, ſequitur, q̃ darentur infinitæ lineæ, quarum ſingulæ a ſingulis in infinitum diſtant. ¶ Sextum corollarium eſt. Datis duabus columnis pedaliter diſtantibus, ſi Deus per partes proportionales produceret infinitum lignum, inter illas in qualibet parte proportionali horæ interponendo unam pedalitatem inter colum

E nas quarum altera verſus orientem, altera verſus occidentem moueretur, daretur infinitum inter duo pũcta. Quòd ſi dicas non eſſe inconueniens, quia illę columnæ, in infinitum diſtabunt. Arguitur contra, quòd non ſit poſſibile duas res finitas in infinitum diſtare. Deus diſtinctè cognoſcit loca illa, ubi ſunt illæ columnæ, quandoquidem diſtinctè cognoſcit intuitiuè columnas ipſas. Tũc ſic. Aut intelligit ultra illa loca alia eſſe imaginaria loca adhuc longius diſtãtia: & tunc non cognoſcere columnas illas in infinitum diſtare. Si autem dicatur, quòd Deus nou cognoſcit alia loca imaginaria uerſus orientem & occi

F dentem ultra illas columnas, hoc profecto uidetur intellectu difficile, immò impoſſibile: nam cùm columna illa, quæ eſt uerſus orientem ſit corpus finitum, neceſſe eſt, ut Deus uideat eam eſſe in loco finito pedali: & per conſequens circunquaque Deus intelligeret locum imaginarium extra illam: atque adeo uerſus orientem non diſtat in infinitum: ſed poterit adhuc eam pellere ulterius. Mirabile enim eſt profecto, quòd Deus uideat columnam in aliquo certo loco, & non poſſit eam depellere, quocunque uelit. Intelligenti relinquimus rem animaduertendam.

Sextum corollarium.

¶ Se-

A ¶ Septimum corollarium posse & huc accersiri ex lib. nostro. 3. summularum. Sequeretur enim secundùm hanc opinionem, quòd eadem ratione, posset Deus in prima parte proportionali horæ producere unum angelum, & eundem in secunda parte annihilare: & rursus in tertia parte reproducere: ita per totam horã in partibus imparibus producere, & in imparibus annihilare. Quo dato sequitur (ut loco citato dicebamus) quòd ille angelus in fine horæ erit & non erit (supponitur enim quòd in instanti extrinseco terminatiuo horæ, nec producatur de nouo, nec annihiletur). Probatur sequela: nã des utram partem malueris Si dicas, quod B erit: ergo in ultima parte proportionali fuit productus, quam necesse est dicere fuisse imparem. At uerò nulla dabitur postrema impar, quam non sequatur alia par, in qua fuit annihilatus: ergo in fine manet annihilatus. Quòd si dederis, quòd non erit, eadem arte probabo, quòd erit: nam post quam, licet parem, in qua fuit annihilatus, fuit alia impar, in qua fuit productus. Re uera argumentum, uel deducit respondentẽ ad metam non loqui uel quãcunq; dederit partem contradictionis, cogit eũ alteram simul concedere. ¶ Existimo C ad quartum argumentum principale, satis esse responsum: nempe quòd producere infinitum per partes proportionales horæ, non solùm repugnat rationi infiniti, sed ex modo producendi infert peiora adhuc & absurdiora inconuenientia.

Septimũ corollarium.

¶ At quia fautores infiniti saltem affirmabunt Deum posse producere infinita entia in eodem instanti actu separata, non per diuisionem continui, nec per partes proportionales horæ: & pari modo unam magnitudinem infinitã: inferam inde alia corollaria, quibus ostendetur esse etiam hoc impossibile. Corolla 2 Sit ergo octauum corollarium argumentum, quod ipse contrà se facit Gregorius. Sequeretur, quòd uel pars non esset minor suo toto, uel quòd nõ quæ D cunque sunt æqualia uni tertio, sunt æqualia inter se, uel quòd unum infinitum esset maius alio, quorum neutrũ est pars alterius. Et faciam priùs argumentum in quantitate discreta, ut ipse facit. Sit infinita multitudo lapidum hinc à Salmantica uersus orientem, & infinita etiam hinc uersus occidẽtem: quarum prima uocetur a. secunda b. & c. sit pars multitudinis a. quæ quidem pars incipit à Parisijs uersus orientem. Item quòd a. excedat c. per totam multitudinem, quæ est hinc usque Parisios. Tũc arguitur sic. a. multitudo est æqualis b. quia utraque est infinita, & neutra est pars alterius: & eadem ratione c. E est æqualis b. ergo a. & c. inter se sunt æqualia. Si negas aliquam partem antecedentis, das duo infinita, quorũ neutrum est pars alterius, non esse æqualia. Si negas consequentiam, das, quòd nõ quæcunq; sunt æqualia uni tertio, sunt æqualia inter se. Si uerò cõcedis antecedens & consequentiam, sequitur, q̃ non omne totum est maius sua parte: nam a. est totum respectu c. ¶ Respondet Gregor. quòd idem argumentum posset fieri de duobus continuis & de medietate alterius eorum, datis enim duobus bipedalibus a. & b. tot sunt partes adæquatę in a. quot in b. & tot etiã in c. quæ est medietas a. quot sunt in b. F & per consequens tot sunt in c. quot sunt in a. licet a sit totum, & c. pars. Eodem modo nihil inconuenit dicere ad argumentum, tot esse lapides in c. infinito, quot sunt in a. Miror autem quomodo sit contentus hac solutione: aut qua ratione potuit adduci, ut concederet tot esse lapides in c. quot in a. cum ad oculũ constet lapides, qui sunt hinc usque Parisios esse in a. & non in c. & illinc utrunque esse infinitum uersus orientem. Nec profecto est par ratio de partibus proportionalibus continui, quæ sunt illic in potentia, & de partibus æqualibus multitudinis infinitæ, quæ sunt per se subsistentes. Nam quia

nulla

A nulla est tam parua pars, quin sit diuisibilis in infinitas, nihil inconuenit tot esse partes numero in medietate, quot in toto: minores tamẽ. At quòd partes æquales in magnitudine, tot sint in parte, quot in toto, intellectus capere non potest. ¶ Quòd si in quantitate continua fiat argumentũ, inconuenies erit manifestissimum. Sit enim linea. a. hinc infinita uersus orientem, & pars eius à Parisiis uersus orientem sit. c. linea uerò infinita hinc uersus occidentem sit b. & fiat argumentum: a. linea est æqualiter longa. b. &. c. est æqualiter longa eidem. b. ergo. a. &. c. sunt æqualia in longitudine. Dicere autem, quòd pars se-
B cundùm longitudinem sit æqualiter lõga suo toti, expressissima est contradictio. Nec locus relinquitur fugiendi ad numerum partium proportionalium continui. ¶ Nonum corollarium est. Se-
Coroll. 9. queretur, q datis duabus lineis, quarũ. a. est longior, quàm. b. per solum motũ localem, sine noua quantitatis additione. b. fieret longior, quàm. a. Patet: Si. a. inciperet hinc Salmantica, & esset uersus orientem infinita. b. uerò inciperet à Parisiis: manifestum est, quòd. a. sit lõgior, quàm. b. & tamen si manentibus fixis his punctis Salmanticę & Parisiis, Deus moueret illas, ut partes tendentes in orientem, uerterentur uersus oc-
C cidentem: tunc illa linea terminata Parisiis, esset longior, quàm hæc, quæ terminatur Salmanticæ. Nõ ignoro, quin Arist. admisso per impossibile infinito uersus orientem non cõcederet, quòd per aliquam potentiam illud extremũ uersus orientem (quod nullum est) posset circulatiter moueri uersus occidẽtem. Sed tamen isti id non possent negare, nam posset Deus manente prima pedalitate hic fixa Salmanticæ in prima parte proportionali horæ abscindere secundam pedalitatem, quæ est uersus orientem, & unire retro primæ uersus occidentem, & in secunda parte proportionali horæ unire secundam pedalitatem eodem modo: & ita per totam horam, linea, quæ erat infinita uersus orientem, fiet infinita uersus occidentem. Quòd si idem fiat de illa, quæ terminatur Parisijs, cõcluditur totum co-
10. Coroll. rollarium. ¶ Decimum corollariũ egregium certe est. Si Deus posset producẽre infinitos homines, q ducat eos. v.g. ordinatos hinc uersus orientem: quorum singuli singulos pręcise habeant pileos. Sequeretur, quòd posset Deus auferre ab istis infinitos pileos, immò infinities infinitos, & tamen quilibet maneret cum suo pileo. Probatur. Volo, quòd auferat omnes pileos hominum parium. putà secundi: quarti &c. manẽtibus imparibus: & tamen tertius det
E pileum suum secundo, & alij duo impares, scilicet quintus septimus dent pileos suos tertio & quarto, & alii quatuor impares, scilicet nonus, & tres sequentes dent pileos suos hominibus quinto, sexto, septimo, & octauo, & postea octo ĩpares dent suos pileos octo subsequentibus hominibus usque ad sextum decimum: & ita fiat per omnes partes proportionales horæ. Tunc demũ in fine sublati erunt infiniti, & quilibet manebit cum pileo. Atqui eadem arte poterit Deus uti in infinitis horis, aut in mille, uel decies centenis millibus, ut semper auferendo infinitos pileos relinquat singulis singulos. ¶ At-
F qui potest aliomodo uerti corollariũ. Datis illis hominibus cum singulis pileis posset Deus nullum prorsus pileũ addendo facere, ut quilibet habeat infinitos. Probatur in prima parte proportionali horæ omnes impares, putà tertius & quintus &c. (qui sunt infiniti) dentur primo homini: in secũda parte proportionali ex alijs restãtibus: omnes etiam impares intercalariter, putà tertius quisque (qui etiam erunt infiniti) dentur secundo homini: & in tertia parte proportionali ex residuis tertius etiam quisque detur tertio homini. Quod si idẽ fiat per omnes partes proportionales horæ in instanti terminatiuo quilibet habebit infinitos. Nec re-

fert

A fert hoc fiat per partes proportionales horæ: an simul id faciat Deus in eodem instãti. Faceor corollaria ridicula sunt: sed esset etiam ridiculus, qui, ut positionem infiniti defenderet, ista concederet. ¶ Eadem proportione sequitur, quòd si singuli illi homines infiniti haberent singulos præsse aureos possent ex illis unusquisque tantum diteiscere, quantum uellet. Exempli gratia. Si illos infinitos aureos coniicerent in unum cumulum: & postea quilibet resumeret centum, profecto omnibus sufficeret cumulus: nam tot sunt in cumulo centenarij quot sunt homines. Et si rursus facerent cumulum, & quilibet uellet

B accipere decies centena milia, abunde itidem haberent in cumulo, unde possent extrahere. Quòd si rursus facerent cumulum, & unusquisque parce acciperet vnũ tantũ aureũ: exhaurirẽt totũ cumulum, perinde ac si quicunque acciperet decies centena millia. Si hæc non est contradictio, nescio quam existiment isti esse cõtradictionem. Vndecimum corollarium posset esse illud, quod tetigimus lib. 3. Summularum. Datis enim infinitis angelis, uel Deus potest plures alios producere, uel non: si nõ, potentia Dei esset exhausta: quod

C impossibile esse loco citato (ut reor) ostendimus: nam cum potentia Dei ex se sit illuminata, & creatio rerum non ponat aliquam materiam, quæ posset exhauriri per creationem, fit, ut quotcunque rebus creatis infinitis & infinities infinitis nulla potest reddi causa, cur Deus non possit producere plures. Nam reddere pro causa Deũ iam produxisse quotquot potuit: est petitio principij: hoc enim ostendit argumentum, scilicet quòd postquam nõ est repugnantia ex parte causæ efficiẽtis, nec ex parte materiæ, quotquot dẽtur creaturæ, non sunt causa, ut nõ possint plures produci. Sed de hoc illic copiosius dictum est in materia modalium lect. 2. Si autem dicatur, quòd datis infinitis angelis adhuc Deus potẽ̃ producere plures, sequitur, quòd vna multitudine D simpliciter infinita potest dari alia maior. quod rationi infiniti repugnat, ut enim data magnitudine simpliciter infinita contradictio est posse esse maiorem, ita datis infinitis hominibus, qui sint simpliciter infiniti, uidetur impossibile posse esse plures: nam qua ratione posset Deus infinitæ multitudini addere unitarem, posset etiam infinitæ magnitudini addere nouam partem: quod est repugnans, nisi illa se penetraret cũ aliis. ¶ Sed quicquid sit de infinita multitudine rerum indiuisibilium, arguitur, quòd Deus non possit producere infinitos homines saltem relictos suæ naturæ. Sequeretur enim, quòd quæli- E bet pars cum qualibet parte se penetrarent in eodem loco. ¶ Probatur sequela. Illi infiniti homines habebunt infinitos oculos: infiniti autem oculi dextri replebunt omnem locum imaginariũ. Immò infinita grana milij, aut infinitę formicæ. Si ergo oculi dextri omnem locum imaginariũ replenti necesse est, ut sinistri se penetrent cum dextris: & cùm non sit maior ratio de uno, quàm de alio, sequitur, quòd quilibet penetratur cum quolibet: & eadem ratione lingua & manus & pes penetrantur cũ singulis aliis membris. Et vt euidentius argumẽtum appareat, creet deus prius infinitos oculos: profecto tũc non po- F terit creare infinitas linguas, nisi penetrando linguas cum oculis, quod si postea creet pedes, debent penetrari cum aliis mẽbris: ergo eadẽ ratione, si creet infinitos homines, omnia membra debent se inuicem penetrare. Quare non poterit Deus infinitos homines creare relinquendo illos in suis naturalibus: nam penetratio illa est supranaturalis. ¶ Quinimò nullam multitudinem rerum diuisibilium actu separatarum poterit Deus creare, quin singulæ partes cum singulis se penetrent. Nam creet. v.g. infinita grana milij & arguitur sic, si creasset infinitas medietates illorum granorum, illę occupassent totum

A tum infinitum locum imaginarium, ergo non posset alias medietates creare, nisi penetrando illas cum prioribus. Et confirmatur, quia si creatis infinitis granis integris Deus annihilaret medietates illorũ, medietatesq; superessent, replerent tantũ locũ quantum grana integra: & si ex medietatibus reliquis adhuc corrũperet medietates singularũ, adhuc illæ quartæ partes replerent tãtundem locum: siquidẽ sunt infinita entia æqualia, ergo quando erant infinita grana integra, singulæ partes se penetrabãt cum singulis: sicut est corpus Christi in sacramento. Pudet certè plura huiusmodi monstra multiplicare.

B Ista duo argumenta ultima colligimus ex intentione Arist. hic tex. 43. ubi pro comperto habet, non posse mixtum componi ex pluribus elementis simplicibus, quorum quodlibet sit infinitũ: nam unum illorum replebit totum locum imaginarium: & per consequens non relinquet alijs locum. Eodẽ enim modo colligimus nos, quòd si datis singulis particulis singulorum granorum milij aut hominum, illæ replerent omnem locum imaginariũ, fit, ut integra ipsa tota, infinita numero esse non possent, nisi per partium penetrationem.

¶ De qualitate infinitè intẽsa nõ opus est nouum argumentum addere, quia si

C fiat intensio per additionem gradus ad gradum (ut isti dicũt) eisdem fermè argumentis redarguitur, quæ facta sunt aduersus infinitam quantitatem: nam intensio nihil aliud est, quàm quãtitas intensionis. ¶ Sed aduersus infinitã uirtutem motiuam (quam etiam ponunt possibilem creari à Deo) à priori est argumentum, quòd uirtus motiua est tãta quanta est perfectio rei: & ideo si nõ potest dari creatura infinita secundum essentiam, nec potest dari infinita secũdum uirtutem. Sed tamen à posteriori formatur duodecimum, & postremũ argumentum. Detur uerbi gratia intelligentia infinitæ uirtutis, quæ moueat cœlum, sitque nunc cœlum quiescens, ut centrum solis sit in oriente & incipiat illud nunc mouere per vltimũ non esse. Arguitur, quòd sit implicatio contradictionis ipsum moueri infinita uirtute. Primò, si intelligentia mouet infinita uirtute, immediatè posthac erit facta perfecta circulatio (quia si tardabit per tempus, non mouebitur infinitè uelociter) rursus: ergo immediatè post hac centrum solis erit in eodẽ pũcto, in quo nunc est. Tunc sequitur benè. Omnia puncta cœli erunt immediatè posthac in eisdẽ punctis loci, in quibus modò sunt: ergo nec mouetur, nec incipit moueri: sed perfectè quiescit.

D ¶ Item si infinita uelocitate mouetur circulariter, sequitur primò, quod im-

E mediatè posthac erunt factæ infinitæ circulationes: nã qua ratione erit una, erunt plures: & qua ratione erunt plures, erunt infinitæ: hoc tamen profecto nescio, quis intellectus capiat: nempe quòd immediatè posthac erunt factæ infinitæ, & tamẽ ordine certo una post aliam, immò infinities infinitè & uniformiter. Et secundò sequitur, q; nunquã quiescet: sed primo impulsu illius intelligentiæ mouebitur cœlum infinito tempore: quia non potest signari tẽpus, quando quiescet. ¶ Et quò perspicaciùs fiat argumentum in motu recto, sit exempli gratia machina bellica, ut

F catapulta, quæ ignito sulphure iactet globum infinita uelocitate. Et arguitur sic. Aut globus ille quiescet aliquãdo, aut nunquàm quiescet. Si primum: quæritur, ubi quiescit, aut quando: nec poterit profecto signari locus, aut tempus quietis. Si nunquam quiescit: ergo infinito tempore mouebitur: & per consequens non mouebitur infinita velocitate: nam infinita uelocitas uidetur esse illa, quæ tempore finito pertransit infinitum spatium. Et sic semper est contradictio. Eò uel maximè, quòd communi animi cõceptioni repugnat mobile infinita uelocitate infinito tempore (& præsertim indirectum) moueri, ut infinities infinita

A spacia directe transeundo nũquam cesset. ¶ Item quia vel transiuit per mediũ, uel non: quod autem corpus moueatur ab extremo ad extremum, & non per medium, rationi motus repugnat, ut lib. sequenti uidebimus. Si autem transibit per medium: ergo immediate posthac erit in loco pedaliter distanti & in loco decupedaliter, in alio & centupedaliter distanti: quod certe fieri nequit, nisi simul in eodem instanti sit in multis locis: id, quod per uirtutem saltem creatã impossibile est fieri. Quod si Deus simul poneret eandem rem in pluribus locis non moueretur per illa. Nec valet solutio, quòd sicut immedia

B tè posthac ante quodlibet instans erũt infinita instantia infinitarum partium proportionaliũ horæ: (licet nulla duo instantia erũt simul ita immediatè, post hac illud mobile erit in infinitis locis, licet nunquam erit simul in pluribus. Non inquam, satisfacit solutio: nam alia ratio est de partibus proportionalibus horæ, quæ sunt minores, & minores versus nos, nec possunt numerari, & aliud est de locis certis & æqualibus spatijs distantibus, ut possit eadem res immediatè post hoc esse in omnibus, quin sit simul in illis.

¶ At metuo ne dum infinitum redar-

C guo, redargutionem ipsam in infinitũ producam. Libuit autem nenijs istis tãtisper ludere, vt portenta, quæ infinitũ uelut chimera illa fabulosa parit: in medium proferrem.

Ad primũ pricipale. ¶ Ad primum igitur argumentum cõcessa maiori, scilicet quòd quicquid non implicat contradictionem modo illo secundo expositio Deus possit facere, negatur tamen, quòd infinitum non implicet illo modo contradictionem, vt præfatis rationibus ostensum est. Simili namque argumento tenentur authores contrariæ opinionis respondere. Negant enim posse creari creaturã infinitæ perfectionis. Contra quos, si arguatur, quod creet Deus in parte proportionali horæ creaturã alicuius perfectionis, & in fine creaturã duplæ perfectionis, & in tertia creaturam triplæ perfectionis, & sic consequentet, ut in fine horæ detur creatura infinitè perfecta. Respondent, quòd repugnat creaturæ, vt sit infinitè perfecta. Et data infinita magnitudine dicunt, quòd Deus non poterit illam augere, quia repugnat naturæ infiniti augmentum. Pari modo nos dicimus, quòd repugnat naturæ rerum esse infinitum in actu secũdùm extensionem, aut numerum, & reuera multò nos magis dignificamus omnipotentiam dei, quàm qui asserunt infinitum: nam illi dato infinito concedũt aliquod esse ens, quod Deus agere non potest, nec mouere: & quod dãtur

E duę colũnæ adeo distantes, vt Deus nõ possit ampliùs separare. Nos autem dicimus nullam esse possibilem rerũ multitudinem, aut magnitudinẽ, aut distantiam, quin Deus possit illã augere &c. ¶ Quòd si vrgeas ũnde prouenit ista infiniti repugnãtia: Diuus Thomas quol. 9. articul. primo ciiat quosdam dicentes repugnantiam esse, quia dato infinito illud esset infinitè perfectum secundum essentiam: quod repugnat rationi creaturæ, ut quæstione proxima dicebamus. Illud uerumtamen non sequitur: nam licet esset lapis infinitę magnitudinis, non esset essentialiter perfectior, quàm esset lapis pedalis: nec e-

F quus infinitæ magnitudinis esset, tam perfectus quàm homo: nec esset essentialiter perfectior, quàm est modò. Ob idq; respondet repugnãtiam esse ex natura quantitatis, ut. n. naturæ hominis intrinsecè repugnat esse irrationalẽ, ita ratione quãtitatis siue cõtinuæ, siue discretæ (ẽt si sit numerus indiuisibiliũ) repugnat esse infinitam in actu, ut præter authoritatem Arist. in hoc lib. supra factis argumentis monstratum est. ¶ Secundum, tertium, & quartum argumenta soluta sunt. ¶ Ad quintum uerò, ꝙ omniũ præsius vrget. Nõnulli ex Thomistis admisso casu, quod in quolibet die Deus crearet unam animam, eamque

Ad 5. argumentum.

A que conseruaret, negant tamen hinc se qui fuisse infinitas: quia dies non fuerunt infiniti; aliàs non fuissent pertransacti: nam infinitum pertransiri non potest, ut docet in hoc lib. Arist. tex. 56. Et hanc putant esse mentem S. Thom. prima p. q. 46. articul. 2. ad 6. argumentum. At re uera admisso casu æternitatis mundi, & quòd in quolibet die fuerit unus angelus creatus & conseruatus, aut una anima, negari non posset, quin fuerint infinitæ: quia nec Arist. nec San. Tho. negauit in illo casu fuisse infinitos dies præteritos: sed solùm negauerunt, quòd non fuissent infiniti dies sigillatim numerati inter duo ex-

B trema: putà inter principium & finem: quia si hinc incipias numerare, uenire non potes ad ultimum in præteritum: & ab æterno non poteris sumere principium numerandi. ¶ Et ideo respondetur, quòd licet fuerit possibile mundũ fuisse ab æterno, tamen non potuit quolibet die creari una anima & conseruari. Et repugnantia solum est (ut probe inquit Scotus 2. sent. distin. 1. q. 3.) ex parte obiecti: quia infinita multitudo non est factibilis, ut supra ostensum est. C Ob idque ea ratione, qua Deus in una die, uel in uno instanti non potest producere infinita, non potest illa producere in infinitis diebus præteritis. Secus autem est de infinitis diebus, aut infinitis circulationibus cœli: nam illa nõ sunt infinita entia in actu: sed unus continuus motus: qui supposita æternitate mundi non habuisset principium. ¶ Ad postremum principale argumentum Respondetur, quòd potentia infinita Dei non attenditur penes hoc, quòd possit infinitum producere, sicut nec penes hoc, quòd possit producere hominem irrationalem, aut chimerã: sed penes hoc, quòd possit producere D omne possibile. Potest namque infinitas res & mundos syncategorematicè producere, id est non tot quin plures: Et quantum ad modum producendi potest res producere ex nihilo independenter à materia. Potestq; corruptum reproducere: atq; adeo homines resuscitare & participes suæ beatitudinis in æternum efficere.

Finis Tertij Physicorum.

DOMINICI SOTO,

SEGOBIENSIS,

Theologi, ordinis Prædicatorum, super Quartum Physicorum Aristotelis Quæstiones.

A Tex. xlj. Quare continente terminus', &c.

Quæstio Prima.

VTRVM DIFFINITIO loci, ciusq; conditiones rectè sint à philosopho constitutæ.

IBRI huius quarti disputatio (ut in uolumine cõmentorum adnotauimus) in consideratione triplici posita est: nempe loci, uacui, atque temporis. Vnde prima hæc quæstio quatuor priora capitula textus usque ad diffinitionem loci examinabit. Arguitur ergo primò pro parte negatiua quæstionis aduersus primam propositionem Aristo. qua asserit ad physicum pertinere disputationem loci. Locum esse, ut inquit Commen. est per se notum: ergo nulla scientia opus habet, id persuadere. ¶ Et confirmatur. Si aliqua scientia deberet de loco differere, id propriè conueniret mathematicæ, locus enim nihil aliud dicit, quàm superficiem corporis de genere quantitatis, corpus aliud ambientem, ut abstrahit à sensibilibus qualitatibus, & ab actione & passione: sed (ut lib. 2. c.a. dictum est) mathematicus est, qui tractat de quantitate abstrahendo à sensu & motu (de quibus propriè considerat physicus) ergo negotium loci mathematico potiùs incumbit, quàm physico. C

¶ Secundò principaliter arguitur. Locus nihil est positiuum: ergo quæstio præsupponit falsum. (Probatur antecedens, quia maximè esset superficies ultima continentis (ut ait Aristoteles) sed quamuis Deus corrumperet aerem circunstantem Salmanticam, in eodem prorsus censeretur manere loco, quo est modò: & quamuis corrumperetur aer, ego possem ambulare mutando loca: ergo locus ex natura sua non dicit aliquid positiuum. B D

¶ Et confir. Si locus esset superficies continentis, id esset præsertim propter illam rationem philosophi text. 3. quia in eodem loco, in quo modò est unum locatum, succedit aliud: sed hoc est falsum: ergo. Probatur minor: quia quando ego deambulans muto locum, in illo loco unde exeo, non manet locus in actu, cùm non maneat locatum distinctum à loco: sed aer continuus rarefit, & replet locum.

¶ Tertiò principaliter arguitur. Si locus esset superficies, sequeretur, quòd locus non diuideretur in sursum & deorsum tanquã in duas eius species: cuius tamen contrarium ait Phi tex. 4. dicens

A dicens illas differentias portionis esse partes loci, scilicet subiectiuas. (Probatur sequela: nam superficies est de genere quantitatis: sursum verò & deorsum sunt de genere relationis: constat autē, quòd genus & species debent esse eiusdem lineæ prædicamentalis. ¶ Quarto principaliter arguitur. Si locus esset superficies, sequeretur quòd esset in prædicamento quantitatis (ut Arist. in eodem prædicamento docet) consequés est falsum, quia locus uidetur esse in prædicamento, ubi, ut nomen insinuat, eadem tamen res secundum eandem rationem ad diuersa prædicamenta pertinere non potest. ¶ Quinto principali

B tet arguitur. Si locus esset superficies, sequeretur, quòd locus nō esset immobilis: consequens est contra Arist. ergo sibi ipsi repugnat. Probatur sequela. Superficies corporis continentis mouetur ad motum ipsius corporis, exempli gratia, superficies aeris continētis Salmanticam re uera non est eadem, quæ fuit ante decem annos: nam aer continuo corrumpitur, & nouus generatur. Si ergo talis superficies est locus, sequitur, quòd Salmantica non est in eodē loco, & per consequens est mutata localiter: quod est falsum. Idem apparet de stipite arboris fixe subtus aquā, cu-

C ius superficies aquæ circunstantis semper mutatur, & per consequens si illa superficies esset locus arboris, locus esset mobilis. ¶ Et confirmatur. Si locus esset superficies continentis, sequeretur, quòd dum lignū mouetur in aqua fluuij, aut homo in naui, non mutaret locum, quia manet in eadē superficie: consequens tamen est falsum: quia mouetur: & moueri idem est, quod locum mutare. ¶ Sextò principaliter arguitur contra illam proprietatem loci tex. 3. & tex. 33. quæ est, locum esse æqualem locato. Locus intra se continet locatū: ergo est maior locato: in corporibus enim intelligi non potest, quomodo crusta auellanæ intra se contineat auellanam, quin sit secundùm aliquam dimensionem maior auellana. Et confir. Si locus esset æqualis locato: id maximè esset secundùm superficiem concauam loci & conuexam locati: consequēs est falsum: ergo & antecedēs. Probatur minor: nam aliàs sequeretur super idem centrum posse describi duos æquales circulos: quia illæ duæ superficies describuntur super idem centrum locati consequens tamen contradicit, maximè cuidam mathematicorum dicentium circa idem centrum impossibile esse duos æquales circulos describi. ¶ In contrarium tamen est authoritas Arist.

¶ Quæstionem hanc in duos articulos partimur. In primo textum pro more in conclusiones colligimus: in altero diffinitionē loci explicamus. Initiū autem quæstionis inde congruè capere uidebimur, si præmiserimus distinctionem illam loci, quam super tex. 5. subnotauimus, sanè quæ totius quæstionis fundamentum ac basis est. Cū enim locus sit superficies corporis continētis intra se aliud corpus, fit, ut quē admodum corpus uno modo accipitur mathematicè (ut tantum dicit quantitatem) & alio modo physicè, ut dicit compositum alicuius certæ naturæ: ita locus uno modo accipitur simpliciter pro superficie ambiente aliud corpus trinę dimensionis abstrahēdo à quacunque qualitate naturali conseruatiua locati: alio modo accipitur pro locō naturali: nempe, ut supponit pro superficie continente, connotando formam & proprietatem naturalem conseruatiuam locati. Exempli gratia, superficies aeris me circundantis, siue locus sit mihi salubris, siue nocuus, siue in illo sim naturaliter, siue uiolenter, eo solum quòd ambit quantitatem meam: est mihi locus: cum hoc tamen requireretur ad locū naturalem, ut meapte natura ego essem in illo propter qualitates loci mihi conuenientes: siue in quantum sum graue, siue inquantum animal. Concauum enim lunæ dupli-

D

E

Locus dupliciter dicitur.

F

A citer est locus ignis nam quare ipsem adæquatè ambit, est simpliciter locus: & quia naturaliter conseruat, est locus naturalis. Idemque dicendo de centro mundi respectu terrę Neque elementis modo, uerùm & mixtis, inquantũ mixta sunt, conueniunt loca propria. Vinũ enim conseruatur in uase ligneo, potiùs quàm in uitreo: & in cauernis terræ, potiùs quàm super aere: & locus propriæ patriæ est cuiuscunque suapte natura salubris, unde significatio hæc duplex loci æquiuoca est. ¶ Hac, supposita distinctione textus quatuor capitulorum summatur nouem conclusionibus. Prima est in textu statim primo. Ne

1. Cõclus. B cesse est naturalem philosophum de loco tractare. Hanc probat quatuor rationibus, quas in commentis expositas dedimus: uidelicet, quia quicquid est, est in loco: & quia quicquid mouetur, mutat locũ, in quo succedit aliud locatũ: & quia multę sunt dubitationes loci: & quia ab antiquis parum aut nihil dictũ

Ad 1. prin. est de loco, unde ad primum argumentum principale respondet Commentator, quòd quamuis locum esse sit per se motum, & per consequens nõ sit demonstrabile: nihilominus dialecticè & probabiliter tractandũ est de loco propter ambiguitates, quæ de eius natura sunt. Addiderim tamen, quòd locum

C esse, saltem propriũ cuicunque rei, non est tam per se notum, quam est motum esse, nam res aliquas moueri, oculata experientia constat, ea uerò, quæ sunt in aere, in loco esse, non est ita manifestum, immò uulgus existimat medium inter terram, & cœlum uacuum esse, quando non sunt nubes, aut flantes uẽti. Vnde Arist. ex motu docet uenari locum esse, tanquam rem occultã per aliam euidentem: ut patet hic tex. 3.

¶ Ob idq; necesse habet philosophus non solùm ostẽdere, quid est locus, sed etiam (pro tyronibus) locum esse: tametsi hoc apud sapientes supponatur tanquàm principium physicum. ¶ Ad confirmationem, Respondetur, quòd sermonem de loco naturali manifestũ D est spectare ad physicum: sed & consideratio quoque loci simpliciter dicti, potiùs ad ipsum, quàm ad mathematicũ pertinet: mathematicus enim, ut tractat de quantitate abstrahendo a sensu, ita & abstrahendo à motu. Physicus autem: quia tractat de motu locali, qui fit per mutationẽ loci, habet subinde tractare de loco. Et hæc fuit secunda ratio Aristotelis.

¶ Secvnda conclusio in textu 3. 2. Cõclus. locus est aliud positiuum. Hanc ponit aduersus uulgares, & nonnullos etiam antiquos philosophos credentes res, quæ mouentur in aere, moueri in uacuo. Quam probat tribus rationibus. E Prima summitur ex successione corporum in eodem loco, sicut in eadem materia succedunt diuersæ formæ: & hoc procedit de loco simpliciter & mathematicè dicto. Secunda ex motu naturali grauium ad sua cuiusq; propria loca: & hęc procedit de loco naturali. Tertia ex authoritate ipsorum etiam ponentium uacuum. Aiunt enim, ꝙ uacuum est locus aptus repleri. Quibus uerbis fatentur locum esse aliquid positiuum. Rationes istæ abunde in cõmentis expositæ sunt. ¶ Vnde ad secundum prin- Ad secundum. cipale negatur, locum nihil esse positiuum: & ad probationem respondetur, F ꝙ dempto quocunq; circunstanti, si res manerent in uacuo, non manerent proprie in loco: nam esse in, dicit esse in aliquo positiuè: sed tamẽ quia res illæ manerent in eadem distantia ad centrũ & ad polum, dicuntur manere in eodẽ loco imaginario. Arist. uerò quia casum reputauit impossibilem, diffiniuit locũ uerum, quem ait esse aliquid positiuũ. ¶ Ad confirmationem respondetur argumento Aris. satis esse, quòd particulariter aliquãdo, unde exit unum locatũ, maneat locus in actu repletus alio locato: ut patet de dolio, unde exit aqua, ꝙ repletur aere. Et si immediate unde ego exeo intraret aliud corpus, eadẽ superficies aeris maneret locus in actu cõtinens

A nens aliud locatum. Si tamen non succedat aliud corpus nisi aer, ille cõtinuatur, & per consequens nõ manet locus in actu diuisus à locato.

3. Cõcluſ. ¶ Tertia conclusio est in text. 4. sursum & deorsum, & aliæ differentiæ positionis sunt partes loci. Hæc conclusio (ut cõmento. 5. exposuimus) aliter intelligitur de loco simpliciter dicto: aliterq; de loco naturali. In loco.n. primo modo, ut dicit superficiem ambiẽtem trinam dimensionem quantitatis, non est sursum nec deorsum, nisi respectiuè in ordine ad nos: quia, quantum, ut abstrahit à certa specie rei naturalis, non uendicat sibi locũ sursum potiùs

B quàm deorsum: sed rectum, quod est super caput nostrum, est sursum: & pauimentũ deorsum. Locus tñ naturalis est genus habens sub se species, sursum, & deorsum. Quas apellat partes loci: quia species sunt partes subiectiuæ, in quas diuiditur genus: aliam.n. speciem loci naturalis uendicat sibi ignis, & aliam terra. ¶ Ex quo sequitur, quòd si sursum & deorsum solum dicant locũ simpliciter, non opponũtur, nisi relatiue respectu nostri, ut illic expositũ est. Quare ille locus, qui modò ẽ sursum, si nos ascẽdamus supra illum, erit deorsum. Et eadem pars erectæ colũnæ, quæ dum est ad caput nostrũ, est sursum, si uertatur,

C erit deorsum. Si autem sint differentiæ loci naturalis, opponuntur cõtrariè: sicuti alię species unius generis. Sursum enim est concauum lunæ, & deorsum, centrum terræ, quæ quidem loca ratione diuersarum naturarum & qualitatũ ad conseruandũ diuersa elementa sunt cõtraria. Et de talibus locis subdit Phi. in tex. 7. q̃ loci est quædã mirabilis potentia. ¶ Aliæ uerò differentiæ positionis, ante & retro, dextrum & sinistrum, ut placet Paulo Veneto, non sunt diuersę species loci: quia nullum corpus mouetur naturaliter dextrorsum, aut sinistrorsum: sed sursũ aut deorsum. & ideo sunt: (inquit) differentię positionis non respectu totius locati: sed quò ad sitũ partiũ eius. At uerò forte Arist. posuit illas species loci, propterea q̃, ut 2. de cœlo ait uidere, oriens dicitur simpliciter & absolutè dextrum, & non solùm respectiuè, & angulus mediæ diei, qui est supra nos dicitur, ante: & angulus mediæ noctis, retrò. sed de hoc alias. D

Ad tertiũ. ¶ Igitur ad tertium argumentum negatur, sursum & deorsum nõ esse species loci naturalis. Et ad probationẽ respõdetur, quòd locus naturalis non solum dicit superficiem, sed supponit pro illa, connotando certas proprietates conseruatiuas locati. Neq; sursum & deorsum solùm dicunt respectus: sed sursum quidem est locus conseruatiuus leuium: deorsum verò est locus conseruatiuus grauium. E

Ad confirmationẽ. ¶ Ad confirmationem respondetur ex supradictis, quòd locus naturalis non dicit solùm superficiem continentem, ut locus mathematicus, sed virtutem præterea conseruatiuam. Et quia illa virtus conseruatiua terræ, licet sit in toto spacio, quod est intra concauitatẽ aquæ, & aeris pro illa parte, ubi terra est discooperta, tamẽ perfectissimè est in centro, propterea terra mouetur ad cẽtrum. Eadem ratione licet locus naturalis aeris sit spacium contentum inter concauum ignis & conuexum aquæ, tamen quia virtus cõseruatiua est in medio illius spacij, proprerea aer moueretur ad illud mediũ: tametsi hoc non sit adeo certum, quia F forsan uirtus conseruatiua ignis perfectissimè est prope superficiem concauam lunæ. & idem possumus dicere de aere, sed de hoc alias.

4. Cõcluſ. ¶ Quarta conclusio est in tex. 8. Locus non est corpus. Vbi adnotandum est: quinque recitari opiniones à Phil. de re, quæ est locus: quarum quatuor reprobat, & quintam eligit. Posset enim quibusdam videri, locum esse corpus, & propterea quòd cum nihil sit in loco, nisi corpus habens trinam dimensionem, & locus debeat esse æqualis locato videtur. q̃ locus ipse debeat habere tres dimẽsiones.

A nes. Probat autem Ariſt. locum non eſſe corpus, nam cùm locus debeat eſſe æqualis locato, & locus & locatum debeant eſſe ſimul, ſi corpus eſſet locus, deberet coextendi ſimul cum locato penetratiuè: aliàs non poſſet eſſe ſimul cum illo & æquale. Peccabat ergo ratio illorum (ut tex. 47. reſpondet Ariſto.) quia credebant locũ debere eſſe æqualem locato penetratiuè ſecundum trinam dimenſionem: & tamen non ſunt æqualia, niſi ſecundùm ſuperficies, concauam loci, & connexam locati. ¶ Reliquum primi capitis continet ſex rationes, quibus arguitur nõ eſſe locum: quas in commentis explicuimus.

5. Cõcluſ. ¶ Quinta concluſio eſt in textu. 17. Lo
B cus nec materia eſt, nec forma locati, nec aliquod eius accidens. Erant enim, qui paralogizabantur, formam eſſe locum, eò quod locus continet locatum, & forma continet materiam dando illi eſſe. Erant præterea, qui putabant locum eſſe materiam, propterea quòd locus recipit locatum, &, recipere uidetur proprium eſſe materiæ. Cõtra quos arguit Ariſto. quòd cum materia & forma ſint partes locati, & per conſequẽs mouentur ad motum locati, locus autem cùm non moueatur ad motum locati, fit, vt locus nec materia ſit, nec forma, ſed aliquid ſubiecto diſtinctum à lo
C cato, & à qualibet eius parte & accidẽte. Peccabant ergo, quòd locus non cõtinet locatum, ſicut forma materiam: quæ continet eam tãquàm intrinſecus terminus rei naturalis, nec recipit, ſicut materia, formam: quæ eſt intrinſecum ſuſceptiuum rei: ſed continet locatum tanquàm extrinſecus eius terminus, recipitque illud extrinſecè ad modum uaſis. Et hoc modo diluit Ariſto. eorum rationes tex. 38. Reliqua ui
6. Cõcluſ. de in commentarijs. ¶ Sexta concluſio eſt in tex. 28. Octo modis aliquid eſt in alio. Ex qua infert, quòd nihil eſt in ſeipſo. Hanc concluſionem cum ſuo corollario abundè in commentariis expoſuimus. ¶ A tex. 30. uſque ad 35. ponit Ariſt. quatuor ſuppoſitiones, & quinque documenta, quæ illic ſatis expoſita ſunt. ¶ Septima concluſio eſt in tex. 36. Locus non eſt ſpacium, id eſt dimẽſiones interceptæ intra concauum cõtinentis à locato diſtinctæ. Hanc cõcluſionem textu ſequenti duabus rationibus probat. Prima quia alias cuiuſcunque locati eſſent infinita actu loca infinitarum partium. Item quia aliàs loci eſſet locus, id eſt locus ſimul cum locato moueretur ad locum. Opinionẽ illam hasque rationes, quanquàm obſcuras, in commentis tamen pro uirili expoſitas reliquimus. ¶ Octaua concluſio in textu. 41. eſt loci diffinitio. Locus eſt terminus continẽtis immobilis primus. Hanc colligit à ſufficienti diuiſione hoc modo. Locus aut eſt corpus, aut materia, aut forma, aut ſpacium, aut ultimus terminus continentis: non aliquid priorum quatuor: ergo quintum. Ponitur ergo prima particula, ſcilicet terminus continentis loco generis, immobilis, ad differentiam uaſis, primus, ad differentiam loci communis, ut in commento expoſitum eſt.

D 7. Cõcluſ.

8. Cõcluſ.

E Diffinitio loci.

¶ At uerò ad maiorem rei euidentiam circa ſingulas particulas mouentur in hoc 2. artic. dubia ſingula. Primũ circa primam dubitatur, quænam reſit locus: nempe alicuius prædicamenti. Hæc enim prima eſſe debet cuiuſcũque rei cognitio: ſit ne ſubſtantia, quantitas, aut qualitas, an relatio. Ad cuius intellectum ſupponendũ eſt in primis, quòd locus (ut ait Commentator cõmen. 2.) multis modis æquiuocè dicitur. Primò enim poſſumus diſtinguere, quòd locus accipitur uno modo pro loco ſubſtãtiarum ſpiritualium, & alio modo pro loco corporum habentium quantitatem: alia, enim ratione angelus dicitur eſſe in loco, & alia corpus (ut quæſtione ſequenti uidebitur.) Et adhuc ſecundo modo accipitur dupliciter: uno modo pro loco in potentia, & alio modo pro loco in actu. Locus n. in actu (ut tex. 34. ait Ariſ.) eſt ſuperfi

Artic. 2.

F Locus æquiuocè dicitur.

cies

A cies ultima continentis, ultima inquam in actu. s. actu terminans & diuidens locans à locato: locus autem in potentia potest dici una pars continui respectu alterius: sicuti humerus potest dici locus brachij, tanquàm superficies continuans humerum cum brachio. Quæ quidem acceptio ad sequentem itidem quæstionem pertinet in qua de diuersis modis existendi in loco, disputaturi sumus. Loquimur ergo in hac quæstione duntaxat de loco in actu corporum diuisibilium: de hoc enim præcisè intelligitur diffinitio loci.

Quatuor opiniões. ¶Hoc supposito præter quatuor illas antiquorum opiniones afferentium locũ

B esse aut corpus continens, aut materiã, aut formam locati, aut dimensiones & spatium interceptum inter latera locantis: quas abundè Aristo. reprobauit, ut in commentis expositũ est: sunt inter iuniores duæ aliæ opiniones quorundam realium: & tertia opinio nominalium, & quarta censetur esse Aristot. Sunt. n. qui distinguũt locum accipi uno modo simpliciter (ut supra diximus) pro termino cõtinentis. i. circunscribentis locatum, & isto modo supponit pro superficie, quę est de prædicamento quantitatis. Secundo modo accipitur pro loco naturali, & sic dicũt, quòd supponit pro

C virtute conseruatiua, quæ est de prædicamento qualitatis. Alii itidem distinguunt, quòd locus accipitur uno modo materialiter, seu pro substrato (ut reales loquuntur) & isto modo est res absoluta. s. superficies ultima continentis: & alio modo accipitur formaliter, seu pro per se significato: & isto modo dicũt accipi pro respectu: locus enim dicit duplicem respectum, quem statim explicabimus. Hanc opinionem uidentur sibi elicere Scotistę ex suo doctore quol. 11. ubi ait, quod, ubi, dicit respectum extrinsecus aduenientem. Et 2. senten. d. q. 5. ubi ait, q locus accipitur uel pro absoluto, uel pro respectiuo, quem modum

Prima pro positio. loquendi etiam tenẽt nonnulli ex discipulis S. Tho. ¶His ueruntamẽ nihil obstantibus statuitur hic prima propositio huius articuli. Locus nullo modo accipitur, nec supponit pro qualitate, aut q respectu, sed solùm pro superficie, quæ est de genere quantitatis. Quicquid sit illa superficies, siue distinguatur realiter à substantia, siue nõ. Volo dicere, q quãuis locus naturalis dicat uirtutem conseruatiuam quæ sit qualitas, nullatenus tamen supponit pro illa, sed pro superficie connotando, ut habeat talem uirtutem. Sicuti album non supponit pro albedine, sed pro re habet albedinem: Pari ratione quamuis locus simpliciter dicat respectum continentię, aut respectũ distantiæ, ut statim dicturi sumus, nullo modo accipitur, aut supponit pro tali E respectu, sed pro superficie continentis connotando talem respectum. Aliud nãque est, locum dicere uirtutem aut respectum: aliud uerò supponere pro illis. Idem prorsus admonuimus cap. de genere. nempe q licet genus dicat secundam intentionem, non tamen supponit pro illa, sed pro natura connotando secundam intentionem. Hęc certè propositio manifesta est, & apud Arist. & ex natura loci. Nam Arist. expresè in prędicamentis cap. de quantitate ponit locum specie quantitatis. Et hic nihil aliud ait esse locum, quam terminum continentis. Terminus autem continentis nec qualitas est, nec relatio, sed quãtitas: & F illum terminum habentem uirtutẽ conseruatiuam, ait esse locum naturalem, non tamen uirtus est locus.

¶Item qui dicunt, locum accipi pro relatione, id quidem affirmant ad saluandum, quomodo locus sit immobilis per hoc, quòd distantia huius loci ad centrum terræ semper permanet eadem: at quando Aristo. dixit, locum esse immobilem, certè non accepit pro relatione, sed pro termino ipso continentis: ait enim, quòd locus est terminus continẽtis immobilis. ¶Et confirmatur: quia idẽ ipse locus, qui est immobilis, est ęqualis locato, ut patet apud Aristo. Relatio uerò nullo modo est æqualis locato, sed superficies.

perficies. ¶ Item locus dicit duplicem relationem, unam continentiæ, quę est loci ad locatum, & aliam distantię, quę est distantia loci à centro, & polis mundi: relatio uerò continentiæ non est locus, sed passio & effectus formalis loci, ergo nec distantia loci à cẽtro est locus, sed superficies ipsa distans. Profecto nullius authoritas sufficere deberet, ut quis diceret, quòd locus accipitur pro alio, quàm pro superficie, qui est de genere quantitatis.

Supficies. ¶ Insinvat se hic tamen inter nominales atque reales contentio de superficie. Conuenit namque inter eos uerbo, nempe locum esse superficiem, & terminum continentis, quod omnes concedere debent, nisi uelint Aristotel. negare. Differt tamen re, quòd reales tenentes quantitatem distingui à re quanta, aiunt, superficiem esse quãtitatem secundùm profunditatem indiuisibilem. Nominales uerò negantes huiusmodi superficies dicunt corpus & superficiem esse terminos supponentes pro eodem diuersis connotationibus. Aiunt enim, quòd pars extremalis corporis est superficies: unde si amphoram, quæ locus est aquæ, per partes proportionales secundùm profunditatem & grossitiem diuidas uersus aquam, medietas eius uersus aquã est superficies, & itidem quarta pars: atque adeo octaua & omnes, quæ terminantur ad aquam. Ex quo inferunt Occam eiusque sequaces, infinita esse loca illius aquæ non solum communia, sed propria immediata aquæ, eique æqualia.

¶ De hac uerò controuersia non est hic locus uberiùs disputandi: satis enim de hoc à nobis dissertum est in prædicamentis capit. de quantitate. At uerò præter eas, quas illic rationes & authoritates in hac parte congessimus, certè uel hic locus Aristot. uehementer suadet, locum esse superficiem distinctam à corpore. Nam ex professo negat hic tex 8. (ut diximus in 4. conclusione) locum esse corpus: asserit uerò, locũ esse terminum continentis: distinguit ergo inter corpus & terminum continentis, & per consequens inter superficiem & corpus. ¶ Item cùm ait locum esse terminum cõtinentis, manifestè intelligit de adæquato termino, nempe qui ita sit terminus continentis, ut non habeat ipse terminum alium: distinguit enim tanquam duo, terminum & rem terminatam: at secundum istos non datur terminus continentis, quin medietas illius uersus locatum sit terminus priùs signati termini. ¶ Et cõfirmatur. Si terminus non est superficies, sed pars uersus locatum, nulla esse profecto ratio, cur diceret locum esse terminum continentis, potius quàm totum ipsum corpus continens. Etenim ut totum corpus continens non est locus secundùm se totum, sed secundùm partem, qua tangit locatum, ita & quæcunque pars eius assignetur, non est illa locus, nisi secundum aliquam sui partem, qua tangit locatum: & uice uersa sicut pars quę cunque continentis est locus secũdùm partem, qua tangit locatum, eadem ratione, totum corpus dicetur locus, siquidem secundùm aliquam sui partem tangit locatum. Et ita ipsi uidentur mihi sentire, quòd non dixit locum esse terminum continentis ad excludendum continens ipsum esse locum, sed ad explicandum rationem, secundum quã est locus. ¶ At uerò profecto uerba Aristot. huic sensui palam aduersantur. Dixisset enim tunc, quòd locus est corpus secundum quod tangit locatum. Non tamẽ dixit, nisi quòd locus est terminus continentis insinuans, quòd talis terminus est res distincta à continente.

¶ Item corollarium illud (quod ipsi concedunt). Infinita esse loca eiusdem locati, apertè dissonat & Arist. & communi modo concipiendi: cùm enim text. 14. distinguat inter locum communem qui per accidens conuenit locato, & locum proprium, qui per se conuenit illi, id sane insinuare uoluit, quod cùm ea, quæ sunt per accidens, non cadant sub certo

A certò numero, benè tamé illa, quæ sunt per se: loca communia possunt esse mihi infinita, si locum meum circundaret alius, & alium alius &c. locus uerò prius esse non posset nisi unus, qui est mihi proximus. Et tamen secundùm istos nullus esset locus mihi proximus & primus secundum se totum: quia quacũq; parte continéris data uersus me, medietas illius adhuc uersus me esset mihi quodammodo propinquior: saltem secundũ se totam. ¶ Et postremò id confirmatur. Nisi locus sit superficies indiuisibilis secundum profunditaté, uix defensari pôt, quomodo locus est æqualis locato: ut quãprimùm uidebimus. Sed de

B hoc satis: non enim mordicus contendo, quantitatem distingui à re quanta (licet id tamen opinor) sed ostendo, illam esse mentem Aristo.

¶ Constitvto ergo genere loci, quòd est superficies & terminus continentis, secunda propositio huius articuli est. Locus connotat relationem duplicem, scilicet continentiæ, quæ est loci ad locatum, & distantiæ loci à centro & à polis mundi. Non intelligo huiusmodi relationes realiter distingui à loco, sed uolo dicere, quòd locus diffinitur per respectum ad locatum, & ad centrũ. Prima pars patet ex diffinitione Aristo. non enim quęcunque superficies est

C locus, sed illa, quæ est ultima continentis. Vltima in quàm in actu uersus locatum. Exempli gratia, superficies, qua brachium continuatur manui, licet sit finis brachii uersus manum, nõ est locus manus: quia non est terminus in actu. i. nõ est superficies actu terminans & actu diuidens, sed continuans brachium cum manu. Et hoc explicuit Aristot. text. 34. Item superficies cõuexa extera amphoræ non est locus aquæ, sed interior concaua uersus aquam.

¶ Priusquàm ad secundam relationem descendamus, pro materia quarti argumenti infertur corollarium, ꝙ locus ponitur directè in prædicamento quantitatis, licet diffiniatur per relationẽ. Sententia expressa est Aristo. in prædicamẽ

D tõ quantitatis: cuius speciem ponit locum. ¶ Vnde ad quartum principale argumẽtũ negatur cò locũ locari in prędicamento, ubi. In quo profecto (ut bona dixerim) multi ex neotericis nescio qua occasione falluntur credentes locũ pertinere ad prædicamẽtum, ubi, quod locis supra citatis uidetur etiam insinuare Scotus dicens, quòd, ubi, supponit pro illa relatione, quæ est distantia loci à centro terræ & polis mundi ratione cuius locus est immobilis, de qua statim dicturi sumus. At profecto neque locus est de prædicamento, ubi, nec, ubi est relatio: nam: ubi, potius di-

E cit relationem locati ad locum, quàm loci ad locatum. Ait enim Aristotel. in præ. quòd, ubi, est esse in gymnasio, aut in foro: uidetur, ubi, non est locus, sed effectus loci. i. prædicatum, quod conuenit locato ratione loci. Illa enim cõtinentia passiua, qua locatum continet à loco, est ubicatio (ut ita loquamur) ubi, tamen cõcreto nõ supponit pro illa relatione, sed pro locato, quod est subiectum talis relationis connotando talem relationem. Relatio uerò quę est in loco non est relatio ubi: sed est continẽtia actiua. Exemplum est manifestum,

F uestis non est de prædicamẽto habitus: sed certè de prædicamento qualitatis: at uestitum esse (qui est effectus uestis) est prædicamento habitus. Est enim cõsiderandum hæc prædicamenta sex prædicari de re ab extrinseco.

¶ Arguit uerumtamen Gregorius arim. 2. sent. d. 6. q. 1. artic. 1. ꝙ locus non est species quantitatis, sed passio quantitatis. Superficies. n. de genere quantitatis nihil aliud dicit, quàm quantitatem diuisibilẽ secundũ longitudinẽ & latitudinẽ, & indiuisibilẽ secundũ profunditatẽ: locus uerò superaddit rationẽ continẽtiæ, quæ est passio corporis terminati per superficiẽ, & sic locus potius est passio quãtitatis, q̃ directè quantitas. ¶ Respondetur tñ, ꝙ q̃is continere sit passio quantitatis, tamé locus nõ est passio

Ad quartum.

quanti-

A quantitatis: sed est quantitas cuius passio est continere. Vnde diffinitio loci est descriptiua, quæ datur per passionem quantitatis. ¶Hinc sequitur: corollariũ 1 notandum, quòd locus est res absoluta secundum esse, & relatiuum secundũ dici. Quos terminos, cap. de ad aliquid expositos reliquimus. Hoc est dicere: locus nequaquam, supponit pro relatione, sed pro quantitate absoluta: circumscribitur autem, & explicatur per relationem in ordine ad aliud, sicut scientia supponit quidem pro qualitate, sed describitur per relationem in ordine ad obiectum. ¶Dubitatio tamen est hic parua, utrùm locus dicat continentiam a-
B ctualem, an solum potentialem. Quod est quærere, utrum locus tantum supponat pro loco pleno actu continente locatum, uel utrùm locus etiam uacuus sit propriè locus, propterea quòd aptus est continere.

¶Res est parui momenti, & forsan est disputatio de nomine. Ad quod tamẽ forte dicẽdum est, quòd locus in particulari, ut si dicas locus Petri, aut locus meus, aut tuus, non erit locus, nisi ille, qui actu continet rem talem. Locus enim quo Romę possum esse, non diceretur nunc locus meus, sed ad hoc, ꝙ aliquid sit locus in cõi, satis est, quòd sit superficies concaua in actu. i. terminus in actu
C corporis continentis in potentia. Arist. namque diffiniens uacuum (vt infra uidebimus) dicit, vacuũ esse locum nõ repletum corpore, aptum tamen repleri: ubi locum uacuum simpliciter appellat locum. Immò in hoc lib. textu. 6. ex diffinitione uacui arguit locum uacuum esse locum.

¶Secvnda particula diffinitionis est immobilis, ubi tangitur secundus respectus loci, qui est ad centrum & polos mundi. Vbi notandum est, particulã hanc (propter difficultatem quinti argumenti principalis) diuersimode à doctoribus esse expositam. Commen. cõmẽ. 41. cum teneat, locum esse superficiem quę est accidens de prædicamento quãtitatis, & accidentia non moueãtur per D
se, sed per accidens ad motum subiecti, dicit, ꝙ locus per se non est mobilis, sed per accidens. Hæc tamen expositio profecto non satisfacit: nam tunc locus nõ aliter diceretur immobilis, quàm albedo, uel accidens quodcunq; aliud. Arist. autẽ uoluit replicare naturam propriã & peculiarem esse loci, ut sit immobilis per contrarium ad naturam uasis, quæ est deferre illa, quæ continet.

¶Alii iuniores dicũt locum esse immobilem, intelligi negatiuè. i. ꝙ locus non est necessariũ, ut moueatur ad motum locati, stat enim aere me circunstante manente immoto, me inde moueri, li-
E cet nihil repugnet, ipsum etiam mecũ simul: sicut uter, qui est locus uini, defertur cum illo. Sed neq; hoc plane satisfacit, quia Arist. non solum negatiuè, sed positiuè asseruit, locum esse simpliciter immobilem, ita ut non solum non moueatur ad motum locati, sed quòd nullo modo nec de per se mouetur, nec de per accidens ratione locati, aut locãtis, aut cuiuscunque alterius.

¶Alij distinguũt, ꝙ locus uno modo accipitur materialiter per superficiẽ seu corpore locante, & locus illo modo est mobilis, sicut locatum ipsum: ut probat quintum argumentum: sed alio modo accipitur pro quodam respectu distãtiæ huiusmodi loci ad centrum terræ, & illa est immobilis. F

¶At uerò supra satis credo hoc reprobauimus; nempe quòd locus supponat pro relatione: nam Arist. nihil uocat locum, nisi terminum continentis, & illũ ait esse immobilem. Item quia authores huius opinionis (ut Scot. & nonnulli Thomistæ) dicunt huiusmodi relationem esse accidens distinctũ à subiecto. Contra quos in promptu est argumentũ, quòd relatio ipsa est mobilis ad motum superficiei, in qua subiectatur, uel saltem si locus meus, mouetur mecum, illa relatio distantię corrumpitur: nam corrupto subiecto, corrumpuntur ea, quæ in ipso sunt. Explicandum ergo est:

ad

A ad mentem Arist. quomodo superficies ipsa, quę est locus, ut immobilis. ¶ Vbi sciẽdum est argutissime Arist. hac parti cula explicuisse naturam loci. Ait enim tex 3. & explicatius text. 32. q ex motu locali uenamur naturã loci. Quod est dicere, id dicitur moueri localiter quod mutat locum. Si uerò locus nõ esset simpliciter immobilis tam per se, quã per accidens, non esset idem moueri localiter, & mutare locum. Nam si locus nihil aliud diceret, quàm superficiem me circunstantem, staret, me moueri non mutando locum, ut cum lignum mouetur in fluuio ad fluxum aquę: & rursum staret, rem mutare locum, quando non

B moueretur, ut cùm truncus arboris in fluuio manet immobilis fluentibus aquis ipsum circunstantibus. Vt ergo idẽ sit, moueri localiter, quòd mutare locum, necesse est, locum aliquid fixum & immobile designare: ad differentiam uasis, ut text. decimoseptimo dictum est. Natura enim uasis est, rem deferre, & ideo stat, unum moueri non mutando uas, non tamen non mutando locũ.

Locus pro quo suppo nit. Locus ergo supponit pro superficie cõnotando (præter continentiam) quòd

Immobili tas loci in quo consi stat. sit immobilis. Immobilitas uerò consistit in hoc, q sit in eodem situ respectu totius uniuersi. Situs autẽ respectu uni

C uersi attenditur penes altitudinem, quę est maior aut minor distantia à centro terræ: & longitudinem, quæ est maior aut minor distantia à puncto, quod imaginetur fixum in oriente: & latitudinẽ, quæ est maior uel minor distantia à polo. Est ergo Salamantica in eodem loco propterea quòd superficies aeris illam circunstans eandem habet distantiam à

Ad 5 prin. centro & ab oriente & à polo. ¶ Vnde ad quintum principale argumentum, authores supra citatæ opinionis respõdent distinguendo consequens primæ consequentiæ, scilicet, quòd locus sit immobilis: accipiendo enim materialiter locum pro superficie, concedunt: sed accipiendo pro relatione, negant. Sed tamen, quia relatio (ut dictum est) nullo modo dicitur locus, melius est di D stinguere, q quãquã locus sit res mobilis, non tamen est locus mobilis, id est inquantum locus non est mobilis. Volo dicere, quòd superficies aeris modò circunstantis Salmanticam, licet sit alia res in genere quantitatis, id est, alia superficies alterius aeris, est tamen idem locus propterea quòd est in eadem distantia ad centrum & ad orientem & polum uniuersi. Et ideo licet mutauit aerem & superficiem aeris, non tamen mutauit locum. Et idem dicatur de stipite arboris fixæ in aqua. Et quo sequitur, quòd si nunc ego, qui sum in aere, me immoto cooperirer aquis, essem in eodem loco, licet non essem in eadem superficie: E quia superficies aquæ me circunscribẽs propter eandem distantiam ad dictas partes uniuersi, reputaretur idẽ locus, qui erat superficies aeris, è conuerso cùm lignum mouetur ad motum fluminis, licet semper manet in eadem superficie concaua aquæ, non tamen manet in eodem loco: nam eadem superficies, propter diuersas distantias ad orientem & ad polum est alius locus, licet sit uelut idem uas deferens locum. Et per hoc respondetur ad confirmatiõnem. Hoc acutissimè aduotauit Phi. tex. 41. dicens, quòd id, quod mouetur in flumine, est illic sicut in uase, ut in naui, aut undis. In toto uerò flumine, puta alueo, quæ est immobilis, est sicut in loco communi. Et tex. 42. subdit, quòd centrum terræ, quia est immobile, est locus grauium: concauum verò lunæ, quatenus semper est in eadem distantia à cẽtro, est locus leuium. ¶ Hinc palam constat, quomodo dicantur ad conuertentiam, moueri localiter, & mutare locum, quod non contingeret, nisi locus esset quid immobile. Itaque sicut moueri motu alterationis est in se recipere nouam qualitatem, ita moueri localiter, est recipi in nouum locum, & quiescere, est manere in eodem loco.

¶ Quòd si arguas, mirabile esse quòd alia superficies sit idem locus, & eadẽ superficies

A perficies sit alius locus. Respondetur, id expressè Aristot. concedere 5. metaphys. text. 7. nempe q̃ res, quæ in uno genere est una, in alio est plures. Quod meritò sæpe citare solemus. Et profecto mirabilius est, quod ipsi concedunt, ut saluent locum esse immobilem, nempe q̃ locus supponit pro relatione distantiæ, cùm tamen Aristo. non relationem, sed terminum continentis asserat esse immobilem. ¶ Contra hoc nihilominus sunt minima & importuna argumenta. Videtur, q̃ Salmantica, sicut non est modò in eadem superficie continentis, ita nec sit in eadem distantia ad centrum, & per consequens nec in eodem loco:

B nam distantia est relatio, quæ est accidens fundatum in ipsa superficie, corruptâ autem superficie corrũpitur accidens, quod est in illa. Eadem ratione, si me immoto, qui nũc sum in aere, cooperirer aquis, eadem numero relatio distantiæ, quæ erat in aere, non pòtest manere in aqua, quia idem accidens non transiretur de subiecto in subiectum.

¶ Realissimi isti ponentes relationes esse accidentia distincta, torquentur his neniis à quibus uix se extricare possunt non ualentes explicare, quomodo maneat eadem distantia in diuersis subiectis. At uerò nequè existimo relationes istas esse accidentia distincta, licet sint

C reales relationes ad hunc sensum, quòd secluſa operatione intellectus res distãt ab illis punctis. Nec si distinguerentur, intelligo per eadem, aut diuersam distãtiam idem materialiter, aut diuersum accidens: sed intelligo formaliter eandem distantiam secundùm considerationem rationis, quamquàm enim Deus destruat omnes relationes, immò omnem aerem circunstantem Salmanticã, esset in eadem distantia à centro terræ: quia per tot adæquatè passus, aut pedes distaret. Immò uerò si deus destrueret cælum, & centrum terræ, esset in eadem distantia imaginaria: quod sufficeret, ut maneret immota.

¶ Sed contra. Si Deus moueret uniuersam orbem per uacuum uersus orien- D
tẽ, me sedente in sede, in qua mouerer, sicut in naui, tunc ego mouerer, & Salmantica & omnes urbes mouerentur ad motum orbis: & tamen omnia manerent in eadem distantia à centro & oriente & polo: ergo inuariatis huiusmodi distantiis ego muto locum. Respõdetur, me moueri tunc & Salmanticam & omnes urbes ad motũ orbis, quia licet maneat eadem distantia ad centrum uerum, & orientem uerum, quæ mouentur: uariatur tamen distantia à similibus punctis imaginariè fixis. Itaque licet nihil sit in mundo, nisi ego, imaginanda sunt tria puncta fixa in profunditate lõgitudine & latitudine, per quorũ respe E
ctum ego cognoscar esse in eodẽ loco, aut mutare diuersa loca.

¶ Sequitur hinc tandem (quod mente obseruandum est pro libro sequenti) q̃ ad relationem (ut putat Scot.) non est per se motus, per motum enim localẽ ego non acquisiui relationem hanc distantiæ ab oriente, uel polo, sed locum de genere quantitatis, scilicet, hanc superficiem, licet hæc superficies sit hic locus ratione huius distantiæ. Et propterea Aristot. non dicit, q̃ est motus per se ad relationem, sed ad locum, qui est terminus continentis, ut libro sequenti numerosius examinauimus. Sequitur secundo, quòd alia relatio est, à F
qua locus est immobilis, & alia est relatio importata per prædicamentum, ubi, prima enim subiectatur in loco, & secunda in locato, ut paulò superiùs explicuimus.

¶ Non a & postrema conclusio huius quæstionis est apud Aristote. text. 30. & 33. quam præter ordinem Aristote. ultimam constituimus, eò quòd est tanq̃ dictorum omnium appendix. Est enim duplex locus (ut tex. 4. dictum est) alius communis, & alius proprius & primus: & locus quidem communis non est æqualis, sed maior locato: locus uerò proprius est æqualis. Hanc ueruntamen æqualitatem Nominales negantes superficies 9. Conclu.

A ficies distinctas à corporibus, non ita possunt ad mentem Aristo. explicare, licet tripliciter dicat. Primò quòd locus est æqualis locato quantùm ad continẽtiam, uidelicet quòd locus continet adæquatè quantum est locatum, nec plus nec minus. Sed contra hoc est argũmẽtum, quòd tunc tota amphora secundũ totam eius grossitiẽm digitalem esset æqualis uino, quo est ad summum plena: nam continet illud, & nihil amplius: & tota sphera aeris esset æqualis aquæ & terræ, & omnibus mixtis, quę adęquatè intra se continet: consequens tamen ex presse est contra Phi. tex. 33. ubi ait, ꝙ si locus terræ & aquæ esset totus aer, lo-
B cus non esset æqualis locato: ubi expresse docet, quòd corpus continens nõ est æquale contento, sed terminus concauus continentis, termino conuexo contenti. Secundo modo locus est æqualis locato: quia si trahatur linea à concauitate loci per centrum locati usquè ad aliud punctum oppositum cõcauitatis, illa eadem linea metitur adæquatè conuexum locati, & concauitatem loci. Et tertio modò, quia si filum unum circũducas ad conuexum locati, & aliud intra concauitatem loci, illa duo fila erunt æqualia.

¶ Atqui isti quidem duo modi ueri sunt & ita dicendum est in uia Nominalium: sed tamen non satis explicant mentem
C Aristo. quia nõ dant unam rem, quæ sit locus, & secundum se totam sit quodãmodo æqualis locato.

¶ Quod Aristo. ergo sensit, fuit, quòd locus id est superficies concaua continentis est æqualis locato, id est, superficiei conuexę locati. Si enim superficies cõcaua loci, quæ distinguitur à corpore, extenderetur, & similiter superficies cõuexa locati, illæ duæ superficies essent omnino æquales secundùm longitudinem & latitudinem, nam profunditatem non haberent.

¶ Hinc palam sequitur, ꝙ si terminus cõtinentis non supponat pro superficie, sed (ut aiunt Nominales) pro parte interiori continentis, nulla dabitur res, quę D
sit terminus continentis, eademque sit æqualis locato.

¶ Sequitur præterea, locum esse mensuram extrinsecam locati. Quod manifestum est apud Aristo. licet nonnulli hoc in dubium reuocent. Et enim quemadmodum tempus (ut infra uidebimus) est mensura successiua motus, ita & locus est mensura permanens locati: ut quantus est locus, tantum sit locatum: non quidem secundùm partes intrinsecas locati, sed secundùm externam superficiem. Etenim ut superficies conuexa cuiuscunque corporis est eius mensura intrinseca, ita superficies concaua sui loci est eius mensura extrinseca. Et E
hac ratione (ut cap. de quantitate adnotauimus) tam locus, quàm tempus, statuta est illic species quantitatis extrinseca. ¶ Sed arguunt nonnulli, ꝙ locus non sit mensura, eò quòd ratio mensuræ importat relationem mensurantis ad mensuratum. Quibus tamen respondetur, ꝙ licet mensurare dicat relationem æqualitatis, tamen mensura non est relatio, sed quantitas illa, per cuius longitudinem aut latitudinem aut profunditatẽ certificamur de quantitate alterius.

¶ Quocirca Aristo. 10. meta. text. 2. unitati, quæ est principium numeri, attribuit esse primam mensuram, numero enim pedum, aut ulnarum, aut unciarum, aut alicuius certę quantitatis, qua F
utimur tanquàm indiuisibili, metimur rerum quantitates.

¶ Ad sextum igitur principale argumen- Ad sextũ.
tum respondetur, quòd propriè loquendo superficies, quæ secundùm Aristo. est locus, nõ continet locatum, sed vnũ corpus continet aliud corpus: unde locus non (inquit) est superficies continenes, sed est terminus continentis. Quare simpliciter concederet Aristote. quòd omne continens est maius contento. Qui uerò noluerit in tanto rigore respondere, concedere potest, superficiem cõcauam, quæ est locus, quodammodo continere cõuexam locati,

sed

A in loco, dicente Boetio libro de Hebdomadibus, communem animi cõceptionem esse apud sapientes, spiritualia nõ esse in loco, & Arist. hic tex. 47. nõ omne (inquit) quod est, in loco est, sed mobile corpus. Et ratio etiã est manifesta, quia locus dicit rationem mensuræ, angelus autem nõ potest mensurari loco, ergo non potest esse in loco. ¶ Quintò principaliter circa ultimum uerbũ quæstionis arguitur. Si corpus omne naturale ex natura sua uendicat sibi locum: sequitur, quòd ex natura sua uendicat sibi locum unũ: unitas enim loci consequitur ad rei unitatem, ut quot sunt res, tot sint loca: consequens tamen

B est falsum: ergo & antecedẽs. Probatur minor. Nã si natura rei est, ut singula sint in singulis locis: sequitur, q̃ Deus non̄ potest idem corpus ponere in duobus locis: quod tamen nullam uidetur contradictionem implicare.

¶ Tres articvlos titulus huius quæstionis designat. In primo uidebimus de naturalibus locis corporum: & in secundo circa secundum membrum quæstionis an substantiæ spirituales sint in loco: & postremò circa ultimum uerbum, an supranaturaliter possit idem corpus esse in pluribus locis.

¶ Pro fundamento huius articuli considerandum est, quòd, ut Deus, & natura

C omnia fecit numero, pondere, & mensura, ita & ordine pulcherrimo cuncta disposuit. Quod Arist. hic tex. 48. docet, dicens res uniuersas secundùm ordinẽ graduum perfectionis naturalis sortiri etiam locorum ordinem, ut res superior locus sit conseruatiuus inferioris: atque adeo superior se habet vt forma, & inferior ut materia: sicuti in rebus particularibus materia recipit esse à forma.

¶ Atqui, ut ordinẽ huius tex. 46. obseruemus incipiendo à terra, sit prima cõclusio. Locus naturalis elementi terræ est concauum aquæ. Conclusio expressa est Aristo. loco præsenti. Et probatur ratione eiusdem, tex. 48. Quem ordinem res seruant in nobilitate, seruant D in loco: sed terra est infimum elementorum plus habens de materia: grauitas enim ex abundantia materiæ uenit sicut leuitas ex paucitate materiæ: sed post terram dignitate immediata est aqua: quia cum sit grauior, est etiam materialior, quàm reliqua duo superiora: ergo locus naturalis terræ est aqua.

¶ Secundò id confirmatur. Locus naturalis & locatum inter elementa symbolizant, id est conueniunt in una qualitate, & altera differunt: debent enim esse congenea (ut ait Commen.) ut propterea conuexum unius tangat concauum alterius, quia quodammodo natura unius tangit naturã alterius: E sed ita se habent terra & aqua: terra enim est sicca & frigida: aqua frigida & humida: aer uerò humidus & calidus: sed ignis demum calidus & siccus: ergo qua ratione locus aquæ est aer, & locus aeris est ignis, fit, ut locus etiã elementi terræ sit aqua.

¶ Et tertiò id patet rõne Arist. text. 49. Locatum & locus in elementis habent se sicuti materia & forma: sed ita se habent terra & aqua: terra enim, si daretur purum elementum, non posset uerti in aerem, quin prius uerteretur in aquam: sicut aqua non uerteret in ignẽ, quin prius in aerem, ergo locus naturalis terræ est aqua. F

¶ Vnde ad primum argumentum nimirum si aliter respondeamus, quam communiter uideo iuniores (saltem) respondere. Simpliciter enim negant omnes concauum aquæ esse locum naturalem terræ: sed aiunt locum terræ esse aggregatum ex superficie aquæ, & superficie aeris, non considerantes, q̃ Aristote. non dixit terram esse in aere, sed in aqua: & aquam in aere. Quocirca distinguendum est potius de terra, nempe quòd si accipiatur pro puro elemento terræ, profecto locus eius est sola superficies aquæ: & isto modo loquit hic Arist. de terra. Sed si loquamur de terra, q̃ non est simpliciter ele- Adi. prin.

A mentum, ut terra, quam nos colimus, illam fatemur, naturaliter esse in aere. Discooperuit enim aquis hanc partem natura non propter necessitatem elementi terræ (quæ melius sane conseruaretur sub aqua) sed propter necessitatem mixtorum, puta arborum, & præcipuè animalium terrestrium, quæ respiratione uiuunt. Accipiendo uerò terram pro toto aggregato ex terra (siue sit purum elementum, siue non) & (ut primam hinc confirmationem dilutam relinquamus) aggregatis etiã mixtis in cauernis terræ & arboribus & animalibus quæ sunt in superficie: concedimus quòd terræ huismodi locus naturalis est aggregatum ex con-
B caũo terræ & concauo aeris: quæ quidem superficies, licet sint duæ res in genere quantitatis, puta duæ superficies, censentur tamen unus locus, quia conseruant unicam massam terræ & mixtorum.

¶Et sic solutum restat primum argumentum cum sua confirmatione. Hinc sequitur, q̃ cùm dicimus, superficiem aquæ esse locũ terræ, non intelligimus de hac aut illa portione aquæ, aut gleba terræ, sed loquimur de tota terra, & de superficie totius elementi aquæ. Nã & in cauernis terræ prouidente natu-
C ra ad perpetuitatem fontium generantur aquæ ex ingrossato aere, quæ potiùs sunt terra tanquàm in loco, quàm è conuerso: sicut aqua cisternæ. Immò portio aeris generatur & concluditur sub terra tanquàm in uase: unde nonnuquam terræ motus fiunt: sed de hoc aliàs

Ad 2. confirma. ¶Ad secundam confirmationem respõdetur ex supra dictis. q̃ locus naturalis non dicit superficiem solùm continentẽ, ut locus mathematicus, sed uirtutẽ præterea conseruatiuã & quia illa uirtus conseruatiua terræ licet sit in toto spatio, quia est intra cõcauitatẽ aquæ & aeris pro illa parte, ubi terra est discooperta, tñ perfectissimè est in cẽtro gra uitatis terræ, propterea terra mouetur ad centrũ. Eadẽ ratione licet locus na D turalis aeris sit spatium contentũ inter concauam ignis & conuexũ aquæ, tamen quia uirtus conseruatiua est in mẽ dio illius spatij, propterea aer mouere-tur ad illud medium. Tametsi hoc non sit adeo certũ: immò forsan uirtus conseruatiua ignis perfectissimè est prope superficiem cõcauã lunæ: & uirtus perfectissimè conseruatiua aeris est in concauo ignis: nisi obstare contrarietas ignis, nam perfectio duorum elementorum, quæ plus participant grauitate, uergit ad centrum: perfectio verò aeris & ignis uergit ad cœlum.

¶Secvnda conclusio. Locus naturalis aeris est superficies concaua E ignis. Hanc eandem conclusionem affirmat hic Aristotel. eisdemq̃ rationibus confirmat quibus superiorem, nã ut terra se habet ad acquã dignitate & symbolo, & aer se habet ad ignem. Vnde ad primam impugnationem in secũdo principali argumento respondetur, quòd quando Aristo. dicit, aerem esse in igne, tanquàm in proprio loco, solùm intelligit quantum ad superficiem conuexam aeris, cuius mensura est cõcaua ignis: loca enim naturalia elementorum designat Aristo. solùm quantum ad superficiem conuexam locati. Si tamen uolueris locum circunscribentem totum aerem designare, erit spatiũ illud interceptum inter concauam su- F perficiem ignis, & conuexam aquæ & terræ. Enimuerò (ut in libris de cœlo uidendum est) aggregatum ex terra & aqua reputatur unus globus & una sphæra. Et pari modo, licet locus ignis dicatur concauum lunæ, id tamen intelligitur quantùm ad conuexam superficiẽ ignis: locus tamẽ eius adæquatus est in terstitium inter conuexum aeris & cõcauum lunæ.

¶ Secunda pars secundi argumẽti principalis habet plus difficultatis, nempe quomodo locus aeris sit ignis: cum sint contraria. Ad quod dicunt nonnulli, superficiem ignis habere in se quan-

dam

A uam uirtutem propriam (præter calorem & ficcitatem) conseruatiuã aeris. Hoc tamen nullum fundamentum habet apud Arist. neque in natura rerũ: elementis enim nulla quinta uirtus adscribitur, præter quatuor primas qualitates. Neq; Arist. hic tex. 48. & 49. nec 4. de cœlo text 23. ubi ordinem elemẽtorum cõstituit, rationem aliam huius ordinis assignat, quàm ordinem dignitatis & perfectionis naturalis, & quòd unum se habet ut materia alterius. Et ideo dicendum est (ut Commentator hic commento. 43. uidetur docere) quòd locus aquæ non est aer propter naturam aeris: nec locus aeris est ignis propter naturam ignis, sed propter distantiam, quam huiusmodi loca habent à centro terræ, & propinquitatem, quã habent ad concauum lunæ. Itaq; si imaginetur linea recta ducta à centro terræ usque ad concauum lunę, per aliquã portionem illius lineę usque ad certum punctum, est purum elementum terræ frigidum & ficcum; altiùs usque ad aliud punctum & elementum aquæ licet terra & aquã aliquibus partibus cõmisceantur: altiùs usquè ad aliud pũctum est elemẽtum aeris: & inde usquè ad concauum lunę est elemẽtum ignis. Vnde locus aeris non terminatur ad concauum ignis, propterea quòd illic C sit ignis, sed propter talem distantiam à centro. Imò licet per impossibile nullus illic esset ignis, sed ignis ponerẽtur in infima regione aeris, aer ascenderet supra ignẽ quousq; modo ascendit. Et ideo non obstat cõtrarietas ignis & aeris, quominus ignis sit locus aeris: quia aer non conseruatur ab igne, sed suapte natura ex ordine uniuersi cõseruatur in tali distantia inter cœlũ & centrum terræ: Et idẽ dicatur de locis aliorum elementorũ. ¶ Sed non est adhuc abũdè dissolutum argumentũ. Si ignis loco, quo aer illi coniungitur, corrumpit aerem, sequitur, aerem illic conseruari non posse. Aliqui possent cogitare, quòd in illo confinio elemento- rum impeditur actio à natura uniuersali. At uerò hoc nulla ratione fulcitur. Cum enim apud nos uideamus, ignem inflammare aerem, nulla est ratio, cur illic negemur effectum similem. Concedimus ergo, ignem in sua sphæra ignire proximum aerem, id tamen facit usque ad certam distantiam, semper remissiùs & remissiùs, sicut ignis apud nos non ad quancunque distantiam, sed propè agit. Et ideo per aliquod spatium prope ignem est calidior, quàm sua exigat natura: sicuti terra prope aquam humidior est: sed propè cẽtrum est in sua naturali dispositione. Horum autem omnium cõstituti sunt termini qui præteriri non possunt. Eodẽ modo E dicendum est, ꝙ locus ignis est cõcauũ lunæ: non propterea quòd illic sit orbis lunæ, sed propter distantiam à centro. Non tamen puto esse aliquã cõtrarietatem inter lunã & ignẽ, sicut inter ignẽ & aerem: quia cœlum non habet aliquam particularem contrarietatem cum aliquo elemẽtorũ, sed generali influxu agit concurrendo cum singulis. Si autem propter humiditatẽ aliquã aliã rationem agat in ignem, erit usque ad certam distantiam. ¶ Sed percunctatur quis fortè: cũ iter elemẽta unũquodq; habet symbolu cũ sibi proximo, quod est locus eius, uidetur ꝙ ignis deberet pariter symbolizare cum concauo lu- F næ, qui locus est eius: & tñ cum cęlum nullam habeat primarum qualitatẽ nõ possunt elementum & cœlum esse symbola. Respondetur, ꝙ quamuis nõ symbolizent in illis qualitatibus, cõueniũt tamen ignis & cœlũ in lucis perspicuitate diaphaneitate & agilitate. Vnde ignis æther, ut cœlum, appellatur.

D

¶ AT VERÒ contra istum localem ordinem elementorum sunt argumenta nonnulla. Primum. Si ea, quæ dicta sunt, uerum habent, sequeretur, quòd quodlibet elementum seclusis quibuscunque alijs circunstantibus naturaliter maneret in suo loco, in quo est. Itaq; corrupta per impossibile sphęra

A ignis & aquę, aer maneret ubi est: & corrupta sphęra terræ & aeris, aqua maneret ubi est nã dictũ est, naturaliter elementa in suis sitibus manere, & conseruari, non pp naturã circunstantis, sed pp talem elongationem à centro, aut propinquitatem ad orbem lunæ: consequens ñ videtur falsum: nam aquã naturaliter uidemus descẽdere per terrã, ut si defoderetur puteus usq; ad cẽtrũ terræ, uidetur, ꝙ aqua naturaliter illuc usq; descenderet: & per consequẽs corrupto per impossibile elemento terræ aqua confluereret ad centrũ. ¶ Secũdò arguitur. Terra, quæ est elementum grauissimum determinat sibi infimũ locũ

B (pura centrum) quo inferior esse non potest: ergo & ignis, cum sit elemẽtorum leuissimum, determinat sibi locũ supremum, quo superior esse non possit: & per consequens locus eius nõ est concauum lunæ: sed nisi cœlis impediretur, suapte natura ascenderet usque ad conuexum primæ sphæræ. ¶ Et cõfir. Locus naturalis elementi est, in quo, cum elementum sit, naturaliter quiescit: sed ignis in concauo lunæ nõ quiescit, quinimmò circulariter mouetur ad motum primi mobilis, ut 2. & 4. de cœlo habet disputari; ergo ille non est locus eius naturalis. ¶ Tertiò principaliter arguitur. Locus naturalis ter-

C ræ est unus & determinatus, in quocunque enim puncto concaui lunæ poneret gleba terræ, & siue in zenith nostro, siue in opposito, ubi uiuunt antipodes, siue in oriente, siue in occidente, siue in nostro polo, siue in alio gleba illa descenderet ad idem punctum centri: ergo & locus ignis deberet esse unum punctum determinatum, consequens tamen est falsum, nam ignis noster ascendit ed zenith nostrũ, & ignis antipodum ad zenith suum. ¶ Quòd si dicas, locũ determinatum ignis non esse punctũ, sed totã circunferentiã concaui lunæ, ascẽdere. n. est elongari à terra directè uersus cęlum. Tunc sequeretur, ꝙ si portio ignis poneretur in centro terræ, nullo corpore impediẽte nõ magis ascẽderet uersus zenith nostrũ, quam antipodum: aut uersus orientẽ, quàm uersus occidentem. B

¶ Primum argumentum non est, quod in præsentiarum ad unguem examinemus, usque ad secundum & quartum de cœlo. Res profecto est dubia, quidnã sentiret Arist. De igne namq; & terra inter omnes Philosophos conuenit, quòd demptis omnibus alijs creaturis naturaliter manerent in locis, in quibus sunt: quia unum est elementũ grauissimum, & alterum leuissimum, sed tamen de aqua & aere non omnes consentiunt: nam aqua non est simpliciter grauis, sed respectu aeris & ignis: nec E simpliciter leuis, sed respectu terræ: nec aer est simpliciter leuis, sed respectu terræ & aquæ: nec simpliciter grauis, sed respectu ignis, ut est sententia Aristotele. 4. de cœlo text. 27. & Commen. illic, & 3. huius text. 49. Quem Paul. Venet. hic super textu 49. imitatus ait, quòd aer si poneretur in concauo lunæ, descenderet per ignem usque ad locum, in quo modò est. & aqua si poneretur in centro terræ, ascẽderet usq; ad locũ, in quo modò est. Quod certè uerũ est, quia terra necesse habet esse sub aqua, unde si profundissimum puteum aquæ impleas terra, aqua ascẽdit, ut cedat terræ. At nondum est compertum, utrùm si corrũperetur modò terra, aqua particulari appetitu descenderet ad centrum: nam ex una parte ait Arist. 2. de cęlo tex. 79. ꝙ aqua non potest manere suspensa, sed debet sustentari super aliquod corpus: & ideo naturaliter descẽdit per uiscera terræ, si meatus inueniat: & per consequens dẽpta terra uidetur, quòd descenderet ad centrum. Ex alia parte, uidetur, quòd si aqua est modò in suo loco naturali, dempta terra adhuc maneret, ubi est: quòd mihi pro nunc est uerisimilius: nam aer corrupta sphæra ignis non ascenderet altiùs, quàm modò est: ergo simili proportione non descenderet a- F

Ad primũ.

qua

A quã particulari appetitu dempto igne. Et quod ait Arist. terram non posse esse suspensam, intelligit naturaliter: nec tunc dempta terra propriè esset suspensa, cùm esset in loco naturali, unde si defodiatur terra usque ad punctum sphæræ aquæ, aqua descendet naturaliter. Si tamẽ profundiùs procederet puteus, aqua non descenderet ex naturali appetitu particulari, sed appetitu uniuersali, nec daretur uacuum, sicut descenderet aer, si non esset illic aqua. ¶ Neque mireris, si sphæra naturalis aquæ descendat sub terram hanc nostrã: quia cùm pars hæc discooperta, fit multò leuior, quàm pars alia quæ tegitur

B aquis propter maiorem ficcitatem, nõ est idem centrum grauitatis, & centrum magnitudinis terræ: sed centrum grauitatis est multò propinquius superficiei terræ cooopertæ aquis, quàm, superficiei nostræ. Et cùm centrum grauitatis sit centrũ mũdi, quo terra descẽdit, & sphæra aquæ debeat ęquè distare ab illo cẽtro, fit, ut si aqua ab illo cẽtro uersus mare distat. v. g. per centum milia passuum, etiam uersus nos usq; ad centum milia passuum à centro grauitatis, fit etiam locus naturalis aquæ: quare residuum terræ uersus nos penetrat multum de sphæra aquæ. Imò & multi montes attingunt sphęram aeris.

C Et ideo in illis cauernis naturaliter generãtur fontes, qui sunt altiores superficie maris, qua mare tãgit terram: quã doquidem flumina à suis fontibus usq; ad mare semper descendunt.

¶ Ad secundum argumentum respondetur, quòd sicut terra determinat sibi Ad. 2. locum simpliciter infimum, ita & ignis determinat simpliciter supremum: infra latitudinem tamen loci elementorum: & quia locus elementorum terminatur in cõcauo lunæ, illic est locus naturalis ignis, nec sursum ascenderet, quamuis non impediretur cœlo. ¶ Ad confirmationẽ respõdetur, quòd quicquid fit de motu circulari ignis, an videlicet sicut primum mobile rapit secum orbes planetarum, ita moueat sphæram ignis: nihil tamẽ obstat, quin ille sit locus eius naturalis. Ad quòd sufficit, quòd quiescat in illo quieto oppositæ motui naturali elemẽti leuis, qui est ascendere: non enim altius ascẽdit. Sicuti mare, quamuis moueatur motus fluxus & refluxus propter impressionem cœlestem: nihilominus quiescit quiete elementi, quia nec ascẽscendit, nec descendit. D

¶ Ad tertium benè respõsum est, ꝙ ver Ad 3. sus quancunq; regionẽ cęli à cẽtro terræ ignis elongetur, uerè ascendit: est enim centrum grauitatis terræ, ueluti centrum circuli, cuius circunferentia est cęlum: & motus à centro ad circunferentiã est ascensus, & à circunferẽtia ad centrum est descensus. Ad replicam uerò Paul. & nonnulli alij respondet, quòd ignis positus in centro, non magis uersus hanc quàm uersus illã regionem ascenderet, nisi influentia cęlestis ipsum determinaret, qua uersus ascẽderet. At uerò nunquam mihi persuadere potui, quòd cõstellatio cęlestis aliquid agat in ista inferiora, nisi mediantibus causis secundis. Et ideo signãda est causa particularis talis motus. Item quia propter illum casum supernaturalem non est ponẽda aliqua tunc influentia, quæ non erat ante. E

¶ Dicendum est igitur, ꝙ cùm casus ille F sit supernaturalis, si ignis pedalis à Deo poneretur in cẽtro terræ, necesse esset, ut punctum eius medium corresponderet puncto centri: & tunc posset quis dicere, quòd quæuis pars illius ignis ascenderet uersus regionem, qua est: ut quæ est uersus nos, ascenderet uersus nos, & quæ est uersus antipodas ascenderet uersus illos. Sed quia tunc est argumentum, ꝙ talis ignis diuideretur in omnem suam partem (sicut à cẽtro circuli infiniti lineæ deducuntur ad circunferentiam) dicendum est, quòd uel subitò corrumperetur, uel (quod uerisimilius est) non moueretur: quia quę liber pars niteret è diuerso, & sic mane

A ret in æquilibrio. ¶ De locis naturalibus mixtorum non opus est hic longam mentionem facere, sed animalia terrestria uiuunt in terra in diuersis regionibus diuersa, pisces in aqua, aues in aere. Et, ut quibusdam physicis placet (nisi sit commentum) Salamandra uiuit in igne.

3. Cõclus. ¶ Tertia conclusio huius articuli est. Sphærarum cœlestium (citra supremam) quælibet est in sibi proximè superiori tanquàm in loco, putà luna in uenere: uenus in mercurio: mercurius in sole: sol in marte: mars in ioue: iupiter in saturno: & ille in octaua sphæra, Vel si uis loqui de loco adæquato

B circunquaque, sol est inter Mercurium & martem, & proportionabiliter de alijs. Conclusio est manifesta, quia si elementa sunt in suis locis naturalibus, & corpora cœlestia sunt corpora mobilia, nulla est ratio, cur negemus, illa esse in suis etiam locis naturalibus: siquidem omnia ordine naturali sunt dispositа, & ubicunque res à natura est collocata, illa censenda est sedes eius naturalis. ¶ Tametsi Commen. hic cõmento 45. neget sphæras cœlestes, non solùm superiorem, sed etiam alias esse in loco de per se: eò quòd mobile (inquit) circulariter non indiget per se loco, in quo moueatur (ut patet secundùm Arist. de primo mobili) sed motus

C rectus elemẽtorum indiget loco à quo & ad quem fiat. At quamuis motus circularis non indigeret loco, in quo fiat, putà superficie circunstante, nihilominus quælibet sphæra facta est in sua naturali distantia à centro mundi. Et præterea quia orbes planetarum mouentur motu diurno ad motum primi mobilis: quod fieri non posset, nisi ordine certo naturali locarentur sub illa, vnde ad tertium principale argumentum respondetur, quòd orbes cœlestes non sunt in suis locis naturalibus propter necessitatem conseruationis, sient elementa & mixta, sed quia secundùm ordinem & dignitatem perfectionis naturalis suam quisq; sedem sortitus est.

D

4. Concl. ¶ Quarta conclusio. Primum mobile non est in loco per se. Conclusio pariter est Arist. tex. præsenti 46. est tum in loco in potentia secundùm partes, ut tex 45. præmiserat. Commentator. tex. 43. de loco primæ sphęræ quatuor enarrat opiniones. Prima opinio est Philoponi dicentis primam sphęrã esse in uacuo circunstante illam, tanquàm in loco. Id tamen expresè est cõtra Phi. qui. 1. c. huius libri ex professo probat, locum esse quid positiuum: nã esse in aliquo, dicit esse in illo tãquam in receptiuo. ¶ Alexander dixit, propterea primam sphęram non esse in loco, nec moueri loco, sed in seipsa, at uerò

E cùm necessitas loci fit propter necessitatem motus fit, ut eo modo, quo unaquæque res mouetur, sit in loco: & cũ prima sphęra secundum Aristo. sit mobilis circulariter, sequitur, quòd sit in loco. ¶ Propter hoc Auicenna dicit, quòd motus primæ sphęræ non est ad locum, sed ad situm partium. ¶ Sed neque hoc satis est dicere: nam cùm situs importat ordinem partium in loco, vt una pars sit ad unam differentiam positionis, & alia ad aliam, fit, vt non possint partes mutare situm, nisi mutent locum, ut pars, quæ modò est in oriente, fit postea in occidente. ¶ Auempace

F ait, quòd locus primæ sphęræ est superficies, conuexa sphęræ inferioris sibi proximę, super quam mouetur, vt sicut locus elementorum est ille, ad quẽ rectè mouentur, ita locus cęli sit superficies, super quam mouetur. Hæc tamẽ opinio manifestè contradicit suppositioni illi, quam Arist. tex. 30. ex communi philosophorum consensu statuit, videlicet, quòd locus est illud, quòd primum circuit, & ambit locatum. ¶ Opinio Commentatoris est, q; prima sphera est in loco per accidens, uidelicet in centro mũdi, circa quod mouetur. Ait .n. quòd orbes cęlestes non per se, sed p accidens ratione centri habẽt esse quo dãmodo fixũ, ut .s. nec plùs nec minùs

distent

A distent ab illo, propterea ratione illius sunt in loco. Sed re uera & S. Thom. & alii expositores meritò dicunt hanc opinionem esse ridiculam. Nam primò est contra diffinitionem Aristo. dicentis, locum esse ultimum continentis. Item orbes cęlestes non habent à centro terræ, ut nec plus nec minus distent, sed natura sua, ut sint, ubi sunt. Et dato, q̃ cęli dicãtur fixi per respectum ad centrum, illud tamen nihil facit ad rationem loci: alias diceres, q̃ axis plaustri est locus rotæ. Et præterea, quia Aristo. nusquam dixit, unam rem esse in loco per accidens ratione alterius, nisi quando est altera, & altera est in loco: sicut anima ratione corporis est in loco: cœli uerò nõ sunt centro, cùm cẽtrum sit à cœlo prorsus alienum. ¶ Opinio ergo Aristote. ut ait S. Thom. est quam exponit Themistius. Ad cuius euidentiam notandum est, q̃ Aristo. solùm posuit octo spheras, scilicet septem planetas, & primum mobile. Alii postmodum inuenerunt nonum mobile. Alii adhuc suspicantur esse decimum, de quo hic nihil definimus, Christiani autem supra primum mobile ponunt cœlum fixum, qui est locus beatorum, quòd secundum rei ueritatẽ est locus primi mobilis, & si ita crederet Arist. nihil fuisset anxius de loco primæ sphęræ. Sed quia prima sphera secũ C dùm ipsum mouetur, & motus intelligi nequeat sine mutatione loci totius, aut partium, solicitus fuit quærere locum primi mobilis. Atqui, si locus esset dimensiones illæ coextensæ corpori loca to penetratiuè se habẽtes cum illo, nul la itidem esset difficultas: sed quia locus est terminus continentis, & supra primum mobile in uia Aristo. nihil est, quæritur locus, secundum quem tale mobile mouetur. ¶ Ad quod respondetur in uia Arist. eo modo primum mobile esse in loco, quo mouetur localiter: & quia non mutat locum secũdùm se totum, sed secundùm partes, ut ea, quæ nunc est in oriente, postea sit in occidente, fit, ut non sit in loco secundùm se totum, sed secundùm partes. Quòd D si quæras de locis partiũ: respondet Arist. à tex. 43. usq; ad 46. q̃ una pars continui est locus alterius, nõ locus i actu, quia nõ est actu diuisa ab illa, sed in potentia. s. quia si diuideret ab illa, manente ubi est, esset i ea tanq̃ in loco in actu. Vnde si diuidas primũ mobile secundũ circulũ, sicut radij plaustri diuidunt rotam, intelliges, q̃ in loco, ubi nunc est una pars, postea succedit alia: sicuti i rota, ubi nunc est radius unus, deinceps succedit alius. Nisi q̃ illic partes non sunt discontinuæ. ¶ Quod si arguas. Primum mobile mouetur per se, & mouetur ratione loci: ergo est in loco per se, E & non ratione partium. Negatur consequentia, quia licet per se moueatur, id est, non ab alio, nihilominus non mutat locum nisi ratione partium. ¶ Sed arguitur secundò. Nobilissimo corpori debetur nobilissimus modus essendi in loco, sed ille est, esse in loco in actu secundùm se totum: ergo ille conuenit primo mobili. Negatur minor, immò esse in loco in actu, dicit imperfectionem, putà contineri ab alio: & perfectius est, ut primum mobile à nullo cõtineatur, sed ut omnia contineat. ¶ Hinc demum sequitur, quòd nec totum uniuersum est in loco secundùm se totum, sed secundùm partes. Diuersimode tamen quàm primum mobile: nam in uniuerF so sunt partes discontinuè existentes in locis actualibus, ut sphęræ cęlestes intra primam. Et elementa & mixta.

¶ In articvlo secundo dicere statuimus unum uerbum de loco angelorum, non q̃ res theologica sit hic exacte tractanda, sed q̃ philosophi huius tẽpestatis imponunt hic S. Th. quod ipse nũquàm somniauit. Primum omnium cùm angelus sit indiuisibilis, fuerũt, qui crediderint, esse non posse, nisi in punAdditio. Hos S. Thom. 1. p. q. 52. art. 2. ignorantiæ arguit: nam punctum & angelus non sunt indiuisibilia eadem ratione: punctum enim habet positionem in continuo, cuius partes aut terminãt,

Opinio Aristotel.

Articu. 2. d̃ loco Angelorum.

A aut continuat tanquàm principium quantitatis: Angelus autem est omnino extra genus quantitatis potens in loco extenso operari: & per consequēs esse ualēs in loco extenso. unde conclusio eius illic art. 1. est hæc. Angelo conuenit esse in loco. æquiuocè tamen quā corpus: corpus enim est in loco, quia applicantur loco secundùm cōtactum quantitatis: Angelus uerò per applicationem suæ uirtutis, unde Angelus nec propriè continetur, nec circunscribitur, nec commensuratur loco, sicut corpus, sed est quodammodo sicut anima in corpore, ut sicut anima non conseruatur, nec dependet à corpore, sed

B illud potiùs tanquàm forma continet, & conseruat, ita & Angelus non continetur sed potius continet, & conseruat locum: licet ipsum non informet. Hāc sniam. S. Th. qui à limine doctrinā eius salutant, malè calumniātur: imponētes illi, q negauerit Angelus esse in loco, quantū ad suā essentiam & substātiam, sed solū dixerit, operationē Angeli esse in loco, Angelum uerò non. Quod dicunt esse condemnatū quodā articulo episcopi Parisiensis: qui sic q habet Angelus quantum ad suā essentiam, & substantiam usque est. At uerò. S. Tho. non negat, substantiam Angeli uerè esse in loco: sed illa fuit opinio quædam, quā

Error cuiusdā Parisiensis.

C inter quatuor, tertiam recitat Durand. 1. senten. d. 37. art. 1. ¶ Imprimis nullus hoc debuit negare: nam posiquàm Angeli creati sunt in mundo, necesse est ut sint in illo, ut enim ait magister. 2. senten. dist. 22. quàmprimùm creatum est cœlum empyreū, repletū est Angelis. Item Luc. 20. uidebant Sathan, sicut fulgur de cœlo cadentem. Luc. 1. Missus est Ange. Ad Mariam. Et in cœlo sunt Angeli in conspectu Dei uidentes faciem eius: Matth. 18. Aliaque id genus plurima sunt in sacra Scriptura: quibus manifestè comprobatur, Angelos esse in loco. Et Aris. posuit intelligētias applicatas orbibus, quos mouēt. ¶ Et q hæc fuerit sententia. S. Thom. patet. Primò quia probat illic suam conclu- D
sionem ex illa collecta, Angeli tui sancti habitantes in ea. Item, quia propterea dicit, Angelum applicari loco per suam uirtutem, quia requiritur præsentia ipsius substantiæ Angeli ad hoc, quòd operetur in loco, ut latiùs ipse id probat quolibet. 6. artic. 2. Et 1. quæst. 113. art. 1. c. 6. ad 3. dicit, quòd Angeli custodes aliquando nos deserunt: sed quando periclitamur, uelociſsimè descendunt. Non ergo dubitat, quin Angelus quantum ad suā substantiam sit in loco. Sed ait, quòd ratio per quam applicatur loco est ratio virtutis ad operandum.

¶ Est enim de hoc opinio triplex. Una E
est Durandi loco citato, q Angelus est in quocúque loco potest operari, licet actu non operetur, neque ubi operatur, habet aliam præsentiam, quam ubi non operatur: præterquàm, q apparet illic eius effectus, qui nō apparet alibi. Et ita consequenter concedit, q Angelus est ubiq;, sicut Deus, nisi q non potest simul operari in omnibus locis sicut Deus. Opinio hæc est periculosa, vt loco citato supra. S. Tho. latè disputauimus, negat enim motus Angelorum, scilicet, quomodo descendant, & ueniant: & recedant, quia secundum illū nullum locum deserunt, nec de nouo acquirunt, sed solùm secundùm apparentiā effectus. ¶ Scot. 2 sen. dist. 2. q. 6. F
dicit q non opus est quærere per quid Angelus est in loco: nā per suam essentiam habet ipse potentiam essendi in loco, licet non dependeat, nec conseruetur a loco, sicut corpus. Scotū sequūtur Nominales omnes. ¶ At contra hāc opinionem est argumentū: quia profecto non respōdent ad punctum difficultatis: nā quando dicimus. Angelum esse in loco per aliquid, ly per, potest dicere uirtutem & potentiā ponendi se i loco: aut rationē per quā actu est in tāto loco nos non negamus, quin p suā essentiam habeat potentiam essendi in loco: sed percunctamur: perquid

se ponit

A se ponit in tanto aut tali. Exempli gratia, in corporibus, quia quantitas est ratio essendi in loco, non potest corpus pedale esse nisi in loco adæquatè pedali nec maiori, nec minori: & circulare in circulari & quadratum in quadrato, &c. Et quamuis ego ex uoluntate mea possim mutare locum, tamen non possum esse nisi in tãto loco adæquato & eiusdem figuræ: cuius est corpus meũ. Cùm ergo Angelus ex arbitrio suo possit esse in puncto, si vult, & in loco pedali solum & in decupedali usq; ad maximum, in quo potest (quia cùm sit finitæ essentiæ, non potest esse in loco infinito) & potest esse in loco circulari, aut
B in quadrato, aut cuiuscunque alterius figuræ: quæritur ratione cuius est in tãto, aut tanto loco, & nõ in maiori nec minori, aut alterius figuræ. nam substãtia indifferens est ad quemcunque locũ citra maximum. Quòd si dicas, quia vult, solùm das causam, quare se ponit, sed non rationem, per quam se ponit: aliud est uelle se ponere. atque aliud se ponere. ¶ Concludit ergo S. Thom. quòd sicut quantitas est corpori ratio, per quam est in tanto, aut tali corpore, ita in Angelo ratio, per quam est in loco pedali, aut circulari, aut triangulari, & non in maiori uel minori, aut alterius figuræ est, quia applicat suam uirtutem operatiuam (quæ est quædã quãtitatis uirtutis) ad operandum in tali
C loco, & non in alio. Hæc autem operatio non est necesse, ut sit aliqua operatio transiens, ut calefactio aut motio loci (licet & hęc possit esse) sed satis est, quòd illum custodiant, sicut angeli custodes prouinciarum, aut illi præsideãt. Angeli enim non mutant locũ, nisi propter aliquem finem. ¶ Et quia res indiuisibilis in loco esse non potest diuisibili, quia sit in qualibet eius parte, ita est quantum ad hoc Angelus in loco, sicut anima in corpore, seclusa informatione. Et profecto articulus Parisiensis nõ solum non est contra S. Thom. sed est opinio S. Thom. Habet enim sic, quòd substantia Angeli non est in loco, error, sed si intelligatur, quòd substantia non est ratio existendi in loco, sed operatio: uerum. ¶ Sed arguitur contra. Nonne Deus imperio suo potest uitenere unum dęmonem inuitum in loco quo ipse voluerit renuente Angelo, aut nullum prorsus actum intellectus aut uoluntatis habente? Profecto non dubito, quin Deus posset illud facere: sicuti animæ in inferno inuitæ detinentur. At S. Thom. non loquitur, nisi quando Angelus sua uoluntate se ponit in loco, unde quando creati sunt Angeli, non se posuerunt in loco per suas operationes: sed in illo primo instanti creati sunt in locis, quibus Deus uoluit. At
E ne in rem theologicam profundiùs labamur, de hoc satis. Quod autem Angeli determinent sibi certas quantitates locorum in quibus sint, non est hic examinandum, sed supponendum: eò quòd sunt finitæ essentiæ & uirtutis.

D Cõcordãtia, & dilucidatio articuli Parisiensi cum Angelico Doctore.

¶ Vnde pro materia quarti argumenti principali notandum est uniuersaliter apud philosophos dupliciter accipi, esse in loco, scilicet circunscriptiuè, & diffinitiuè. Circunscriptiuè, ut colligitur ex diffinitione Aristotel. esse in loco est commensurari loco, ita ut totum sit in toto loco, & pars in parte, ut tantus sit locus adequate quantum est locatum, Esse tamen in loco diffinitiuè Gabri. 2. sent. distin. 2. q. 2. quem Nominales omnes imitantur, ait, esse totum in toto loco, & totum in qualibet parte: sicuti anima est in corpore: & Angelus in loco.

Esse in loco circũs. & defi.

F

¶ At profecto nescio, unde isti diffinitionem hanc colligere potuerunt: nam secundum eos corpus, quod est in loco circunscriptiuè, non est diffinitiuè (& ita ipsi concedunt) cùm tamen manifestum sit, ex nomine ipso, diffiniri loco, quòd non solum Angeli & anima diffiniuntur loco, sed & corpora, immò potius corpora, ut expresse ait Magister sent. in eadem. 2. dist.

quam

A quam ipsi exponunt. Etenim rem diffiniri loco, idem est, quòd finiri & coarctari loco, vnde si exactam spectas descriptionem: esse diffinitiuè in loco est taliter esse in loco, ut ex natura rei & modi existendi illic repugnet naturaliter simul esse extra illum locũ. Descriptio hæc colligitur ex nomine ipso, diffiniri, nam ex nomine sumitur descriptio rei. Ex quo sequitur: quòd esse diffinitiuè in loco est superius ad esse circunscriptiuè: ut quicquid sic circũscriptiuè, sit diffinitiuè: & non è conuerso.

1. Coroll.

2. Coroll. ¶ Sequitur secundò, quòd est impertinens, ut res sit diffinitiuè in loco, quòd sit in qualibet parte loci, necne: si enim

B Angelus esset in loco pedali, taliter, ut ex natura existendi illic repugnaret esse in alio loco, licet non esset in qualibet parte illius pedalis, esset diffinitiuè in loco. Et è conuerso: licet esset in qualibet parte illius, si ex natura sua nõ repugnaret esse alibi, nõ esset diffinitiuè

3. Coroll. in loco. ¶ Sequitur tertiò contra istos, quòd anima non est diffinitiuè in pede, licet sit in qualibet parte pedis: quia nõ coarctatur pede, cùm sit simul in capite: sed est diffinitiuè in toto corpore, cùm repugnet simul esse extra illud, & ideo ad motum totius pedis non mouetur anima: nisi moueatur totum corpus. Nequè Angelus est diffinitiuè in

C parte loci sui, sed in toto. ¶ Sequitur

4. Coroll. quarto (quod est maximum argumentum contra eos) quòd Deus non est in mundo diffinitiuè, cuius contrarium ipsi debent concedere: cùm sit in mundo: & in qualibet eius parte. Quod reuera male sonat, nam diffiniri mundo, est comprehendi, contra illud. 3. Regum. 8. Cœli cœlorum capere te non possunt: non est ergo diffinitiuè in mundo, quia nõ repugnat naturæ suæ, simul esse in alio loco, & in infinitis locis.

5. Coroll. ¶ Sequitur demique quintò quòd corpus Christi in sacramento altaris non est diffinitiuè (ut ait S. Thom. 3. p. q. 76. arti. 5. ad primum (rametsi totum sit in tota hostia, & totũ in qualibet eius parte: quia modo existendi in sacramento D non repugnat simul esse in alio loco: consecrata enim una hostia non repugnat simul esse in alio loco: consecrata enim una hostia non est nouum miraculum, quòd sit simul in alia: in cœlo autem est diffinitiuè, quia repugnat naturaliter simul esse illo modo in alio loco. Sed de hoc in 3. sent. ¶ Vt ergo ad propositum reuertamur, forsan est disputatio de nomine, an simpliciter & absolutè concedendum sit Angelum esse in loco: nam esse in loco, dicit esse tãquàm in mensura: quemadmodũ enim non sufficeret, vt quis esset uestitus, q̃ haberet uestẽ in manu, sed requiritur, quòd sit circumamictus uestẽ ita forsan non sufficeret apud Arist. ut Angelus esset in loco, quòd esset præsens loco etiam per operationem. Et hoc forsan insinuat S. Tho. cùm dicit, quòd angelus est in loco æquiuocè ad corpus. Nihilominus possumus simpliciter cõcedere, quòd Angelus est in loco, & mouetur localiter, siquidem in sacra Scriptura dicuntur esse in cœlo: & descendere in terram. At verò, quia sunt incorporei, non dependent à loco, sed naturaliter possent esse tam in uacuo, quàm in pleno: quare mundus non est propter eorum indigentiam conditus, sed propter nostram. E F

Artic. 3. ¶ In tertio articulo propter importunitatem philosophorum huius temporis dubium est, an supranaturaliter possit Deus idem corpus, aut eundem Angelus in diuersis locis simul ponere: quia naturaliter non est possibile, nisi sicut Angelus & anima est in qualibet parte eiusdem loci S. Tho. qualibet 3. arti. 2. dicit implicare contradictionem, idem posse esse in diuersis locis circunscriptiuè. Et in 4. d. 44. q. 2. arti. 2. dicit, quòd illud Deus non potest facere. Scot. in 4. sent. d. 10. cui Nominales adhærent, dicit contrarium. Ratio istorum est, quia quicquid non implicat cõtradictionem, Deus potest facere: sed illud non implicat: ergo. Argumentum

istud,

A istud, vt est uniuersalissimum in multis materiis, ita certè non est magni ponderis. Nam si implicatio contradictionis accipiatur (ut lib. 3. q. ulti. exposuimus) pro eo, cui intellectus suapte natura repugnat assentiri, certè multa sequuntur corollaria posita eadem re in duobus locis, quæ intellectui repugnare uidetur: & multò certè plus, quàm quòd manére patre & filio possit Deus relationes illas distinctas corrumpere. Quod tamen Scot. negat esse possibile.

¶ Ratio S. Tho. in contrarium, fundatur in significatione huius, quod est esse in loco circunscriptiuè, aut diffiniti-

B uè: nam diffiniri est limitari & coarctari loco: repugnat ergo, quòd ista res sit limitata hoc loco, & simul sit in alio. Et re uera stando in rigore nominum manifesta est repugnantia: Nam limitari hoc loco dicit negationem, scilicet, non esse extra. ¶ At uerò non disputando de nomine dubium est, an possit me Deus simul ponere hic & Romæ, siue dicas tunc esse circunscriptiuè, siue nõ. Præsertim quia tũc satis esset, ut essem hic circunscriptiuè, quòd ex modo existendi hic repugnaret naturaliter esse alibi: cum quo stat supranaturaliter esse alibi. Et quòd hoc Deus possit facere non est mihi tantum argumentum illud quod fecimus modò, quàm id,

C quod ex fide sacramenti altaris elicere possumus. Corpus Christi est in pluribus hostiis consecratis (ut dictum est) posset ergo si uellet, in hostia ostendere corpus suum, aut aliquam eius particulam, & tunc esset circunscriptiuè in duobus locis, putà in hostia & in cœlo: uel in diuersis hostiis, si in diuersis ostenderet digitum. Benè uideo, quòd neganti non potest demõstrari, Deum id posse facere, sed nihilominus postquàm fides ostendit, idem corpus esse in duobus locis, facilè intelligi potest, quomodo id etiam possit facere circũscriptiuè. ¶ Item potest duo corpora & infinita simul ponere i eodem loco: ergo per oppositum idem corpus in diuersis locis, & in infinitis, si esse possent infinita loca actu diuisa. D

¶ Et tertiò quia postquàm anima mea est in capite & in pede, uidetur, q̃ abscisso pede possit animam in corpore & in pede conseruare, & Angelum, qui est in lapide pedali, & in qualibet eius parte, & posset diuiso lapide in duas medietates seruare in utraque. Quod si hoc potest, uidetur etiam, q̃ possit idem corpus in diuersis locis ponere. Nec forsan uoluit negare S. Thom. nisi quòd stando in rigore circumscriptionis non potest idẽ corpus esse in duobus locis circunscriptiuè. Et præterea quia illud nõ dixit repetendo in summa, ubi proprias opiniones, atque ultimam uoluntatem testatus est. E

¶ Vnde ad quintum principale argumẽtum respondetur, quòd quamuis naturaliter unaquæque res, eò quòd est una, uendicat sibi unum locum, non tamen repugnat supernaturaliter possit Deus eandem rem ponere in diuersis locis, sicut duo corpora ponit in eodem: & quantitatem, quæ ex natura sua requirit locum diuisibilem, ponit Deus in puncto, ut patet de corpore Christi in sanctissimo Sacramento. Ad quintum.

¶ At uerò admissa ista opinione uidentur mirabilia corollaria ex illa inferri, Puta quòd possit idem corpus esse in uno loco calidum & in alio frigidum, cum tamen caliditas & frigiditas repugnent in eodem subiecto: & posset in uno currere, & in alio sedere: & in uno uiuere, & in alio mori: & similia alia. F

¶ Quæ ut omnia facilè dissoluas, has propositiones accipito. Prima. Si nullum aliud nouum miraculum ponatur præterquàm, quòd res una ponatur in duobus locis, uniuersa accidentia & prædicata, quę cõueniunt illi in uno loco, conueniunt in alio, & è cõuerso, præter relationes ad locum. Quod adiderim, quia hic esset prope Tormes, Parisijs uerò propè Sequanam, & Romæ propè Tiberim: at si hic est album,

ubique

A ubique erit album & non nigrum: & si hic est calidum, pariter Romæ est calidum & non frigidum: & si hic sedet, illic non mouetur &c. Propositio manifesta est, quia res illa se habebit, ut fert natura rei, ac si esset in uno loco.

¶ Hinc sequitur, quòd si hic Petrus applicaretur igni, & illic niui, ita ut agentia hæc essent æqualis actiuitatis, nec ignis calefaceret Petrum, nec nix frigefaceret, sed impedirent se: siquidem nituntur agere circa idem subiectũ quod tamen non potest recipere qualitates contrarias, sed tamen si ignis est maioris actiuitatis calefaciendo hic Petrũ, erit Romæ Petrus calidus.

B ¶ Secunda propositio. Posito nouo alio miraculo, nempe ut suspenderet Deus actionem, ne calor corrumperet frigiditatem, posset hic Petrus esse calidus & illic frigidus: & à fortiori hic albus, & illic niger: hic uestitus, & illic nudus, &c. Probatur conclusio quia postquam calor & frigus sunt res distinctæ, & utrunq; distinguitur à Petro, potest Deus Petrum, qui est hic, ponere simul Romæ non ponendo illic calorem, aut albedinem, aut uestem, quæ hic habet: & pariter non ponendo hic accidentia, quæ illic habet. Tametsi re uera est ere ditu difficile, quòd calor sit in Petro, & ego tangam Petrum Romæ, & non tan

C gam illic calorem, nec me calefaciet. ¶ Tertia conclusio. Si sint prædicata: quorum unum includit negationem alterius, Deus nullo modo potest facere, vt simul illi conueniant. Nempe esse nõ põt, ut in tali casu Petrus sit calidus & non calidus, albus & non albus, sed erit tunc simul calidus & frigidus in diuersis locis. Nec simpliciter potest esse cæcus & uidens: nec quiescens & currẽs. Profecto credere nõ possem, quòd Petrus hic moueat pedes, quos simul habet ligatos Romæ: & quòd aperiat hic oculos, & illic non moueantur palpebræ. Quanuis forsan posset hic habere oculos, & illic non: sicut habere hic albedinem, & illic non, sed tunc non es

D set dicendum, quòd est simpliciter cæcus, postquàm est uidens: sed cum addito, quòd non est Romę uidens. Nec posset hic esse infirmus, & Romæ sanus nã infirmitas dicit disproportionem humorum. Neque à fortiori hic mori, & illic non. ¶ Sed ait Sophista, quid si inde ueniret in Hispaniam, & hinc perge ret Romã per eandẽ lineam. Vtrùm in puncto ubi sibi esset obuius, impediretur motus, sicut si duo homines inuicẽ occurrerent. Respondetur manifestum esse quòd nulla esset obuiatio, nec impedimentum motus, cum non sint duę res: sed esset tunc Petrus in uno tãtùm loco. Hæc autẽ ludicra sunt & neinæ.

E

Tex. lxxj. Similiter autem & uacuum aut plenum &c.

Quæstio Tertia.

VTRVM SI QVID MOueretur per vacuum, moueretur in instanti.

VARIETIO hæc, quia conditionalis est, uidetur innuere non esse possibile uacuũ. A parte ergo affirmatiua illius, quod supponitur, arguitur. Si uacuum non esset possibile, nihil ad phyficum attineret de uacuo disputare: cõtrarium autem affirmat Aristo. tex. 50. ergo uacuum est possibile.

F ¶ Secundò arguitur. Vacuum est locus non repletus corpore, ut habetur in eius diffinitione tex. 60. ergo uacuum est, à propositione de, est, tertio adiacẽte, ad propositionem, de, est, secundo.

¶ Tertio ad idem principaliter arguitur. Si uacuum non esset aut motus localis non esset possibilis, aut esset penetratio dimensionum, aut re una mota, cuncta mouerentur usque ad cœlum, vt Xuthus philosophus tex. 79. dicebat. Hæc autem absurda sunt: ergo uacuum est possibile. Quòd si respondeas eum

Arist.

A Arist.tex.62.84 motum localem fieri per hoc, quòd partes aeris uel aquæ, per quas res mouetur, aliæ condensantur, & aliæ rarefiunt, est profecto magnum argumentum, quando maxima uentorum copia commouetur, quòd non possit esse tanta aeris condensatio, ut huiusmodi uentis locum relinquat: idem est, quando est maxima copia nubium & pluuiarũ. ¶ Et cõfirmatur. Sine uacuo non est possibilis rarefactio aut condensatio: ergo. Probatur antecedens. In rarefactione nulla est materiæ acquisitio: est tamen acquisitio maioris dimẽsionis per hoc, q̃ partes abinuicem distantius separantur: & eadẽ ra
B tione in condensatione nihil deperditur materiæ, sed partes eiusdem materiæ propinquiores sibi fiunt, ut ex Arist. hic tex.84. manifestum est: q̃ autẽ partes eiusdem corporis magis minusuè elongentur sine alicuius materiæ acquisitione, uel amissione, uix est intelligibile, nisi in rarefactione uacuitates aliquę restent inter partes: quæ postea in condensationem replentur (ut leuitas in raro, & grauitas in denso testari videntur) ergo uacuum est ponendum. ¶ Quartò principaliter arguitur Si uacuum rerum naturę repugnaret, sequeretur, quòd nec per potentiam Dei supernaturalem posset dari uacuum: con
C sequens est falsum, quia nullam id implicat contradictionem, ergo & antecedens. ¶ Quintò principaliter directe à parte affirmatiua quæstionis arguitur. Dato uacuo mobile per ipsum moueretur sine aliqua resistentia: ergo moueretur in instanti: consequẽtia est nota, quia propterea Deus potest, quicquid uellet in instanti agere, quia agit sine resistentia: & antecedens uidetur esse de intentione Arist.tex.71. & infra immò & conclusionem huius argumenti uidetur illic ipse ex professo probare, ut in commentis latè id exposuimus. ¶ In contrarium autem est, quòd Arist.textu præsenti 71. negat uacuum: & illo admisso uidetur repugnare naturæ rei quantæ, ut in instanti moueatur. D

¶ Dvos facimus quæstionis huius articulos. In primo iuxta ordinẽ textus sex cõclusionibus explicamus, quidnã sit uacuũ, & an sit impossibile. In secundo respondetur ad titulũ quæstionis.

¶ Circa primũ articulum prima cõclu 1. Cõclus.
sio est in tex.50. Ad physicũ pertinet de uacuo differere. Probatur quia cum uacuũ à loco sola ratione differat, eædem opiniones, quæ uersantur de loco, uersantẽ de uacuo: & eisdẽ rationibus, quibus antiqui persuadebãt sibi dimensiones separatas esse locũ. s. ratione motus persuadebant illas q̃que esse uacuum: nempe ut mobile sine penetratione cũ alio corpore se in illas reciperet: & eisE dẽ rationibus, quibus reprobatur unũ, reprobatur & aliud: vt in processu Arist. præsertim tex.65. apparet. Vnde ad pri- Ad primum principale negatur consequẽtia: mum.
non enim physicus disputat de uacuo tanquàm de re possibili: sed quia cõtrariorum eadem est disciplina, & uacuũ opponit quodãmodo loco priuatiuè, eiusdem philosophię est tractare de loco & uacuo, an sit possibile: & quid illo dato contingeret. ¶ Secunda conclu 2. Cõclus.
sio est in tex.57. Vacuũ neutro istorũ modorũ benè diffiniebant antiqui. Vacuũ est locus, ubi nihil est. Aut uacuũ est locus, ubi non est corpus graue, aut leue. Antiqui.n. nihil de spiritualibus F
subtilãtiis cognoscentes pro eodẽ ducebant, alicubi nul'ũ esse corpus, & esse nihil & cùm uacuũ est locus, ubi nõ est corpus, inferebãt esse ét locũ, ubi nihil est. Et rursus nullũ cognoscẽtes corpus nisi tãgibile, quod est graue aut leue, dicebant uacuũ esse, ubicunq; nõ est corpus graue, aut leue. Ambæ aũt diffinitiones per extremũ peccãt. Si.n. spatiũ hoc totum infra concauum lunæ nihil aliud haberet, quàm angelos, esset profecto uacuũ, quia angelus non occupat locum, & tamen diffinitio prima non conueniret, quia uacuum tunc esset locus, intra quem est aliquid. Rursus si esset locus (ut elicitur ex Phi. tex.58.)

repletus

A repletus corpore cœlesti, aut alio corpore physico, quod non esset graue aut leue, conueniret illi secunda diffinitio, & tamen nō esset uacuum: cœlum enim neque est graue, neque leue, nec tangibile, cùm nō habeat qualitates primas, nec secundas: neque enim est calidum, neque coloratum: sed solùm lucidum. Et quamuis sit quodammodo densum & rarum, nam astrū densius est suo modo, quàm reliqua pars orbis, tamē quia illa densitas non consurgit ex quatuor primis qualitatibus, non est tangibile: licet impediret, ne aliud corpus per se transiret, sed de hoc aliàs.

3. Cōclus. Diffinitio uacui. ¶ Tertia conclusio, quæ sequitur ex secunda in tex. 94. est diffinitio uacui. Vacuum (si sit) est locus non repletus corB pore, Neoterici adiiciunt, aptus natus repleri. Sed superuacanea ē huiusmodi particula: in hoc enim, quod dicitur locus, includitur, quòd sit aptus repleri corpore, aliàs non esset locus: & propterea statim subdit Phi. punctum non esse uacuum, ex eò enim punctum non potest repleri corpore, quia non est locus, scilicet terminus continentis, sed est indiuisibile continuatiuū partium eius. ¶ Vnde ad secundum argumentū negatur consequentia: ubi enim diffinitio prædicatur de diffinito, consequentia non ualet à propositione de, est, tertio, ad propositionem de, est, secundo C adiacente: nō enim sequitur, homo est animal rationale: ergo homo est: chimera est compositum ex impossibilibus: ergo chimera est: licet non sit utrobique ratio eadem: nam ubi diffinitio dicit veram quidditatem, facit suppositionem naturalem: ut non dicat existentiam subiecti, sed connexionem tantum prædicati cum subiecto. vt lib. 2. Summularū opinabamur: & ideo tales propositiones sunt perpetuæ ueritatis. Vbi autem diffinitio non dicit ueram quidditatē, ly, est, accipitur loco de ly, significat, vt tantum ualeat, uacuum est locus, &c. ac si dicas, natura uacui exprimitur & circunscribitur, ut locus, &c. Est enim

Ad 2 pri.

diffinitio quid nominis: obidq; Aristo. conditionaliter dixit uacuū (si sit) &c. D

4. Cōclus. ¶ Quarta conclusio tex. 51. est huius tertiæ corollarium. Non erat ad rem impugnatio Anaxagoræ, qua reprobabat uacuū probando, quòd aer est aliquid: atque adeo ubi est aer non esse uacuū: hæc enim ratio solùm militat aduersus eos, qui aerem propter suam subtilitatem nihil esse existimabāt. Idcirco qui impugnaturus est uacuum, debet uniuersaliter probare, nullum esse locum, ubi non sit aliquod corpus physicum. Hæc omnia in commentis satis habentur exposita.

5. Cōclus. ¶ Qvinta conclusio est in tex. 86. (non enim necesse est ordinem ad unguem textus obseruare.) Non est possibile uacuū, aut separatum, aut simpliciter, aut in raro. Ad cuius intelligentiā considerandum est, quòd vt de loco, ita & de uacuo sunt uariæ opiniones ob id, quòd tripliciter potest imaginari uacuum. Vno modo simpliciter, tenendo locum esse ultimum terminum continentis: uidelicet, quòd intra concauitatem alicuius loci nihil sit prorsus corporale: neq; corpus physicum (qualia in rei ueritate sunt omnia corpora) neque dimensiones quantitatis separatæ à subiecto: sed esset, quemadmodū erat ante creationem mundi: uel nūc est extra cœlum. Et isto modo nunc doctores E F disputant de uacuo. Conijcio tamē ex Aristo. nullum antiquorum ita posuisse uacuum intra uniuersum. Tametsi aliquæ eius rationes militēt aduersus hoc quoque genus uacui. Secundo modo potest intelligi esse uacuum, ut sint dimensiones quædam de genere quantitatis separatæ à subiecto: vt fides catholica ponit quantitatem in sanctissimo Sacramento: præterquàm quòd non essent capaces alicuius coloris, aut cuiuscunque physici accidentis: neque haberent aliquam prorsus resistentiam. Sed dicebant illi, corpora physica penetratiuè moueri per illas: sicut corpora gloriosa mouebuntur per cœlum. Et has

dicebant

A dicebant esse locum, ut supra iam explicuimus, quæ cùm haberent in se penetrativè corpus physicum, erãt locus plenus, cùm autem omni corpore carerent, erant uacuum. Quod proinde appelabant uacuum separatum, id est, abstractum à corpore & extra corpora. Sumentes ad hoc argumentum ex motu locali: ut in commento 53. explicuimus. Hinc fit in quacunq; opinione locum & uacuum sola ratione differre. Tertio modo Democritus & eius sequaces ponebant uacuum in poris intrinsecis corporum: puta dimensiones illas separatas abſq; corpore physico: ut quanto plus illarum esset uacuitatẽ,
B corpus esset rarius & quantò minus esset densius: ut in commento 80. & 86. dictum est. Contra quos tresmodos ponit Aristo. uniuersalem conclusionem negatiuam. Et quidem quòd non sit uacuum separatum, probauit per totum caput octauum rationibus undecim: nẽpe octo sumptis ex motu locali absolutè: & tribus sumptis ex uelocitate motus, quæ in uacuo debet esse infinita. Primò enim eò omnes tendunt, q̃ si entia naturalia nõ mouerentur ad locum certum & destinatũ, qui esset terminus continentis, quo suapte natura res conseruarentur, sed mouerẽtur per uacuum & ad uacuum (siue uacuum acciperetur simpliciter siue pro illis separatis dimensionibus) non potiùs leuia
C mouerẽtur sursum, & grauia deorsum, quàm è conuerso: immò nec esset aliqua necessitas motuum naturaliũ: sed essent quidem omnia immobilia: & per consequens neque essent motus uiolẽti, quia non esset aer pellens, aut deferens rem proiectam. Permolestum esset huc rursus rationes accersere, quæ in commentis sunt copiosè tractatæ. Aliàs uerò tangentes uelocitatem motus in uacuo articulo sequenti examinabimus. His adiecit tres alias rationes cap. 9. Prima sumitur ab experiẽtia, qua uidemus, quando corpus immergitur aquæ, tantundem aquæ effundi: quod non contigeret, si lapis ille in uacuum se conferet. Secunda probat dimensiones illas separatas esse impossibiles. Cũcta plana sunt in commentis. ¶ At uerò modus ille ponendi uacuum separatũ manifestissimè est falsus. Primò, quia ponit naturaliter accidentia, putà quãtitatem & dimensiones illas esse à subiecto separatas quod Christiani in sacramento altaris pro miraculo præclarissimo habemus. ¶ Itẽ quia esto essent separatæ, non aliter repugnaret simul cum illis se posse corpus physicum penetrare, quàm si essent in subiecto: ut optimè arguit Philosop. tex. 76. Adeo enim naturaliter repugnat simul cũ speciebus altaris esse aliud corpus, ac si illic esset panis. Quapropter de huiusmodi uacuo nullum amplius uerbum.

B

E

Vndecim rationes probãtes non dari uacuum.

¶ Quod autẽ non detur uacuum simpliciter præter argumenta Aris. sunt & à posteriori experiẽtiæ plurimæ: & ratio optima, Est imprimis experiẽtia de clepsydra aqua plena, quæ oppleto superiori orificio nihil aquæ deorsum demittit ne detur uacuum: tametsi quando est semiplena, nonnihil emittit, propterea quòd aer (cùm fit facillimæ rarefactionis) rarefit in parte superiori. Est item experientia de follibus, quorum si obstructum fuerit foramen, ne aer ingrediatur, nulla ui potest alterum latus ab
D altero dimoueri, antequàm rũpantur, nam si dimouerentur, daretur intus uacuum. Quòd si eorum augustum os orificio paruo alicuius uasis uitrei aut lutei iustissimè apponas, taliter, ut nouus aer intrare non possit, poteris latera follis non amplius separare, quàm fuerit rarefactio aeris illius uasis, deinde nãque rumpetur potiùs uas, quàm ampliùs separentur. Sunt etiam manifestæ experientiæ in fistulis: per quas sursum attracto aere aqua velocissimè ascẽdit præter eius particularem appetitũ propter appetitum uniuersalem replẽdi uacuum, ne uniuersi harmonia dissoluatur. Quo experimento artes inuẽtæ sunt, & machinæ ad altius sublenãdum

Quod nõ detur uacuum simpliciter.

A dum aquam, quàm ſit eius locus natiui
taris. Et pari ratione ſi terra defoderetur uſque ad centrum, aer deſcenderet ad replendum uacuum. ¶ Sed à priori ratio ſumitur ab Ariſt. in principio Metheororum, ubi ait neceſſe eſſe mundũ inferiorem contiguum eſſe lationibus ſuperioribus, vt eius uirtus inde gubernetur. Inſinuans naturam rerum eſſe, ut agens corporeum non agat niſi per contractum, & quia Deus & natura nihil agunt fruſtra, ſed omnia propter aliquem finem, ordo naturalis rerum expoſcit, ut nihil ſit uacuum: ſed quèadmodum membra unius corporis omnia inclinantur ad conſeruationem totius, ita ſingulis partibus uniuerſi, quæ
B ſunt ſub cœlo, datus eſt uniuerſalis appetitus, ut ſtatim ſuccurrant, ne detur
Ad 3. uacuum. ¶ Vnde ad tertium principale benè reſponſum eſt. Ad replicam uerò reſpondetur, quòd quantacunq; ſit uétorum copia nubium uè, uel aliarũ exhalationum, aut vaporum, eſt nihilominus tanto maior regio aeris: ut ſine ſui corruptione poſſit adeo condenſari, ut locũ huiuſmodi corporibus relinquat. Quibus ceſſantibus rurſum rarefit.

¶ Ad confirmationem nõ intendimus hic exactè reſpondere. Nam licet Ariſt. tex. hic. 84. latiùs, quàm alibi unquàm naturam rarefactionis & condenſatio-
C nis attigerit, tamen ad omnes motus, ſcilicet generationis, alterationis, augmentationis, & rarefactionis lucidius ſimul primo de generatione tractemus illuc uſque ab his ſuperſedendum duximus. Interim tamen negatur, quòd non poſſit fieri rarefactio, aut condenſatio ſine acquiſitione materiæ & ſine uacuo. Poteſt enim cera calefactione, aut coriũ extenſione rarefieri per hoc ſolum, quòd quantitas ampliùs extendatur, vt loco citato expoſitũ facimus.

¶ At uerò contra concluſionem hanc reſtant argumenta parua. Primũ. Extra cœlum eſt uacuum: ergo nihil repugnat eſſe intra. ¶ Secundò, ſi uas plenum ad ſummũ aqua calida rariſſima, bitumine optimè concluſo ore, ponatur in media hyeme ſub dio, aqua illa, manifeſtum eſt, congelabitur ad minorem locum: & per conſequens relinquet ſuperuacuum. cùm non ſit via, qua poſſet ſe aer colare. ¶ Tertio datis duabus laris tabulis adeo ad iuſtum planis, ut altera alteri ſuperpoſita ſeſe ſecundum totam ſuperficiem tangerent, & per anſam quæ ſuperiori eſſet in medio fixa quis eleuaret illam æqualiter, tunc daretur uacuum: nam non poſſet tantus aer in inſtanti ſuccurrere ad ſupplendum totum illud ſpatium: ergo. ¶ Ad primum negatur conſequentia, ut patet ratione ſuprapoſita: nã extra cœlum nulla eſt res naturalis: nec poteſt eſſe actio: quare nihil repugnat nihil illic eſſe. Immò ſi uerum eſt, quòd Deus non poteſt producere infinitum, neceſſariò ſequitur, ut detur locus imaginarius, in quo nihil ſit. Nihil inquam, quia ut ſcitè ait S. Tho. 3. p. q. 87. art. 4. illud nihil extra cœlum non dicitur propriè uacuum, quia conuexa illa ſuperficies non eſt apta aliquid ſupra ſe continere: & ideo nec propriè eſt locus, atque adeo nec illic propriè eſt uacuum. Extra cœlũ non eſt uacuum.

¶ Ad ſecundum reſpondetur, quòd illo caſu poſito neceſſe eſt dicere, quòd illa aqua quantuncunque frigefiat, non poterit condenſari, niſi forte uapores aliqui exhalentur ab illa, qui repleant re-
F liquum locum: tantum tamen poteſt gelu frigere, ut uas frangatur ad condẽ ſationem aquæ. ¶ Quòd ſi preſſiùs urgeas. Detur. v.g. uas ferreum perfectè ſphæricum uniformiſſimum undique groſſitie & robore: ſiue naturaliter id poſſet fieri, ſiue ſupernaturaliter: nullũ habens orificium, plenum tamen aqua, quam circunſtans frigus poſſit congelare. Quæritur enim tunc, qua parte rumpetur, ne detur uacuum. Reſpondetur quàtum ego exiſtimo, quòd cum aqua ſit grauis, congelabitur in parte inferiori uerſus terram: obidque rumpetur in puncto ſuperiori ne detur illic uacuũ. ¶ Sed quid ſi Deus ſupranaturaliter annihilet

A nihilet illam aquam: qua parte rumpetur. Respondetur imprimis, quòd in quamlibet suam partem nec Deus potest diuidere. Neq; recurrendum est ad constellationem cęlestẽ. Tum quia nulla est in illo casu, quæ antea non fuerat: tum quia cœlum non agit se solo, nisi per causas secundas: nisi forte dixeris, quòd rumpetur in punctu propinquioris soli, qui uehementer agit in ista inferiora, aut quòd diuidetur in minimas partes secundum illam dimensionem, quæ est à conuexa ad concauam superficiem, ut intret aer. ¶ Quòd si adhuc Sophista pergit molestus esse, cur potius diuiditur per has lineas, quàm per
B alias, ut diuisio esset in hæc numero minima potiùs, quàm in alia. Respõdetur recurrendum esse ad principium indiuiduationis: nempe quòd in hoc numero tempore & loco & ad introitum huius numeri aeris, necesse est, ut fieret hæc numero diuisio.

¶ Simili enim modo forte ponendum est, si daretur uitrum planissimum & uniforme, supra quod caderet ferrũ itidem planissimum & uniforme, quod tangeret ferrum secundùm omnem superficiem. Existimo namque, quòd diuidetur in minimas partes has quidem numero propter hanc numero applicationẽ. Et forsan nõ esset necesse, ꝙ fieret
C diuisio i minimas simpliciter, quæ per se possunt esse. Tametsi neq; id esset inconueniens concedere: nam casus ille non est naturalis, quia naturaliter non possunt dari res tam uniformes, nec tã æqualiter applicate. ¶ Ad tertium quispiam forsan responderet non admittẽdo casum, uidelicet quòd tabulæ illæ duæ essent adeo contiguæ, ut nullus interesset medius aer: propterea ꝙ Arist. 2. de anima text. 113. dicit, quòd duo corpora mixta in aqua uel aere, nõ possunt esse immediata & contigua, quin mediea aqua uel aer. Cuius testimoniũ est, quòd si digitos, quantumuis cõpressos in aquam merseris, experieris aquã colari inter illos. At uerò existimo Aristo. solùm illic intelligere, quòd natura
D liter non potest fieri tanta copulatio corporũ, quin aqua mediet: nihilominus nulla est repugnantia, quin Deus id possit facere. ¶ Idcirco admisso casu respondet Pau. Vene. ꝙ si tabula illa incipit eleuari per ultimum non esse immediatè post illud, aer subitò motus replebit totum spatium. Id tamen salua authoritate grauissimi doctoris credere neutiquàm possum, aliàs naturaliter daretur motus subitus aeris per magnũ spatium: quod repugnat naturę rerum, ut articulo secũdo uidebimus. Et ideo crediderim, quòd naturaliter non posset tabula superior dimoueri ab inferiori, si ęqualiter undiq; eleuaretur: sed
E superior traheret sibi affixam inferiorem, quemadmodum aerem attractum à fistula sequitur sursum aqua. Et huius testimonium est, quod si quadratũ corpus planissimum superponas aquæ, nõ poteris uniformissimè eleuare sine aliquali uiolentia: & adhuc tunc parũper eleuatur aqua usq; dum inter aer. Si verò ex una parte incipias eleuare, nulla est difficultas: quia tunc celerrimè penetrat uelocissimus aer.

¶ Conclvsionivs his Arist. aggregat sexta. Nihil repugnat per potentiã supernaturalẽ Dei esse uacuũ, siue simpliciter, siue accipiendo uacuũ pro illis dimensionibus separatis. Primũ. n. manifestũ est: nã sicut pro sua uo
F luntate & altissimo iudicio creauit mũdũ in hac parte, ꝙ ę ante erat uacua, potuit creare cœlos tantùm, ita ut nihil crearet intus: & eadẽ ratione põt aquã delij annihilare impediendo motũ aeris ad replendum uacuũ. Res, credo, est manifesta magis, quàm ut testimonijs indigeat. Et ꝙ possit crea re dimẽsiones separatas sine subiecto, manifestũ est; ut in sacramento altaris: quas si modò seruaret sine aliquo calore, aut accidẽte physico, illæ essent uacuũ ad modũ antiquorũ. Vnde ad quartũ principale argumentum negatur consequentia: non enim ita repugnat uacuum. Ad quartum

A naturæ,vt implicet contradictionem esse uacuum, sicut repugnat, hominem esse irrationalem: sed ad hunc sensum, quòd si res relinquantur suis naturis, nullatenus permittent uacuum. Secus si supernaturaliter Deo aliter fuerit placitum. Quod Aristo. minime nouerat. ¶ Sed tunc profecto nonnulla est difficultas dato uacuo in toto concauo lunæ, & nullo alio posito miraculo: utrũ latera cœli concurrerent inuicem ad replendum uacuum: sicut aqua ascenderet. Rursus, si daretur uacuum in ambabus regionibus aeris & ignis, utrum elementum aquæ rarefieret ad tantam quantitatem, ut totum repleret. ¶ Ad
B primum respondetur, quòd nullo alio miraculo posito, quàm uacuo in concauo lunæ, cœli nullo modo moueren tur ad replendum illud: quia suapte natura sunt incorruptibiles, & tamen moueri non possent tunc sine rarefactione nè relinquerent uacuũ locum suũ. Quod esset miraculum maius, quàm illud de uacuo.

¶ Hæc est idem de aqua: quæ cum ipsa sit mobilis & rarefactibilis, minus repugnat naturæ, ut ascendat ipsa, quàm ut detur uacuum. ¶ Obidque ad dubium secundum respondetur, quòd illo casu aqua & terra rarefient, usq; ad summã rariratem sub quibus possunt conser-
C uari, ut repleant quàm maximum possunt locum. Non tamen (ut arbitror) aedo rarefient quousque corrumpantur: nam si corrumperentur, plus uacui maneret. Nisi dicas, quòd conuertentur in rarissimum ignem, qui poterit maiorem locum replere. Sed profecto propter uacuum non est admittendum, quòd unum totum elementum corrũpatur. Maximè quia per solam rarefactionem sine aliqua alteratione & inflammatione non uidetur quomodo terra conuertatur in ignem: immò neque in aerem.

cu.2. ¶ In articulo secundo examinanda est uulgarissima illa sententia, quæ circunfertur tanquàm Aristo. quàm elic putant ex c.8. à tex.71. & infrà: nempe D
quòd admisso supranaturaliter uacuo simpliciter, ubi nullũ esset corpus resistens, si aliquid moueretur per illud moueretur in instanti: & pars affirmati ua uidetur nonnullis esse expressa més Aristot. Ait enim, quòd qualis est proportio inter grossitiem & resistentiam unius medij ad grossitiem & resistentiã alterius æqualis longitudinis, talis est proportio temporis quo. a. mobile per transibit unum spatium ad tempus, quo idem mobile pertransibit alterum. Et subdit, quòd cùm in uacuo nulla sit resistentia, id, quod mouetur per uacuum, exuperabit omnem proportionem ad id, quod mouetur per E
plenum: & per consequens in non tempore mouebitur. Quod item cõfirmat tex.72. quia data oppositio, scilicet ꝙ mobile per uacuum moueretur in certo tempore, sequitur unum impossibile, scilicet, quòd idem mobile poterit pertransire spatium plenum in tanto tempore, quanto pertransit uacuum: nam si tempus consumptum in uacuo est subduplum ad tempus consumptũ in. a. pleno spatio, poterit signari aliud spatium. b. in duplo subtilius ac minus resistens, quàm. a. quod idem mobile transibit in subduplo tempore, atque adeo in tanto, in quanto pertrãsiuit vacuum: ut in commentis latius expositũ F
est. ¶ Hinc Commen. eodem commento elicit regulam, quòd quãdo tota resistentia motus prouenit ab extrinseco (scilicet, ratione medij) motus fieret in instanti.

¶ At quia arguit Auempace & alij quandoque contingere successionem motus & retardationem, non solùm ex resistentia medij, sed aliunde: vt patet in motibus uiolentis proiectorum: & in motu primi mobilis, ubi non est resistentia medij, in motu animalium, quæ fatigantur. Respondet Commen. quòd rebitentia potest tribus de causis prouenire. Primò ex parte mobilis, nẽpe quia mobile in contrarium suapte

natura

A natura nititur: ut patet in motu uiolento, quando graue iacitur sursum. Secũdò etiam ex parte mobilis: nõ quidem contra nitentis, sed ratione situs cõtrarij, quem habet ad motum intentum à motore. Qua de causa primum mobile non mouetur in instanti ab intelligentia: non propter resistentiã medij (quæ nulla est) neq; quia cœlum contra nititur, immò inclinatur moueri, sicut mouetur: sed ratione situs, quia partem, quam modò habet in oriente, intendit intelligentia mouere ad occidentem: & propter continuitatem partium orbis non potest fieri in instanti.

Resistẽtia tripliciter.

Tertio modo potest prouenire ex parte solius medij, ut in motibus (inquit)
B corporum simplicium grauium & leuium. In illis (inquit) nulla est resistentia ex parte mobilis, nam forma grauis suapte natura inclinatur ad centrũ: ex parte uerò materiæ nulla est resistẽtia, quia de se nullam habet inclinationẽ: nisi ad recipiendum formam. In animatis uerò potest prouenire resistentia ex parte medij & ex parte corporis: quod propter grauitatem aliquo modo resistit mõtui progressiuo.

¶ Ait ergo, q uelocitas uel tarditas motus debet attendi penes excessum virtutis motiuæ supra resistentiam: considerando, tanquàm unam resistentiam, to-
C tum aggregatum ex resistentia medij & resistentia mobilis, si aliqua sit. Et hinc sequitur, q in motibus uiolentis proiectorum & in motibus animalium, & in motu cœli secluſa resistentia medij, nõ fieret adhuc motus in instanti per uacuũ: in motibus uerò naturalibus grauium & leuium motus fieret in instanti per uacuum, quia nulla est resistẽtia mobilis. Obiq; Arist. (inquit) non loquebatur uniuersaliter, q quicquid moueretur per uacuum, moueretur in instanti: sed uel ex suppositione, si nulla esset resistentia intrinseca, uel particulariter in motibus naturalibus. Hanc opinionem tenet hic Paul. Venetus & Grego. in 2. dist. 6. q. 3. arti. 2. quem fe-
rè Nominales sequuntur S. Th. hic lec. 12. & in 4. d. 44. q. 2. art. 3. tenet contrarium: nempe quòd admisso uacuo nullum corpus, nec uiolenter, nec naturaliter moueretur in instãti. Et ut manifesta ab immanifestis seperemus, admisso uacuo hinc ad concauum usq; lunæ, & posito graui in concauo lunæ, si intelligatur moueri in instanti, ita ut in eodẽ numero instanti esset simul illic & hic, nemo sanæ mentis posset dicere, id posse fieri per motum: nam res in duobus simul locis distinctis esse non potest: nisi forte à Deo per miraculum simul poneretur in duobus locis. Item quia motus intelligi non potest, quin aliquo modo priùs sit in termino à quo, quàm
E in termino ad quem: nec prioritas naturæ in eodem instanti temporis sufficeret ad rationem motus. Authores ergo huius opiniones dicere tenentur, quòd talis motus fiet subitò: videlicet, q si graue illud dimittatur per primũ non esse tentionis, itaque nunc nõ tenetur sursum & immediatè ante hoc tenebatur, tũc illud primum non esse, erit primum esse in termino ad quem: ita ut nũc sit in terra, & immediatè ante hoc erat in concauo lunæ: si uerò dimittatur per ultimum esse tentionis, illud erit ultimũ esse in termino à quo: itaq; nunc est in concauo lunæ, & im-
F mediatè post hoc erit in terra. Sequemur secundum modum, qui minus habet difficultis. ¶ Contra quem tũ sic arguitur. Imprimis non ponunt iam motum in instanti: sed in tẽpore. Ar q etiã hoc sit impossibile, arguitur ratione, quæ elicitur ex S. Tho. Illud graue necesse est, ut habeat extẽsam quantitatẽ: sit. v g. tripedale. Arguitur sic. Pedalitas suprema non potest uenire ad locum, in quo ẽ infinita, quin priùs sit in loco, in quo est media: illud autẽ priùs & posteriùs nõ potest fieri ita subito. ergo. Maior est manifesta: nam corpus, quod commensuratur loco, non intelligibile est, ut per motum ueniat de extremo ad extremum, nisi per medium: immò

D

A oppositum implicat contradictionem. Poterit enim Deus, id, quod est in cęlo, ponere in terra, sine hoc, ꝙ ponat ī medio, & ponere simul in omnibus locis medijs: sed ꝙ hoc faciat per motum est implicatio: quia motus corporis dicit transitum per medium. Obidq; angelus, qui cum sit incorporalis, non depẽdet à loco; potest quidem forte moueri de cœlo ad terram, non per mediũ. At uerò corpus ratione situs partium nõ intelligibile est, ut possit mutare situm partium, aut mutare locũ, nisi per medium. Minor autem scilicet quòd id non possit fieri subitò, patet: nam fimus in illo instanti, quod est ultimum esse in cęlo. Arguitur sic. Immediatè
B post hoc lapis hic erit in terra, & erit in medio, immò in infinitis punctis medijs: ergo non priùs erit in medio, quàm in terra, immò simul erit in omnibus locis. Scio istos negare consequentiã: nam dicunt, ꝙ quemadmodũ immediatè post hoc erit instans. sed nihilominus ante quodlibet instans erit aliud instans: ita dicunt, ꝙ immediatè post hoc erit ī terra, & nihilominus ante illud fuit in medio: & quocunq; puncto ad imaginationẽ signato in medio immediatè post hoc erit in illo, & nihilominus ante illud erit in propinquiori. At re uera solutionẽ hanc nunquàm mihi potui persuadere: ut lib. 3. quæst.
C ultima dicebamus: nam de instantibus aliud est, cùm tẽpus uersus instans præsens non habeat ultimam partem proportionalem, sed quacúq; data alia est minor propinquior: illic autem sunt æqualia spatia, quę pertranseũtur, ut tres pedales tres æquales, immò quàm pluri mæ usq; ad terram: quare non intelligibile est, ꝙ immediatè post hoc erit, in postremo puncto & mediis, quominus simul sit in omnibus, nec priùs in uno quàm in alio. Cauillari cõtendunt aliqui argumentum, per hoc ꝙ nullum in rei ueritate est medium, cum sit uacuũ. hoc tamen ridiculũ est: nam quamuis non sit mediũ resistens, est tñ distantia: fingatur. n. colũna erecta in uacuo, clarum est, ꝙ altitudo eius distat à profunditate: descendat ergo lapis contiguè per illam: & quæritur tunc, utrũ priùs medium, quàm extremum, & perstabit integrum argumentum. ¶ Secundò manifestissimè arguitur de motu cœli. Cęlum mouetur absq; aliqua resistẽtia, & tamẽ mouetur successiuè: ergo. Nec satisfacit responsio, ꝙ mouetur secũdùm uoluntatem intelligentiæ motricis: nã intelligentia mouet cęlũ summa uelocitate: qua suapte natura é mobile, nec uelociùs posset aut tardius mouere. Nihil ergo est i causa successionis motus, nisi situs diuersarum partium in diuersis locis ueris, vel imaginariis: & per cõ
E sequens eadem erit ratio successionis in descẽsu grauis. ¶ Et tertiò arguitur. Si mobile per uacuũ subitò descenderet, sequeretur, ꝙ eodem modo posset descendere & iterum ascendere. Detur ergo. v. g. spatium uacuũ decem pedũ inter tectum & pauimentum ãlicuius aulæ, & dimittatur pila taliter, ut repercussa à pauimento iterum ascẽdat, aut per uiolentiam, aut Deo id faciente, ut isti admittunt. Tunc arguitur sic: Nunc pila est in tecto, & immediatè post hoc erit in tecto (nam quocunq; instãti dato post hoc ante illud tetigit pauimentum, & repercussa est) ergo quiescit:
F nam quiescere nihil aliud est, quàm esse nunc in loco, in quo erit immediatè post hoc, & fuit immediatè ante: & per consequens non mouetur. Immò isti debent concedere, quòd immediatè post hoc poterit Deus facere, quod lapis ille faciet infinitos ascensus & descensus, quod non est intelligibile. ¶ Et postremò arguitur. Si Deus daret modò inclinationem uniuerso orbi, ut moueretur motu recto (uel impelleret ipsum) immediatè post hoc transiret infinitum spatiũ imaginarium, immò infinities infinitum: quod non est intelle ctu possibile. Re uera fateor, quòd quãuis Arist. & omnes Philosophi mihi iurassent, ꝙ aliquod corpus posset trans-

D

fire

A fire subito aliquod spatium, capere mẽ te non possem. Nam militat etiam hic argumentum illud, quod fecimus de infinito. Posset enim tunc eadem ratione subitò moueri lapis circulariter in uacuo vt rota molendini. Quod implicat contradictionem: nam tunc sequitur, quòd quælibet pars erit immediate post hoc, in eodem situ, & loco, in quo est modò, quia quælibet erit reuersa ad suum locum: & per consequens rota quiescit: nam quiescere est quòd partes immediatè antehac & immediate post erunt in loco, ubi modò sunt. Item sequitur, quòd immediatè post hoc faceret infinitas circulationes,
B quodcerte intelligibile est à Deo posse fieri.

¶ Igitvr ad argumenta contrariæ opinionis, quæ omnia nituntur auctoritati Arist. vno eodem uerbo respondetur: nempe q̃ Arist. non arguit ostẽsiuè ut ex professo probet mobile in uacuo moueri in instãti: sed ex positione si nulla esset repugnãtia ex parte mobilis. Et ne hæc solutio, quæ vulgaris est, censeatur uoluntaria, nota, quòd antiqui ponebant uacuum, ne plenum resisteret motui naturali, & ideo uidebantur
C insinuare, quòd ex parte mobilis nulla erat prorsus resistentia in motu: & ira arguit ad hominem Aristo. quòd tunc motus fieret in non tempore. At quòd Aristo. id non concessisset, patet, quia uidebat cælum absque ulla prorsus resistentia moueri successiuè. Et præterea quia aliàs deberet concedere successionem motuum grauium & leuium esse uiolentam: nam esset tota à principio extrinseco passo non conferente inclinationem ad illam. Fateor tamen hanc non tam significanter appellari resistẽtiam, quàm repugnantiam ex parte extensionis quantitatis, ne possit corpus moueri de extremo ad extremum, nisi priùs fuerit in medio.

¶ Eodem modo soluitur secundum argumentum, quod illi faciũt: uidelicet, quòd tunc sequeretur mobile in pleno eodem tempore posse moueri quo per
D tantundem spatium uacuum moueretur, vt Aristo infert textu 72. Concedimus enim conclusionem. Nam si aliquod remisse graue, ut lana, descendat per decupedale uacuum in hora, & detur. v. g quòd eadem lana per tantundẽ spatium plenum aere descendat in decem horis: poterit dari plumbum in decuplo maioris uelocitatis ad descendẽdum, potestq; medium esse multò subtilius aere: ita ut, tam ex parte uirtutis motricis, quàm ex parte subtilitatis medij in decuplo uelocius, quàm lana descendet per aerem: atque adeo in tanto adæquato tempore, in quanto lana descendit per uacuum. Nec Arist. hoc habuit pro inconuenienti: nisi admissa ea
E dem suppositione, uidelicet quòd ab intrinseco nulla esset resistentia, aut repugnantia motus instantanei.

¶ Tertium argumentum Grego. & aliorum est. Si mobile per uacuum moueretur in tempore, sequitur, quòd in eodem penitus tempore descendet ferrũ grauissimum & leuis spongia. Probatur: nam utrunq; descendet summa uelocitate possibili. Etenim postquàm nulla est resistentia in medio, non potest designari causa penes quam attẽdatur uelocitas motus in uacuo. ¶ Respondetur, quòd licet extensio quantitatis sit
F in genere ratio successionis motus, nec esse est tamen dicere quòd ratio tantæ aut tantæ uelocitatis debeat attendi penes uirtutem motiuã: nam, ut ait Phi. text. 71. & ex parte resistentiæ & ex parte uirtutis attenditur uelocitas. Vnde hæc elicienda est regula, quòd unicuique uirtuti motiuæ naturali correspõdet certa uelocitas & tarditas: quæ potest crescere ex resistentia medij: qua sectusa mouebitur in uacuo ea uelocitate, quę correspondet suę uirtuti. Obidque uelocius descendet id, quòd grauius est. Regula uelocitatis motus. ¶ Quod si arguas solutionem hanc aperte pugnare contra Aristotel. text. 74. ubi eam expresse reprobat dicẽs. q̃ si maior uirtus motiua uelocius

A mouet, quàm minor, hoc est, quia facilius uincit resistétiam medij, & ideò ubi nulla fuerit resistentia medij, nihil causæ restat, cur maior uirtus uelocius moueat. Respondetur cum S. Thom. ibidem lectione. 12. quòd hoc intelligit Aristot. admissa eadem suppositione, quòd nulla sit resistentia aut repugnantia ex parte mobilis: quàm ipse non admitteret. ¶ Postremum argumentum, quod alicuius sit momenti, est. Alteratio incipit in instanti per ultimum non esse, itaque nunc non est calor in passo, & immediatè post hoc erit: ut lib. 1. q. 3. Disputabamus: ergo eadem ratione potest esse motus loca-
B lis instantaneus hoc modo, ut in hoc instanti mobile sit in hoc loco, & immediatè post hoc sit in alio distanti S. Thom. in 4. dist. 44. q. 2. arti. 3. respondet negando consequentiam: ait enim quòd quando motus est inter terminum priuatiuum & positiuum, nihil repugnat, ut in instanti fiat. Quod est dicere, nihil repugnat, quòd id, quod modò non est calidum immediatè post hoc sit calidum: sicuti è conuerso in generatione subest, quæ fit in instanti per primum esse, id, quod immediate ante hoc non fuit, modò est. Vbi autem est motus rei corporalis inter duo positiua extrema, id non potest con-
C tingere: non enim subiectum potest moueri à calido, ut unum ad calidum ut tria, aut augeri à pedalitate ad bipedalitatem illo modo subitò: & eadem ratione nec moueri localiter ab uno in alium locum. Hinc sequitur, quòd nec corpus glorioſum, ut illis ait Sanc. Thom. poterit in instanti moueri: quamuis ei medium non resistat: sed mouebitur in tempore breuissimo: atque adeo ferè imperceptibili secundũ uirtutem dotis agilitatis. Hoc tamen theologis relinquatur.

Tex. c. Est tempus numerus motus, &c. D

Quæstio Quarta.

VTRVM DIFFINITIO temporis rectè fuerit à Philosopho constituta.

PARTE negatiua arguitur. Tempus nihil est: ergo diffinitio supponit falsum. Probatur antecedens. Aut tempus est res altera distinctaque à motu, aut eadem res quæ est motus sola ratione distincta: non primum quia ut elicitur ex diffinitione, tempus non est nisi E
prius & posterius ipsius motus hæc autem nihil aliud sunt, quàm partes durationis motus: duratio uerò non ita distinguitur à re, ut sint duæ res: ergo. Si uero nó distinguũtur, ut duæ res, cùm, ut lib. 3. q. 2. arbitrabamur, neque motus distinguatur à mobili tanquàm res à re, sequitur primò, quòd mobile, motus, & tempus, una prorsus res sunt, ut significatur per hos trés terminos diuersis connotationibus & sic solùm est secundum differentia in connotationibus terminorum: quod est absurdum: nam tẽpus, ut ait S. Thom. 2. sent. d. 2. q. 1. artic. 2 est ens naturale, immò est quodammodo causa corruptionis rerum, ut ait F
hic Philosophus text. 117. & text. 128. Sequitur. 2. quòd illa prædicatio esset concedenda, cœlum est tempus: quod stultum ait esse Arist. text 94. & per cõsequens idem esset annus, & dies, & hora. Item motus esset tempus: quod Aristo. expresse negat tex. 98. ¶ Secundò principaliter arguitur. Tempus (si quid est) est quantitas continua, ut ait Arist. in prædicamentis. c. de quantitate: numerus uerò est quantitas discreta: ergo tempus non est numerus. Quòd si respondeas tempus esse numerũ ex opere intellectus distinguentis inter priùs & posteriùs tanquàm inter duo, ut uidetur Aristote. sentire tex. 131. tunc sequitur,

A quitur, quòd tempus sit ens rationis: consequens tamen est falsum. Nam secluso quocunque intellectu numerante, si cœlum moueretur, esset tempus, quo duraret, & per consequens mensurarentur res omnes corruptibiles.

¶ Tertiò principaliter arguitur. Si tempus est numerus motus secũdùm prius & posteriùs: aut intelligitur de numero solius motus cœlestis aut de numero prioris & posterioris illorum inferiorum. Secunda pars uidetur esse contra Arist. tex. 123. ubi ait omnes motus mensurari unico tempore, quod est in cœlo. Sed, quòd prima pars sit etiã falsa, arguitur sic. Illud est tẽpus, per quod

B metimur durationẽ aliquam aut actionem nostram: sed quocunq; motu locali uniformi metimur actiones nostras, quantùm durauerint, ut patet in horologiis & in motibus artis uel aquæ, quibus horas cognoscimus: ergo quicunque talis motus, aut saltem priùs & posteriùs illius est tempus.

¶ Quartò denique & postremo principaliter arguitur. Tempus est, nunc, unũ & idem fluens per totam successionem motus (quæ expressa est sententia Philosophi text. 104.) nunc autem idẽ est, quod indiuisibile instans, numerus uerò constat ex pluribus partibus: ergo cõtradictio est dicere, quòd tempus sit

C numerus. ¶ Et confirmatur argumentum, Temporis nihil est, nisi solùm indiuisibile nunc: quod quidem non est pars temporis, ut Philosophus ipse docet tex. 89. ergo nunquàm tempus est: & per consequens non est diffinibile.

¶ In contrarium ad partem affirmatiuã quæstionis est authoritas Aristot. textu præsenti. 101, ubi ponit diffinitionem temporis.

¶ Tempus (ait August. xj. confess. cap. 14.) quis facile breuiterq; explicauerit, unde si nemo ex me (inquit) quærat, scio: si quæreti explicare uelim, nescio. Bene id profecto, ac sapienter dictum est. Nihil enim familiarius ac notius, quàm q̃ tempus est: nihil tamen, quàm quid sit, explicatu difficilius. Arist. nam- D que 2. meta. tex. 1. duplici de causa difficultatem ait rerum cognoscendarum contingere. Nempe aut ex defectu potentiæ nostræ, ut solem maximè per se uisibilẽ ægre nos cernimus: aut ex parte rerum ipsarum: quæ, cùm sint minimæ entitatis, cognitu sũt difficiles: qua ratione secundas intẽtiones, atq; adeo res istas successiuas, ut motum & tempus, cùm manifestũ sit eas esse, uix quò ad quidditatem intelligere possumus. ¶ Hinc non solùm inter antiquos, quos Aristotelis commemorat, sed inter iuniores uariæ de tempore uersantur opiniones. Inter omnes tamen primùm omnium hoc conuenit, quòd tempus E fit mensura certissima durationis, motuũq; atque operationum corporaliũ rerum: atque adeo omnes fere semper consenserunt tempus esse in cœlo: eò quòd motu regulariss imo ac certissimo solis tempora distinguuntur: nempe dies & noctes, mensesq; & anni, unde inter alios usus, ad quos luminaria & sydera cœli creata sunt, is unus est, ut sint nobis ueluti horologium ac mensura uitæ nostræ, omniumque corporalium mutationum, quæ sunt in orbe. Et ideo Gene. 1. (ut 12. de ciuita. Dei. cap. 15. adnotauit August.) fit (inquit) luminaria in firmamento cœli, & diuidant diem ac noctem, & sint in signa & F tempora & dies & annos. ¶ Tres ergo Arist. recitat antiquorum opiniones de tẽpore, ut super text. 93. adnotauimus. Alij enim putabant tempus esse motũ cœli: alij sphæram ipsam cœlestem alij motũ quemcunq; particularem. Quarta uero opinio Arist. fuit, quòd tempus non est motus, sed aliquod accidẽs motus ut tex. 94. affirmat: uidelicet numerus & mensura prioris & posterioris in motu, ut tex. 101. concludit. Ex qua diffinitione duæ aliæ pullulant opiniones inter nominales atq; Reales: Nominales enim dicunt, quòd tẽpus non est res distincta à motu cœli: immò cùm nec motum distinguant à re mobili, tẽpus

A inquiunt esse ipsum primum mobile. Reales uerò contra, censent tempus esse accidens quoddam realiter distinctũ à motu cęli, ueluti albedo distinguitur ab albo. Inter has nos opiniones, ut in prædicamentis, de sex ultimis, & lib. 3. huius de motu diximus, intẽdimus medium ponere. Distinguimus autem articulos duos. In primo quinque conclusionibus exponimus diffinitionem temporis: & in altero, dissoluimus dubia tria inde emergentia.

1. Opinio de motu. ¶ Prima igitur opinio est, quam sentire videtur Occham. 2. sent. q. 12. ꝙ tempus est corpus ipsum primi mobilis. Non ait, quòd sit nisi motus eius: at,

B cùm motus secundùm eum non distinguatur à re mobili, colligitur, ut sit ipsum primum mobile. Et hanc opinionem plures Nominaliũ sequuntur. Gregorius uerò Ariminensis 2. sent. d. 2. q. 1. expressiùs ait, ꝙ non solum primum mobile, sed corpus quodcunque continue & regulariter motum, est tempus.

1. Cõclus. cœlum nõ est tẽpus. Aduersus hanc opinionẽ sit prima conclusio. Nullatenus (formaliter loquendo) aut primum, aut quoduis aliud corpus mobile est tempus. Conclusio hæc expresse est Aristote. hic tex. 94. ubi ait, quòd dicere sphęram esse tempus, stultius est quàm ut de eo impossibilia cõsideremus. ¶ Primum autem argumen-

C tum, quod illic insinuat est, quòd res aliter sunt in sphęra, & aliter in tempore. In sphęra enim sunt tanquàm in loco, sed in tempore sunt tanquàm in mensura durationis. Locus autem non est durationis mensura. ¶ Quis enim dicat locum meum, qui est mensura quantitatis meę, esse tempus, quo mensuratur uita mea? Itaq; sic colligimus argumentum. Locus & tempus sunt mensura rerum diuersarum: nam locus est mensura quantitatis permanentis, & tempus est mensura nõ motus: sed durationis, ut expresse ait Phi. tex. 119. ergo locus & tẽpus distinguuntur: sicut amphora, quæ est mẽsura liquidorũ: & ulna quæ est mensura continui. Sphera autẽ habet se, ut locus, & uas continens corpora permanentia: ergo non est tempus, quo eorum duratio mensuratur. ¶ Secundò, Corpus quod est subiectũ motus, est de prædicamento substantiæ, tempus uerò de prædicamento quantitatis: res autem diuersorum prædicamentorum, licet quandoque sint eadem res, tamen formaliter nunquàm de se affirmanti, ut in c. de quantitate copiosè monstrauimus.

D ¶ Item tertiò, Isti concedunt non solum, ꝙ eadem res sint dies, mensis & annus, sed formaliter, ꝙ hora est dies, & dies est mensis, & mensis est annus, propter diuersas connotationes, sicut sedens est dormiens. Hæc autem nec Phi-

E losophus profecto, nec de uulgo quisquam audire ferret. Nam sequitur tũc, quòd tanta est hora, quantus est dies, & dies quantus mensis: & quòd dies haberet 12. menses, dies esset annus: & sic qui ieiunaret unam diem, ieiunaret unum annum. Item conceduut, quòd instans præsens fuit præteritum: immò quòd tempus, quod fuit præteritum erit futurum, & quod erit futurum fuit præteritum. Item eodem tempore pertransirent idem spatium mobile tardum & mobile uelox: nam in hoc tempore (demonstrato cœlo) uelocissimus equus percurrit stadium, & in eodem

F tardissima formica reptat idem. Cùm tamen equus in quarta parte horę percurrat stadium, quod formica transit in mense. Item sequitur, quòd qui est in peccato tempore unius horæ, & postea pœnitens saluatur, maneret in peccato tempore totius uitæ, & tamen postea migraret ad cœlum. Aliaque id genus ridicula sequuntur plurima. Quod autem addit Gregorius, non solùm cœlum, sed quodlibet corpus esse tempus inferiùs peculiariter impugnabitur. Sed miror interim istos, qui uelint hãc opinionem Aristote. applicare: qui non solùm contendit tempus non esse sphęram, uerum neque motum eius, sed aliquid ipsius motus. Et Grego. magis mi-

ror,

A rör. quòd citat August. in hanc sententiam. 12. de ciui. Dei cap. 15. ubi certè non modò non reuocauit in dubium tempus esse cęlũ, sed nec uoluit approbare, quo motus cœli fit tempus: & ibi

Opinio. 2. dẽ, & 11. confess. est apertè conspicere.

¶ Secvnda opinio est, quod tempus est motus ipsius primi mobilis. Hãc opinionem præter Arist. tex. 95. recitat August xj confes. cap. 23. Et illi magis propriè loquuntur, quàm precedentes. Nam tempus est, per quod iudicamus quantitatem motuum: ut per motũ solis iudicamus quotannis uiuimus, quot horis operamur, &c. Vnde, & qui dicebant sphęrã esse tẽpus, id asserebant rõne motus: ut refert Philo. text. 133.

B ¶ Contra hãc opinionem statuitur secũda conclusio. Siue motus eadem res sit, quæ tempus, siue alia, formaliter tamẽ

2. Conclu. Motus nõ est tẽpus. loquendo motus non est tempus. Hanc conclusionem ex professo probat philos. textu. 95. & 99. duabus rationibus. Prima. Motus non est nisi in suo subiecto, quod mouetur (unde tot sunt motus, quot sunt res quæ mouentur) tempus uerò non solum est in cęlo, ut accidens in suo subiecto, uerum est in omnibus mobilibus tanquàm eorum mensura, ex quo concludit Philo. text. 133. quòd cum sint diuersæ species motus, diuersíq; motus numero, est tamẽ uiri cum omnium tempus. Secunda ratio

C est. Motus est uelox, uel tardus, tempus uerò minimè: ergo sunt diuersa.

¶ Item text. 89. expressè concludit, ꝙ tempus neque motus est, neque reperitur sine motu. Et text. 101. ait, quòd tẽpus est numerus & mensura motus. nũquàm tamen dixisset, quòd tempus est numerus temporis. Item, ut Pau. Vene. super text. 96. refert ex Auicenna, aliæ sunt differentiæ temporis: putà annus, mensis & dies: aliæ uera species motus, putà alteratio, augmentatio &c. Item quia, ut Philosophus hic textu. 112. & infra ostendit, possent esse plures diuersíq; motus simul tempore, neutiquam tamen esse possunt plura tempora simul. At de Arist. dubium esse nequi

D poltquam tam multis uerbis loquitur de tempore & motu, tanquàm de rebus rõne diuersis: cùm ait & motũ no cognoscere tempore & tempus motus & alia similia multa. Est præterea egregia ratio Augustini, qua loco proximè citato probat motum nõ esse tempus. Sequeretur enim tunc, ꝙ circularis motus diurnus solis, esset dies: quod falsum esse probatur. Nã si (per impossibile) circulus ille integer unica hora perageretur, esset quidem idẽ motus (quippe quo idẽ spatiũ trãsitur) quãuis esset uelocior: & tamen non esset idem tempus: nisi quis diceret, ꝙ dies fieret hora. Ideoq; concludit. Nemo mihi dicat

E cęlestiũ corporum motus esse tẽpora. Quomodo ergo: ait Gregorius Aristotelẽ & August. dixisse cęlũ esse tẽpus? In summa. Motus solũ dicit actionẽ, & ordinẽ mobilis ad terminũ (est. n. acquisitio quantitatis, aut qualitatis, aut ubi) tẽpus aũt est mora illa, qua motus fit: ut cõclusione quarta euidentiùs patebit.

¶ Tertia opinio est Pau. Vene. Opinio. 3. ac fermè Realium: quam ueluti opinionem S. Tho. defendit Capreol. 2. sent. dist. 2. q. 2. uidelicet, quòd tempus est quoddam accidens realiter distinctum à motu primi mobilis, tanquàm res à re, quod subiectiuè inest motui ipsi, seu potius primo mobili mediante

F motu: nam accidentia omnia sunt in substantia: quod quidem est quædam quantitas successiua, id est, cuius partes non possunt esse simul, continuãtur verò per instantia indiuisibilia: atq; adeo nihil potest esse præteos temporis: nisi solùm instans indiuisibile: & per consequens per hoc dicitur hora esse nunc aut dies, aut mensis, aut annus: quia est unum instans, quo pars præterita huiusmodi temporum continuatur cum futura. ¶ Contra quam opinionem sta-

5. Conclu. Tẽpus nõ distinguit numero à motu. tuerim ego tertiam conclusionem. Tẽpus non est aliquod accidens realiter distinctum à motu. Hanc conclusionẽ multis argumentis nituntur persuadere

A dere Occham & Gregorius: quæ tamen mihi fidem faciunt, hæc sunt, quę lib. 3. q. 2. de motu afferebamus, & in prædicamentis cap. de ad aliquid.

¶Primò, Si tempus est res distincta à cœlo eiusque motu, sequitur, quòd Deus potest cœlum & motum eius conseruare illo accidente destructo (nullam enim uidetur repugnantiam inuoluere, quòd Deus moueat cęlum, ut nunc mouetur, suspendendo cõcursum ne producatur illud accidens) tũc autem in cœlo erit tempus ut modò: ergo illud accidens est superfluum. Minorem illi non negant. Nam benè uident, quòd tunc esset mensura nostra-
B rum operationum, sicuti est modò. Sed maiorem dicunt inuoluere contradictionem. Sicut enim Deus non potest facere album sine albedine, ita nec potest facere, ut aliquid moueatur sine accidente distincto, quod est motus & per consequens sine alio, quod sit tempus. Solutio tamen hæc, principium petit: nec prorsus satisfacit. Nam esse album in sua ratione formali includit albedinem: moueri autem solùm includit motum: non tamen includit, quòd talis motus sit res distincta à mobili, sed solùm, quòd mobile sit in continua acquisitione alterius & alterius quãtitatis aut qualitatis aut ubi. Et ideo hoc
C prætendit, argumentũ, q̃ non repugnat cœlũ aut me moueri localiter per hoc quòd acquiram alium, & alium locum secluſa quacunque alia re: & sic certè nec motus, nec tempus sunt res distinctæ à mobili. Sicuti ad hoc, quòd Petrus sit pater, satis est, quòd habeat filium, secluſa quacunque alia entitate: quia esse patrem nihil aliud est quàm habere filium: sicuti esse album habere in se albedinem. Concedimus ergo contradictionem esse rem moueri sine motu: sed sine motu distincto, hoc tu habes probare.

¶Præterea est peculiare argumentum aduersus res has successiuas. Si enim tempus aut motus esset accidens distinctum, esset quidem successiuum, cuius nulla umquam pars est præsens nec fuit præsens: sed solùm instans indiuisibile: quod Arist. tex. 89. fatetur non esse partem temporis. Hoc tamen profecto, quicquid dicant, est intellectu penè impossibile. In linea enim intelligimus partes cõtinuatas per punctum, quia ueré sunt præsentes. In tempore autem aut motu quomodo intelligitur habuisse partes, si nunquã fuit; præsens aliqua pars secundum se totã, aut aliquid sui. Ratio hæc, 11. confess. ferè per totum adeo uexauit Augustinum, ut semper se fateretur ignorare quid sit tempus: nempe quia, ut capit. 15. ait, temporis nihil umquam est nisi indiuisibile: & ideo intelligere nequibat, quomodo habuisset aut habiturũ esset partes. Et ideo intelligere non potuit, ubi esset pars præterita, aut figura. Atque adeo profecto sola ratione (crędo) intellexit distingui ab existentia illius, quod mouetur. ¶Addit Gregorius, quòd sequeretur rem aliquam nunquam esse, nisi quando simul & fit & corrumpitur (quod Arist. 5. huius tex. 14. uidetur habere pro incõuenienti) nam in quocunque instanti est tempus uel motus, est in fieri & in corrumpi. Sed qui superiora argumenta deuorauerit, hoc corollarium facilè iudicabit.

¶Arguitur præterea. Si tempus esset res distincta, posset Deus idem tempus numero reproducere. nam quancunq; entitatem præteritam potest Deus iterato producere. Quod tamen idem tempus numero, quod præteritũ fuit, modò redeat, contradictionem implicat, eò quòd naturã eius est fluere. fluxui autem, ut repugnat non fluere, repugnat reuerti. Non enim est intelligibile, q̃ Deus hesternum diem hodie reproducat: sicut nec reproducere potest præteritam actionem. Potest enim Deus reproducere panem, quem ego heri comedi: comestionem tamen illã numero certè non potest.

D E F

¶Et

A ¶ Et confir. Si eundem hesternum diē Deus posset hodie producere, eadem ratione posset conseruare hodiernum, ut nunquam præteriret, esto cœlum semper moueretur: & sic uiuerem quā tum Mathusalem, & tamen nunquam haberem plures annos quàm modò habeo. Et eadem ratione posset eandem numero horam, qua equus percurrit tria miliaria, retinere per mensem, quo formica mouetur per tantundem spatium: & si formica moueretur tam uelociter, quàm equus: postquàm eodem tempore idem spatium pertransiit.

¶ Quòd si respondeant, quòd Deus potest reproducere, & retinere idem acci
B dens, quod est tempus. nō tamen idem tempus formaliter. i. eandem durationem aut moram præteritam, tūc sequitur, quòd non sufficit ad rationem temporis, quòd sit res distincta, nisi consideretur sub ratione præteriti, aut futuri. Hoc ergo, quod ipsi attribuunt illi entitati, nos attribuimus mobili: uidelicet quòd mobile est eadem res, quæ est motus secundum illam rationem, qua aliter & aliter se habet in ordinē ad partes priores & posteriores spatii. Et idē, secūdū aliā rationē, qua aliter & aliter se habet in præterito & futuro, est tēpus.

¶ Præterea eiusdem rationis sunt in ratione motus (quantùm ad hoc) circula
C ris ille cœlestis & quicunque alius in istis inferioribus: ergo nullum accidens nouum producitur in cœlo per suum motum, cuius simile non producatur motibus horum inferiorum. Mobilia autem hæc inferiora non producūt aliquod accidens, quod est tempus: nam (ut statim probaturi sumus ex Aristo.) tēpus non est subiectiuè, nisi in cœlo ergo neque in cœlo tempus est aliquod accidens distinctum, sed illud prius & poste ius, quòd ratione distinguitur & à motu & à mobili. ¶ In summa postquam intelligere possumus & motum & tempus sine rebus distinctis, non debemus res illas multiplicare, nisi uel ad euitādum prędicationes illas, quas ad-

uersus primam & secundam opinionē D
inferebamus, uel propter authoritates Aristotelis: sed & uerba Arist. sane intelliguntur, & prædicationes illæ optime excusantur per solam distinctionem rationis & diffinitionis inter tempus & motum: ergo non opus est, ut distinguātur tanquam res à re.

¶ Est ergo quarta conclusio. Tempus distinguitur à motu, ratione formali & diffinitione. Conclusio hęc manifestè sequitur ex secūda & tertia. Si enim distinguitur à parte rei, & non tanquā res a re, fit, ut distinguatur ratione formali. At ne commentum nostrum esse censeatur: uideturmihi profecto sentētia esse expresse Aristo. text. 99. ubi ait E
quòd tempus, id quidem, quod est, motus est: esse autem. i. ratio & quidditas alterum est & non est motus: & textu 131. ait, quòd si non est possibilis intellectus, qui numeret priùs & posterius, non est completa ratio formalis temporis à parte rei. Sequitur (licet esset hoc, quod aliquando est existens tempus: ut si contingit motum esse). i. esse motus qui est idem realiter, quod tempus. Nō ergo distinguit tempus à motu tanquā rem à re, sed quidditatiua ratione.

¶ Quantùm autē ad S. Th. pertinet, nullus est locus, quē ego uiderim, nec hic, neque 1. p. q. 10. nec alibi unquam, ubi F
contrarium dixerit, quia nullibi addit uerbum ad uerba Arist. Vide omnes locos apud Capreo. 2. sentent. d. 2. q. 2. Quinimmò lec. hic 17. super textum citatum. 99. ait, q̄ prius & posterius sunt idem subiecto cum motu, sed differunt ratione. Et lec. ultima super textu. 131. idem sentit. Quòd si aliquando dicat tēpus esse accidens ipsius motus: & esse successiuum, esseq; subiectiuè in primo mobili & similia, cuncta nos concedimus: nam accidens, etiam reale, non dicit semper rem distinctam, sed id, quod accidit rei præter eius essentiam. Non enim negatur, quin esse paternum sit accidens Petri, quamuis paternitas non sit res distincta. Et Scotus

4. Conclu. Tēpus rōne distinc. à motu.

quamuis

A quamuis & relationes & motum distinguit à subiecto, nihilominus in 4. dist. 48. q. 2. expressè ait, quod tempus non est quantitas distincta à motu: sed solùm differt ab illo in ratione mensuræ. Et Duran. lib. 2. d. 2. q. 4 idem dicit tanquã de mente Philosophi. ¶ Animaduertenda est ergo differentia inter tempus & motum, quę in motu locali recto super planum exempli gratia oculatiùs patebit. Demus super planum tripedale uniformiter mouéri lapidem. Illud aliter se habere mobilis respectu spatii. f. q prius est in parti priori, quàm in media, & in media quàm in posteriori, est motus quia est actus entis in potentia, quod nondum peruenit ad terminum.

Differẽtia inter motũ & tempus

B Ex hoc prius & posterius, consequitur aliud prius & posterius mora & duratione, & hoc est tempus. Et sic plane intelligitur uerbum Philosophi tex. 99. f. q ex continuitati magnitudinis sequitur continuitas motus, & ex continuitate motus, continuitas temporis. Ex hoc enim, quòd spatium habet partes continuas situ & positione, motus, quo mobile pertransit illas, est continuus, & ex hoc, quòd motus est continuus, morulæ, quas mobile facit in illis partibus, sunt continuæ.

Continuitas temporis.

Ratio mẽsuræ.

¶ Est tamen hic prætereà adnotandum quod hoc prius & posterius non habet

C rationem temporis, nisi quatenus mensura est motuum, ac durationum omnium rerum (hoc enim propriè sonat nomen tempus) res autem (ut habetur 10. meta. tex. 2.) mensurare non possumus, nisi per aliquam quantitatem: qua utimur tanquam indiuisibili, multiplicando illam (aliàs si mensura esset diuisibilis, haberet aliam mensuram sui) ut uinum metimur amphora, triticum modio, stadium pede, pannum ulna. Et hac ratione illud prius & posteriùs, qđ uocamus tempus, partimur per annos, & annum per menses, mensemque per dies, diem autem per horas: & hac hora utimur tanquàm indiuisibili: quæ est sicut minima pars numeri: nam minima pars simpliciter magnitudine non est D dabilis, ut ait hic Philosophus textus 108. Et cùm tempus in rei ueritate sit continuum, habet, ut sit numerus per operationem intellectus diuidentis illud in partes: sicut pannus cõtinuus nõ est numerus, nisi quatenus per intellectum diuidimus in decem uerbi gratia ulnas. Et quia inter motus ille, qui natura sua est regularissimus, est subinde simplicissimus, & per consequens inter alias irregulares habetur, sicut unitas ad iudicandum de illis, & talis est motus primi mobilis, propterea illud prius & posterius in motu primi mobilis est tempus omnium temporalium: ut docet Philos. tex. 133. Est enim considerã E dum, quòd quemadmodũ sit ulna, aut amphora esset uariabilis, nunc maior, nunc minor, non esset mensura: ita motus si nunc esset tardior, nunc uelocior non esset mensura. Et ideo quia solus motus est cœli suapte natura est inuariabilis, ille est aliorum mensura. Quòd si arguas, de ratione mensuræ esse, ut sit notissima (ut eodem tex. 108. asserit Aristotel.) quia per mẽsuram debemus iudicare de re mẽsurata, motus autem primi mobilis est nobis absconditus: sicut ipsum primum mobile, respõdetur, quòd ille est motus notissimus per motum solis, qui mouetur quotidie motu primi mobilis: & ideo sol est signum F temporis.

¶ Pax hæc lucida habetur expositio diffinitionis temporis, qua dicitur text. 101. quòd tempus est numerus motus secundùm prius & posterius. Est enim numerus ille dierum aut horarũ, an quẽ diuidimus moram illam & durationẽ quam facit mobile continuo motu. Nõ ergo dicitur, quod sit numerus partiũ mobilis, aut spatii, sed numerus motus. Nec rursus dicitur numerus partium motus diuisi ad diuisionem mobilis, sed diuisi secundùm prius & posterius: non quidem positione, ut est in spatio (ad quod prius & posterius sequitur propriè ratio motus) sed secundùm

Tẽporis diffinitio.

prius

A prius & posterius mora & duratione in ratione præteriti & futuri. ¶ Sed cõtra. Iam ponitur diffinitum in diffinitione: quia hoc prius & posterius non potest explicari, nisi per præteritum & futurum, quod est prius & posterius in tempore. ¶ Negatur, ꝙ sit petitio principii. Nam illud prius & posterius est ipsius motus, & tempus diffinitur tanquàm passio ipsius motus. Sed quia prius & posterius est æquinocum (nam potest intelligi, aut situ ex positione, sicut in magnitudine, aut duratione & mora) non possumus distinguere unum prius & posterius ab alio, nisi utamur terminis temporalibus: ut si dicas. v.g. heri
B & hodie, præteritum & futurum &c. Hac ergo de causa subinfert Aristotel. eodem text. 108. quòd tempus quatenus est numerus, qui intellectu diuiditur in plura, dicitur multum & paucũ, quatenus uerò est quantitas continua, dicitur longum aut breue. Nã illa sunt prædicata quantitatis discretæ, hæc uerò continuæ. ¶ Ac deinde tex. 109. subinfert, quòd tempus non est numerus formalis quo numeramus, sed numerus materialis numeratus. Vbi aliquid distinguũt duplicé numerum. s. numerãtem, qui est anima numerans: & numeratum, qui est res numerata. At uerò distinctio hæc non elicitur ex Aristot. nec
C intellectum numerantẽ aut conceptũ, quo numerat appellasset unquàm numerum, est enim terminorum abusio, quia numerus, cùm sit species quantitatis discretæ, non est, nisi aut res ipse, aut aliquid, quod de illis formaliter prædicatur. Numerum ergo formalem, quo appellat numerum de genere quantitatis, ut abstrahitur operatione intellectus ab his & illis rebus numeratis, qui obiectiuè est in anima, & numerus numeratus appellantur res ipsæ. Ait ergo, ꝙ tempus non est numerus, quo numeramus, ut dicit quantitatem discretam in communi, ut explicuimus in prædicamen. super eundem textũ, sed est numerus numeratus, putà prius ipsum & posterius motus, ut expositum est ut si dicas decem ulnas panni nihil aliud esse, quàm sit ipsemet pannus. D

¶ Quinta conclusio. Quod dictum est de tempore, sentiendum est proportionabiliter de instante: nempe ꝙ sola ratione distinguitur à mobili. Ad primũ principa. ¶ Igitur ad primum principale argumẽtum cõcedimus illam partem scilicet, quòd tempus non est alia res numero distincta à motu: negamus tamen inde sequi, quòd solùm differant penes connotationes terminorum. Medio enim modo incedimus inter Reales & Nominales: à quibus forsan non tam re, quàm modo loquendi differimus. Illæ enim, quas illi uocãt cõnotationes ter E minorum, nos dicimus esse rationes & quidditates distinctas in re ipsa: ut expositũ est. Et propterea simpliciter nõ conceditur, ꝙ nomen, tempus, formaliter supponat pro motu: sed (idẽtice) pro re, quæ est motus: nec motus, pro tempore, sed pro re, quæ est tẽpus. Obidq; negantur istæ prædicationes, mobile est motus, aut tempus: motus est tempus, in sensu formali licet res, quæ est motus sit res, quæ est tempus. Et eadem ratione negatur, quòd annus sit dies, aut dies hora: sed dies est mora illa & duratio quam fecit cœlum ab oriente in oriens circulo diurno: & hora F est uigesima quarta pars illius, & mensis triginta circulationes. Atque adeo pari ratione negantur omnes illæ prædicationes, quas contra primam & secundam opiniones obijciebamus. ¶ Quòd si dubitaueris nos concedere in creaturis, quod in diuinis credimus, quòd eadem res, quæ est motus, est tempus: & tamen motus non est tempus sicuti eadem essentia, quæ est pater, est filius, tamen pater non est filius: hæc & alia uide in prædicamentis cap. de quantitate. quæst. 2. & lib. 3. huius. q. 1. ubi hunc modum loquendi copiosissimè explicamus. Qui si semel in scholis admitteretur, multæ profecto realitates ex una parte excusarentur

A excusarentur, & ex altera loquutiones quæ ineptè sanè sunt in Philosophia, corrigerentur.

Articul. 2. Prima dubitatio.

¶ In articulo secundo restant tria præcipua dubia. quæ sunt apud Aristo. primum est circa materiam secundi argumenti principalis. Vtrùm tempus sit ens reale, aut rationis: quod est apud Aristote. text. 131. ubi inquit, ꝙ si non esset possibilis intellectus, non esset possibile tempus. Et inde infert, ꝙ si de facto non sit intellectus: neque est tẽpus: & per consequens uidetur sentire, ꝙ sit ens rationis. Ex alia parte uidetur, ꝙ sit ens uerè reale. Nam tempus est uerè accidens reale, cùm sit uera causa rerũ: & priùs & posterius in motu est tẽpus.

B Immò circunfertur articulus Parisiensis, ubi habetur, ꝙ dicere tẽpus nõ esse à parte rei, est error. ¶ Hãc dubitationẽ scitè sanè diluit Sanc. Tho. hic lect. 23. Vbi considerandum est, quod, cum numerus nõ distinguatur realiter à rebus numeratis: ueruntamẽ ab unitatibus, quæ sunt quantitates ipsarum rerum numeratarum (ut cap. de quantitate q. 2. censebamus) fit, ut numerus quantùm ad suum esse materiale, quod habet in rebus, non dependeat ab intellectu: (saltẽ creato) nam ab intellectu diuino omnia dependent in fieri & conseruari. Ratio verò ipsa numeri dicit respectũ ad numerãtem, Sicu nsibile, dato, ꝙ de

C formali significet litates reales, ut coloré aut caloré. . . nihilominus dicit respectũ ad sensum: qa illę qualitates nõ dicerẽtur sensibiles, nisi respectu sensus. Et ideo illa consequentia Aristotel. de possibili. s. si non esset possibilis intellectus, non esset possibilis numerus, bona est: quia si non esset possibilis aliquis intellectus numerans, nullæ res denominarentur numerus: eò quòd numerare, dicit actum rationis (saltem in potẽtia) multiplicantis & colligentis unitates. Sicut, si non esset possibilis sensus nulla qualitas diceretur passibilis. Cum autem inferuntur propositiones de inesse, consequentia non ualet in rebus permanentibus. Nam dato, quòd nulla D nunc esset potentia de facto sensitiua, nihilominus res essent sensibiles, quia, sensibile, solùm dicit potentiam. Et pariter numerus decem equorum aut hominum, uerè & formaliter esset numerus, secluſa operatione intellectus quia satis est, quod sit numerabilis. Sed tamẽ quia tempus nullas habet partes simul (temporis enim nihil aliud est, quàm indiuisibile nunc, ut dubio tertio explicabimus) nullo modo partes illæ sunt præsentes nisi per operationem animæ actu conseruantis prius & posterius. Dicitur enim modò nunc dies sabbati esset: quia est unum nunc, quod anima cõsiderat tanquàm continuatiuum præteritæ durationis & futuræ. Ex quo sequi E tur, quòd tẽpus secluſa operatione intellectus numerantis habet fundamentum in re: puta motum: actu tamẽ, quãtùm ad formalem rationem temporis, quæ est esse numerum, non est actu nisi per operationem intellectus. Et hæc est expressa sententia Aristot. loco citato, eodem text. 131. s. quòd sine intellectu non est tempus, sed tamen est illa res, quæ est existens tempus, quo ad materiale: puta motus. Simile est in secundis intẽtionibus. Natura animalis uerò est materialiter in quocunq; & indiuiduo animali secluſa operatione ıtellectus: quia nõ distinguitur realiter ab illis: sed tamen, ꝙ sit genus, hoc habet per ope- F rationem intellectus abstrahentis illam à singularibus, ut habeat rationẽ uniuersalis. Ita ergo res, quæ est tempus, est præter operationem intellectus. sed ꝙ sit numerus habet per operationem intellectus. ¶ Et ex hoc patet solutio ad secundum principale. ¶ Quòd si rursus quis percunctetur an simpliciter cõcedendum sit, tempus esse in rebus etiam quocunque intellectu secluſo.

Ad 1. prin.

¶ Respondetur, ꝙ fortè ita est concedẽdum, sicut in prędicabi. q. 2. de uniuersalibus diximus, quòd non obstante genera & species actu astrahantur per operationem intellectus, nihilominus.

propter

A propter fundamẽtum, quod habent in re, concedimus seclusa operatione intellectus esse multa genera & species herbarum atque animalium &c.

Secũdum bium. ¶ Secvndvm dubium circa tertiũ argumentum principale, est de unitate temporis. Gregorius enim loco citato 2. sentent. propter illud argumentum (ait) quodcunq; corpus regulariter motum esse tempus. Et Occham itidẽ ubi citatus est, licet id non tam absolutè affirmet, nihilominus ponit multas acceptiones temporis. s. q̃ primo modo accipitur pro motu uelocissimo qualis est motus primi mobilis: & alio modo largè pro motu quocunq; horum inferiorum. Et ratio istorum est, quia putant tempus esse quicquid nos accipimus, tanquàm indicium & signum tẽporis. ¶ Attamen, ut bona uenia bonorum, aliàs, authorum dixerim, id in primis est expressè contra doctrinam Aristot. qui textus 133. ex professo multis uerbis docuit unicum esse tempus omnium motuum. Aliàs (inquit) sequeretur, q̃ plura æqualia tempora essent simul. Si enim deambulatio mea esset tẽpus, esset proinde hora tertia: & sic si alius simul ambularet, essent duæ horæ tertiæ. Et ita possent esse mille horæ simul & mille dies martis, si essent mille motus uniformes, qui durarent per diẽ
C ut super eũdem textum explicabamus. Et præterea hoc est manifestè cõtra cõmunem modum loquendi, & sapientũ, & vulgarium. Nã secundùm istos quodlibet horologium esset tempus: & sic dicendum esset, q̃ aliud numero tempus est Parisiis, & aliud Salmanticæ, & aliud Romæ, immò aliud esset tempus scholis, & aliud in ecclesia maiori: quod profecto ridiculum esset dictu. ¶ Respondemus ergo cum Arist. loco citato, quod tempus solùm est subiectiuè in cœlo: in aliis autem non nisi tanquàm mensura in mensurato. Et ita expressè ait S. Tho. 1. p. q. 10. arti. 6. ¶ Vnde ad argumẽtum negatur illa maior, q̃ quocunque utimur tãquam signo iudicamus actiones nostras, sit tẽpus. Requiritur enim D
ad rationem temporis q̃ sit numerus motus ex sua natura, ita regularis, ut per naturam non possit errare. Nam tẽpus est mensura naturalis rerum: & per consequens debet esse naturaliter inerrabile. Et talis est solus motus primi mobilis. Motus autem inferiores, naturales quidem uelociores sunt in fine, quàm in principio, uiolenti uerò, è cõtrario. Item quia motus horum inferiorum nullus potest esse naturalis nisi rectus: motus autem rectus non potest naturaliter perpetuò durare: tempus autem debet esse suapte natura mensura perpetua & infatigabilis. ¶ Vnde sequitur, quòd licet nos arte instauremus E
aliquem motum regularissimum, ut facimus in horologiis, quia tamen non habent hi motus à natura illa regularitatem, & tempus est ens naturale, durationis horum mutuũ non est tempus, sed signa temporis. Et ita profecto sunt dicenda horologia. Et hæc est sententia Aristot. text. 112. s. q̃ tempus cognoscimus motu, sicut motum tempore. Si. n. prius & posterius cuiuscunq; motus esset tempus, nõ dixisset, q̃ motu cognoscimus tempus, sed q̃ uno tempore cognoscimus alud tempus. Dixit autem, q̃ motu cognoscimus tẽpus quia motus, qui fiunt apud nos, sunt signa tẽporis. Ita enim horologium signat nobis F
tempus: nõ certè q̃ est in illo, sed quod est in cœlo. Vnius enim eiusdẽq; numero horæ signum dant, quotquot in mũdum horologia simul sonant.

¶ Sed oriuntur hinc parua quædam dubiola. Primum. Cur potiùs ponitur tempus in motu primi mobilis, quàm in motu alterius orbis, præsertim solis cùm hic sit nobis omnium notissimus. Respondetur, quòd orbes proprii planetarum sunt ab occidente in oriens, quę non sunt ita ueloces. Nam luna mouetur in mense, sol in anno, & alij alijs temporibus, ut Astrologia docet. Nec sunt ita uniformes: neque per illos distinguuntur dies & noctes. Sed primũ

mobile

A mobile quotidie facit integrum circulum, secũ rapiens omnes orbes, Et ideo motus ille solus, quo distinguimus dies & noctes est peculiaris primi mobilis: Dub.2. & idcirco illic est tempus. ¶ Alterũ dubium est, utrùm si alius fieret per impossibile motus uelocior (nam magis regularem & uniformem fieri nõ est possibile) in illo esset tẽpus. Videtur enim ex una parte, ꝙ non. Siquidem tempus est ens naturale: atque adeo uidetur intrinsecè primo mobili conuenire. Et alia parte uidetur, quod in illo tũc motu esset tempus: quippe qui esset breuissima mensura. Dub.3. ¶ Item est dubium (ut ad utrunq; simul dicamus) si primum mobile nũc per impossibile cessaret: ut cessaturũ est in fine mundi, & cessauit tres horas tempore Iosue, nihilominus esset tempus (nam possemus actiones nostras tunc metiri) & tamen nullus esset tunc motus: ergo tempus non est mensura motus primi mobilis. Argumentũ est Augustini. xi. confess. cap. 23. Et idẽ est argumentum secũdùm opinionem eorum, qui dicunt in creatione mundi tempore præcessisse materiam informẽ antequã esset lux, qua distingueret diẽ & noctem. Esset enim tũc tempus sine motu. ¶ Ad utrunq; respondetur, quòd tempus (ut 1.p.q.66.artic.4. ait S.Th.) non per se & necessitate intrinseca est C in motu primi mobilis: sed per accidẽs: quia accidit ei, ut sit primus motus eorum, qui sunt in orbe. Et hoc profecto est mihi testimonium, quod non est accidens distinctum: sed mora & duratione ipsius motus consideratur, inquantùm mensura. Et ideo si materia fuit creata ĩformis priùs tẽpore, quàm esset motus illius lucis, necesse est ponere (ut ait illic S.Thom.) aliquam successionem cõceptionum & affectionũ in mente, quæ haberet rationem tẽporis. Id quod manifestè colligitur hic ex Phi. text. 98. ubi dicit, ꝙ etiam per motum animæ possumus cognoscere tempus. Et pariter in bello Iosue per motũ ipsius belli, aut aliquem alium artificia lem, poterat cognosci quantũm sol stẽ D tisset. Et tunc ille motus, licet non erat propriè tempus, erat tamen signum tẽporis, ꝙ fluxisset, si motus cœli non cessasset. At uerò post diem iudicij cessante motu cœli cum omnibus motibus generationis & alterationis, aliisq; idgenus physicis, prorsus cessabit ratio tẽporis. ¶ Sed cõtra: quia tempus est propria passio motus cœli: ergo non potest esse tempus nisi in illo, nec potest ille intelligi, quin habeat tempus. ¶ Respondetur, ꝙ habere prius & posterius successione est passio eius, sicut cuiuscũq; motus. Quod autem sit prima mẽsura, conuenit ei, quandiu sit primus. ¶ Sed quid si crearetur alius æque uniformis E & æque uelox, sicut ille. ¶ Respondetur ꝙ illud non posset fieri, nisi crearetur alius mundus. Et tunc ille esset aliud tẽpus numero: quia ille motus non esset signum, aut mensura huius, nec iste illius: & ideo essent duo tempora eiusdẽ rationis. ¶ Alia dubitatio est: utrum tẽ- Dub.4. pus non solũ sit mensura motuum omnium inferiorum, sed etiam motus ipsius primi mobilis. Videtur enim, quòd non sit mensura motus primi mobilis: quia per illud non certificamur de quãtitatẽ illius motus, cum tam uniformis sit motus in ratione motus (scilicet secundum prius & posterius ꝙ describit in spatio imaginario) quàm in ratione F temporis: scilicet in ratione prioris & posterioris in præteritum & futurum. Sed in contrarium est etiam ratio: ꝙ cũ ille sit motus successiuus, uariabilis secundum prius & posterius, non est cur non mensuretur tempore. ¶ Respondetur, ꝙ est mẽsura tã illius motus, quàm omnium aliorum. Et ita ait S.Tho. 1.p. q.10.ar.6. ꝙ est in illo tãquàm in subiecto & primo mensurato: in aliis autem non nisi tanquam mensura in mensuratis. Sed est intelligendum, ꝙ est mensura, illius intrinseca, aliorum aũt extrinseca. Exẽpli gratia. In ulna lignea signantur tres pedes, quæ sunt trestertię. Illa pars tertia est intrinseca mensura illius

ligneę

A ligneq; inæ: extrinseca autem panni & & aliorum, quæ illa tertia mensurãtur. Ita una hora est intrinseca mensura illius motus cæli (nã uicies quater multiplicata metitur totũ circulũ diurnũ) sed est extrinseca mensura nostrarum actionum. ¶ Vnde ad argumentum in contrarium respondetur, quòd quamuis motus sit tam uniformis, quàm tẽpus, nihil obstat quominus intrinsece mensuretur ipso tempore. Quamobrem Comm. com. 102. ait q; cùm dicitur: tempus est numerus motus secundùm prius & posterius: ly motus, accipitur pro quocunque motu: sed prius & posterius, pro solo priori & posterio

B ri in cœlo. Vt sit sensus, quòd tempus est numerus cuiuscunque motus celestis quidem intrinsecus, & aliorum extrinsecus: sed est numerus & mensura secundùm prius & posterius, quæ regulatissimè sunt in cœlo. Tametsi forte meliùs est dicere, q; motus solùm accipitur pro motu cœli, ut sit numerus solius motus cæli: qa est numerus numeratus ipsius prioris & posterioris: licet per ipsum extrinsecè metiamur alios motus. Immò tempus non solùm cuiuscunq; motus est mensura, sed etiã per accidens est mensura quietis, ut ait Philo. tex. 118.

C ¶ Tertium principale dubium circa quartum argumentum est de instantibus temporis: vtrum unum & idẽ sit nunc fluens per totum tẽpus. Quod certe apud nonnullos Realium implexum atque intricatum est ualde. Tenentes namque tempus distingui à motu tanquàm alteram rem numero, dicunt in primis partes temporis continuari per instantiam indiuisibilia: quemadmodum partes lineæ cõtinuãtur per puncta. Quod sentire uidetur Ph. tex. 104. comparans instans puncto lineæ: & ideo sicut in qualibet parte lineæ sunt infinita pũcta, ita in qualibet parte tpis sunt infinita instantia. Et hoc quidẽ satis est intelligibile illi, qui credit tẽpus esse rem distinctam à motu. Sed tamen adijciunt, quòd præter ista plura instantia indiuisibilia est unicũ nunc fluens, idem manens per totum tempus. Quod quidem asserunt solùm propter uerbum Aristote. loco modò citato tex. 104. ubi ait ipsum autem nunc est quidem, ut idem est uerò ut non idem. Et putant esse opinionem S. Thomæ: quam tamen profecto nec ex Aristot. nec ex Sanct. Thom (uel ego fallor) elicere possunt: sed est merum figmentum præter utriusque intentionẽ. Nam primum omnium uerba Aristotelis manifestè huic opinioni aduersantur. Non enim inquit quòd aliud sit, nunc quod est idem, & alia sint nũc numero diuersa: sed q; unum & idẽ numero nunc est quodammodo vnum, & quodammodo plura. Quatenus enim (inquit) in alio & alio est, diuersum est: quatenus uerò est id, quod est, ipsum nunc idẽ est. Et subdit exemplum: sicut lapis qui per idẽ spatiũ mouetur, unus est & idẽ re, perseueransin toto motu: sed est & alius ratione, quatenus consideratur in alia & alia parte spatij. Idque etiam confirmat exemlo Corisci: qui idem est re, dum est in foro & dum est in Lyceo, sola ratione differens. ¶ Itẽ isti, ut Capreo. 2. sent. dist. 2. quæst. 2. & alij Thomistæ: non possunt fingere, quid sit nunc permans, nisi unitas mobilis, quod manet in toto fluxu temporis. Vnitas mobilis non dicit respectum proximum ad tempus: tametsi sit causa unitatis & continuitatis motus: ut ait Aristote. tex 105. & illic à nobis expositum est. Igitur planissimus sensus Aristotelis est, quòd quemadmodum punctum motum per aliquam planiciem à mathematicis fingitur facere lineam, ita existentia mobilis continuò fluens per omnes morulas, quas mobile facit in spatio, intelligitur facere tempus: Itaque ipsamet existentia mobilis, quæ in se considerata realiter est una & eadem numero, considerata ut in diuersis morulis, est & dicitur plura instantia sola

D

E

F

Dub. 3. principale vtrùm sit unũ nunc.

Sensus Aristo. de instantibus.

A ratione diuersa. Igitur si teneatur tempus esse accidens numero distinctum à mobili & motu, solùm sunt ponenda infinita instantia numero distincta, quæ continent partes temporis: & instans permanens solùm appellanda est existentia mobilis: non quod continet partes temporis, sed quòd suo fluxu ad imaginationem intelligitur facere tempus. Sicuti in linea non ponimus præter infinita puncta indiuisibilia aliud punctũ in rei veritate flués: sed punctum ipsum, quòd est continuatiuum suo fluxu, siper impossibile moueretur, ad imaginationem fingitur facere lineam. Si uerò (quod nos
B opinamur) tempus non distinguitur numero à motu & mobili: sed solùm ad hunc sensum realiter quod est res alterius prædicamenti à mobili (quam ego uoco distinctionem formalem & quidditatiuam) tunc non opus est ponere infinita instantia numero distincta: sed ipsamet existentia mobilis sub illa ratione, qua nunc est in aliqua morula & momẽto, in qua immediatè ante hoc fuit, nec immediatè post hoc erit, est nunc indiuisibile præsens. Atqui illa ratio primi mobilis quæ numquã perseuerat in eodem loco & morula, sed semper succedit ac fluit à præterito in præsens & à præsente in fu-
C turum, est tempus.

¶Et hic est planus sensus illorum uerborum. Aristotelis eodem textu 104. quòd ipsum nunc sequitur id, quod fertur, ut tempus motum. Idest: quemadmodum tempus se habet ad motũ, ita nunc ad mobile. Quod est dicere. Quemadmodum mobile unum & idẽ ille ratione, qua est successiuè & continuè in alia parte spatij (quæ sunt positione & situ priores & posteriores) habet rationem motus: ita existentia ipsius mobilis una & eadem, in alio & alio momẽto & morula (quæ sunt priores & posteriores duratione & ordine præteriti & futuri (est nunc ex cuius fluxu fit tempus. Et eadem est expressa sententia Sanct. Thomæ primæ part. quæstio. 10. art. 4. ad secundum argumentum, ubi ait, quòd nunc temporis est idem subiecto in toto tempore, sed differens ratione: eò quòd sicuti tempus respondet motui, ita nunc temporis respondet mobili. Mobile autem est idem realiter toto decursu temporis, sed differens ratione inquantùm est hic & ibi. Et illa alternatio est motus. Similiter fluxus ipsius nunc secundùm quod alternatur ratione, est tempus. Hæc ille. Et eandem sententiam prætendit in illo opusculo quadragesimoquarto de tempore: si suum est. Reuera nisi isti interpretes Sanct. Thomæ tam essent cupidi realitatum multiplicandarum: non quærerent in San. Th. istas realitates, sicut nondum in scyrpo.

¶Hinc patens est differentia inter tempus, euum & æternitatem: ut loco procimè citato docet Sanct. Thomas. 'Aeternitas enim per extremum opponitur tempori. Non enim solùm consistit æternitas in hoc, quòd nec principium habeat nec finem: sed essentialiter in hoc consistit, quòd sit duratio quædam prorsus inuariabilis, & unum nunc idem re & ratione permanens. Et propterea Deus, & quicquid est in illo, est æternum, quia
F nihil habere potest successionis, aut uariabilitatis, sed totũ suũ esse & operationes habet simul in se inuariabiliter. Euum autem est medium inter tẽpus, & æternitatem. Est enim mensura rerum, quę quantum ad suum esse & durationem sunt inuariabiles: habent tamen operationes aliquas successiuas naturaliter annexas aut corporales, ut cœlum, aut spirituales, ut Angeli. Hoc autem solum exempli gratia ad explicandum naturam temporis dictũ fuerit: non tamen ut dere theologica amplius addatur hic uerbum, quò uexati discipuli conturbentur.

Tempus euum & æternitas.

D

E

¶S » restant contra hanc instantium interpretationem arguméta par-

A ua ex Aristo. Ait enim text. 106. & expressius. text. 121. q nunc temporis & diuidit partes temporis, & etiam continuat: sicuti punctum partes lineæ. Et tex. 107. ait, quòd nũc numerat tempus. Et multa alia id genus: quæ uidentur sonare ista instantia numero distincta. ¶ Respondetur, quòd hæc omnia & similia saluari possunt posita distinctione rationis modo, quo superius explicata est. Dicitur enim nunc temporis diuidere præteritum & futurum temporis: quia est terminus præteriti & initium futuri ad hũc sensum, quod nunc res mobilis est in tali mora, qua nec immediatè ante hoc fuit, nec immediatè post hoc e-
B rit. Quæ quidem consideratur, ut quoddam indiuisibile secundùm rationem diterminans præteritum & futurum. Est autem continuans, quatenus hoc indiuisibile consideratur, ut unum commune, quo participant præteritum & futurum: nam continua sunt, quorum ultima sunt unum. Dicitur autẽ numerus, quatenus considerantur plura instãtia, quorum unum fuit principium & aliud finis eiusdem temporis: ut eiusdem horæ aut eiusdem diei. Hac enim ratione multiplicantur instantia. Ad hanc normam totus textus Aristotelis facilè potest intelligi, ut latiùs in commentis patet. ¶ Vnde ad 4. principale argumentũ saris responsum est. Ad confirmationẽ uerò, quæ est argumentum Aristotelis textu octuagesimonono, respondet ipse text. 105. ubi dicit tempus & instans habere se conuertibiliter, scilicet, si tẽpus est, nunc est, & si nunc est tempus est. Nihil enim aliud docere, uult illi, nisi quòd tempus simpliciter est per hoc, quod nunc indiuisibile continuans præteritum cum futuro est. Dicitur enim nunc dies hodierna esse, quia est nunc
D indiuisibile continuans successionem temporis, quod est in motu integro circulari primi mobilis. Et dicitur esse hora præsens, quia idem nunc continuat partes talis durationis. Et ita proportionabiliter dicendum est de mense, & anno: atq; adeo de toto tempore à principio ad finem usque mundi.

C

Ad 4. prin.

Finis Quarti Physicorum.

DOMINICI SOTO,

SEGOBIENSIS,

Theologi, ordinis Prædicatorum, super Quintum Physicorum Aristotelis Quæstiones.

A Tex. x. Necesse est tres motus, &c. esse

Quæstio Prima.

VTRVM TRES SINT tantum species motus.

POST consideratio-
nem motus rei na-
turalis eiusque prin
cipiorum, causarúque ac mensurarú.
loci & temporis,
in hoc quinto, ut
in exordio com-
mentorum dicebamus, partitur Phi.
motum in suas species. Estque disputatio hæc tripartita: nempe de speciebus motus, de unitate & diuersitate motus: & de eius contrarietate. Obidque prima quæstio de speciebus motus circa text. 10. mouetur hæc.

¶ A parte negatiua arguitur. Et primò aduersus distinctionem, quam Ph. statim textu. 1. præponit, uidelicet, motum contingere, aut per accidens, aut ratione partis, aut simpliciter ratione totius. Id, quod ratione partis, mouetur: simpliciter mouetur, quando enim quis solùm laborat pectore, cum illa pars sanatur, simpliciter dicitur sanari apud omnes: nam simpliciter euasit sanus. Item qui est crispus secundùm capillos, C simpliciter est crispus: & qui est aquilinus aut simus secundum nasum simpliciter est aquilinus, aut simus, quia prædicationes illæ non possunt competere toti, nisi ratione illarum partium: ergo quod mouetur secundum partem, simpliciter mouetur.

¶ Et confirmatur, qui lingua loquitur, totus simpliciter loquitur, & qui pedibus ambulat, & oculis uidet, totus simpliciter ambulat & uidet: ergo moueri secundùm partem est simpliciter moueri.

¶ Et confirmatur secundò, ex parte termini: res, quæ mouetur ad speciem, simpliciter mouetur ad genus: ut qui discit Mathematicas, simpliciter discit scientiam, quæ est genus ad Mathematicam: ex qui discit artem struendarum ædium, simpliciter discit artem, tamen species est pars subiectiua, cuius totum est genus: ergo. Et de parte integrali idem arguitur: ignis enim dum ascendit sursum uersus Zenith nostrum, simpliciter ascendit ad concauum lunæ, & tamen non ascendit, nisi ad unam particulam illius. Malè ergo distinctum est moueri, aut mouere secundùm partem, contra moueri simpliciter, & moueri ad partem, contra moueri ad totum. De aliis duobus membris

A membris scilicet de causa & effectu per se & per accidẽs superuacanea esset hic disputatio: quando quidem 2. huius quæst. 3. satis dictum est. ¶ Secũdò principaliter arguitur contra id, quod habetur text. 3. uidelicet solùm subiectum propriè moueri. Motus est fluxus quidam, & moueri nihil aliud uidetur esse, quàm rem successiuè & cõtinuò aliter se habere: sed qualitas, quæ acquiritur aut intenditur, in alteratione semper fluit, quatenus habet nouum & nouum gradum intensionis: & pariter quantitas in augmentatione: quatenus semper crescit forma substantialis in gene-
B ratione, dum successiuè extenditur per subiectum, videtur moueri, postquàm procedit semper à minori ad maiorem extensionem: ergo non solùm subiectum, sed terminus ad quem propriè mouetur. ¶ Tertiò arguitur aduersus illud, quod statim subditur text. 4. motum scilicet & mutationem quancunque denominari à termino ad quem: Motus localis non potius denominatur à termino ad quem, quàm à termino à quo: nam termini sunt omnino eiusdem rationis: ut patet, cùm quis deambulat: & potissimum id patet in motu circulari cœli, cuius idem est terminus à quo
C ad quem: primum enim mobile mouetur ab oriente in idem oriens.

¶ Et confir. creatio denominatur à termino à quo: definitur enim, quod sit productio alicuius ex nihilo: ergo non omnis motus sortitur speciem à termino ad quem. ¶ Quartò arguitur aduersus aliud text. 6. ꝙ ea, quæ mouentur & mouent per accidens, sunt à scientia prætereunda. Fortuna est causa per accidẽs: & tamẽ de illa inter alias causas est scientia, ut 2. lib. huius uisum est: ergo mouẽtia & motu per accidẽs non sunt à scientia physica relinquenda. ¶ Quintò principaliter arguitur aduersus illud assertũ text. 7. ꝙ generatio nõ est motus. In post prædicamentis distinguit Physi. sex species motus: inter quas ponit generationem & corruptionem: & lib. 3. huius text. 6. inter mobilia commemorauit generabile. Sed ratione arguitur sic. Si generatio non esset motus, id esset, aut quia generatio non est successiua (cùm successio sit de ratione motus) aut quia omnis motus est inter contraria, & substantiæ nihil est contrarium, ut habetur hic text. 10. neutrum istorum est uerũ, ergo generatio est motus: Probat pars prima minoris. Generatio ignis ex ligno (ut ad sensum apparet) fit successiuè: immò & in generatione animaliũ (ut est in doctrina medicorum) successiuè forma inducitur in materiã: prius enim cor uiuit, quàm pedes. Quòd si dicas minimum naturale substantiæ in instanti produci, ut lib. primo quæstione
E quarta dictum est, eadem ratione subsequitur, quòd neq; alteratio sit propriè motus: nam minimum etiam coloris producitur in instanti, aut si non datur minimum (ut ibidem arbitrati sumus) saltem incipit esse calor in subiecto in instanti per ultimum non esse. Secunda pars eiusdem minoris probatur. In genere substantiæ est oppositio priuatiua: quæ, ut habetur 10. metaphysic. textu. 15. est prima contrarietas: omne enim genus diuiditur per duas differentias quodammodo contrarias: ut animal per rationale & irrationale: ergo substantiæ aliquid est contrarium. Et confirma. primo huius textu. 67.
F docuit Aristote. principia generationis esse contraria, propterea quod priuatio quodammodo contrariatur formæ, & per consequens terminus à quo termino ad quem (.i. non aer, aeri) ergo generatio, qua ex non aere generatur aer, non deficit à ratione motus ex defectu contrarietatis. ¶ Sextò contra id, ꝙ insinuatur text. 9. & explicatur text. 10. Videlicet nullum esse motum nisi à contrario in contrarium arguitur sic, Sequeretur augmentationẽ non esse motum: nam quantitati nihil est contrariũ, ut habetur in prædicamẽto quantitatis. Et ratio est, quia (ut lib. 1. q. 5. ostensum est) inter illas dumtaxat

A formas est contrarietas, quæ recipiunt magis & minus, quantitas uerò non recipit magis & minus, cùm non sit intẽsibilis. Et eadem ratione neque motus localis propriè est motus quia cũ locus sit de genere quãtitatis, nihil est ei propriè contrarium. ¶Et confirmatur, sequeretur, quòd motus circularis cœli non esset proprie motus, quia non est inter terminos contrarios; immò est ab eodem in idem punctum. Neq; motus progressiuus animalis est inter contraria. ¶Et secundò confir. sequeretur, quòd illuminatio aeris nõ esset motus, tum quia non est à contrario in contrarium, tum quia fit in instanti.

B ¶Septimò & postremò directè ad quæstionem arguitur. Rarefactio est motus & tamen nec est motus localis, nec alterationis, neq; augmenti (siquidem nihil illo motu aut materiæ accrescit, aut formæ) ergo non sunt tres tantum motus species. ¶In contrarium est authoritas Arist. in hoc tex. 10.

¶Responsio huius quæstionis tribus distinctionibus & septem conclusionibus, quæ ex priori capitulo Aristot. colliguntur, concluditur. Prima distinctio est in fronte statim text. 1. Tripliciter aliquid dicitur moueri. s. aut secundum accidens, aut secundum partem, aut simpliciter per se primò. Similis distinctio ascribitur text 2. mouenti: atque adeo similis textu. 5. termino motus. ¶Et licet in commentis distinctio hæc utcunque fuerit exposita, ad maiorem nihilominus euidentiam notandum est q̃ motum conuenire alicui per se simpliciter, est quòd conueniat illi ratione formæ quæ exprimitur in subiecto, aut agente, aut termino, cui attribuitur motus. Vt si dicas, mobile moueatur, alterabile alteratur, augmentabile augetur. Hoc est enim, quod ait eodẽ textu Ph. mobilia per se differre & denominari secundùm motus. Itẽ ex parte agentis: ut si dicas, calidum calefacit, ædificator ædificat, medicus sanat. Et ex parte termini, ut si dicas alteratione fit qualitas, calefactione calor, augmentatione quãtitas, &c. Per accidens autem motus conuenit formæ, quæ accidit subiecto, causæ uè, aut termino motus. Vt musicus ambulat, alterabile augetur, medicus sanatur. Et ex parte agẽtis: ut, album calefacit, medicus ædificat. Et ex parte termini: ut calefactione augetur quantitas, homo ambulando fit sapiens &c. De huiusmodi causis & effectibus per se & per accidens libr. 2. quæst. 3. abundè (ut reor) dictum est.

D ¶Igitur circa aliud membrum diuisionis de motu secundùm partem, secũdò notandum est, quòd rem mouere, aut moueri, aut motum terminare secundùm partem, contingit dupliciter. s. aut E secundùm partem subiectiuam (putà speciem) aut secũdùm partem quãtitatiuam. Primo modo, ut si dicas, artifex ædificat, mobile alteratur, nam artifex est genus ad ædificatorem, & mobile ad alterabile. Et de his prædicationibus nõ loquitur hic Aristot. quippe quas lib. 2. text. 32. decreuerat non esse per se primò: sed esse causas, aut effectus uniuersales. Non enim conuenit artifici: ut sic, ædificare, sed inquantum est talis artifex. s. ædificator: quia pictor est artifex & non ædificat. Nec mobili inquantùm mobili conuenit alterari (ut patet de cœlo) sed inquantùm est alterabile.

F Et pariter ex parte termini, quod fit albũ, non fit per se primò coloratum. Immò nec simpliciter fit coloratum, siquidem iam erat nigrum, at si non erat coloratum, tunc fit mediatè coloratum tanquam effectus remotus & uniuersalis. ¶Alio modo aliquid dicitur moueri, aut mouere, aut motũ terminare ratione partis quantitatiuæ. Vbi pro solu- Ad 1. prin. tione primi argumenti tertiò notandũ est, quòd dispositio aut forma, alia est, quæ conuenit rei ratione certæ & determinatæ partis, ut hominem esse crispũ aut aquilinum, aut claudum, aut mancum. Et huiusmodi dispositiones per hoc solum, quòd conueniant parti, simpliciter conueniunt toti. Vnde si capillum

A lum habenti comptum atq; cãdentem capillus ipse mutaretur in crispum, totus homo simpliciter mutaretur in crispum. Et pariter si aquilinus natus mutaretur in simum, totus homo simpliciter fieret simus. Alia est dispositio, uel forma quæ indeterminatæ cuicunque parti conuenit, ut albedo, calor. &c. Et de his aiunt dialectici ad hoc, q̃ scutũ sit albũ, requiri, ut maior eius pars secũdùm quodlibet sui sit alba. Et de istis inquit Arist. q̃ id, quod mouetur secundùm partem, nõ mouetur simpliciter, alias idem moueretur simpliciter simul motibus contrarijs, ut si secũdùm unã partem calefieret, & secundùm aliã fri-
B gefieret: aut si hõ unã manum eleuaret sursum, aliãq; moueret deorsum. Mouetur ergo solùm secũdùm quid sursum, & secundùm quid deorsum. Quod autẽ ambulat secundùm pedes simpliciter ambulat: quia non põt secundùm aliam partẽ ambulare. ¶ Attamen illæ dispositiones, quæ possunt idifferẽter cuilibet parti cõuenire: aliæ sunt, quæ si integrè non insint toti, non denominant totũ, ut sanitas: licet enim homo reliquũ corpus habeat sanum, si caput habeat infirmum, totus homo est infirmus: quia sanitas dicit integram dispositionem corporis, ob idq; si totum residuum corpo-
C ris est sanum & unica pars infirma, quãdo illa pars sanatur, totus hõ categorematicè simplicitur sanatur, sicut simpliciter totus erat infirmus. At uerò, qñ homo habet multas partes infirmas, ut pectus, & oculum & manum, licet sanetur secundùm unã, nõ simpliciter sanatur. Et sic itelligitur exẽplũ Arist. q̃ qui sanatur secundùm pectus, aut secundũ oculũ, non simpliciter sanatur. ¶ Atque adeo solutũ restat primũ argumentum cũ prima confirmatione. Et pariter ex 2. notabili dissoluitur secunda. Si enim, qui discit artẽ ædificatoriam sciebat aliẽ artẽ, nõ fit simpliciter artifex: & si autẽ nullã sciebat, fit artifex mediatè tanquam effectus remotus & uniuersalis. Et pariter, qui fit per se theologus, fit sciens, si ante nullã habebãt scientiam. D
Ignis autem simpliciter ascendit ad cõcauum lunæ, uersus quacunque partem illuc mouetur. sicut, qui ab Italia uenit Salmaticam, simpliciter uenit in Hispaniam, tanquã ad locum communẽ. Sed si quis ueniret Segobia Salmanticam, non simpliciter moueretur ab Hispania in Hispaniam.

¶ Post hanc distinctionem sequun- Prima cõ
tur tres conclusiones. Prima est in tex. clusio.
3. ex quinq;, quę in motu considerãtur. Agens, subiectum, tempus, terminus à quo, terminus ad quem. Subiectum tãtùm est, quod mouetur. Cuius ratio est quod moueri est dispositionem, aut formam, aut locum mutare, ut successiuè E
fit sub utroque termino, cum enim lignum mutatur de albo in nigrum, albũ sub illa ratione non manet nigrum, & nigrum non erat sub albedine, sed solùm lignum est, quod est sub utraq; forma. Agens uerò inquantùm agens non mouetur per se, ut 3. huius, text. 17. dictum est, licet per accidens contingat quandoq; repati. Nec locus, in quo fit motus, mouetur ea ratione, qua est locus, ut lib. 4. tex. 41. dictum est. Nec tẽpus mouetur: quia est mensura motus & motus ipse non mouetur, ut tex. 11. sententia est Aristot. Restat ergo conclusio, quòd solùm subiectum propriè mouetur. ¶ Vnde ad secundũ argumen- Ad 2. prin.
tum concessio, q̃ motus sit fluxus, ne- F
gatur, quòd qualitas quãdo acquiritur, moueatur. Nec moueri idem est prorsus, quòd rem aliqualiter se habere: sed est aliquid pari, aut recipere, aut habere se per modum patientis, aut recipiẽtis, & forma, uel substantialis uel accidẽtalis, quando acquiritur non patitur nec aliquid recipit, sed est illud, quo substitutum patitur. Secus est de anima recipiente qualitates spirituales: quæ saltẽ dum est separata, quodammodo mouetur, licet cùm est coniuncta, homo est, qui intelligit & amat. Et quantitas in sacramento altaris, quia per se subsistit, mouetur ad motum subiecti. ¶ Se-

A eunda conclusio est in tex. 4. Motus sortitur speciē à termino ad quem, ut calefactio dicitur, non quia est à calore, sed quia est ad calorem. Etenim, ut substantiæ sortiuntur speciem à forma à qua habent esse, ita & potentiæ & habitus & actus sortiuntur speciem ex obiecto quod se habet ut forma eorum. Diffinitio enim propria uisus est, ꝙ est sensus percipiendi calorem: auditus, quòd est sensus percipiendi sonum &c. Et ita in habitibus: temperantia est uirtus circa delectabilia tactus, fortitudo est uirtus circa pericula belli, geometria est scientia de quantitate continua. Arithmetica de discreta &c. Et hæc est doB ctrina Philo. 2. de anima textu. 33. ubi ait, quòd obiecta sunt priora, quàm actus: actus uerò priores, quàm habitus: & habitus quàm potentiæ. Priores scilicet natura, & fine, sunt enim potentiæ & habitus propter actus, & actus propter obiecta. Hac ergo ratione motus denominantur à termino ad quem.

¶ Vnde ad tertium argumentum negatur, quòd motus localis non comprehendatur sub hac conclusione, ascensus enim in motibus naturalibus elementorum est motus sursum, & descensus motus deorsum. In cœlo uerò, quia non sunt species diuersæ motus nō ita distinguuntur, licet motus planetarum dicatur contrarius motui primi mobilis, quia est ad orientem: & motus primi mobilis ad occidentem. ¶ At confirmatio uerò negatur, quòd creatio denominetur à termino à quo: immò sicut generatio est mutatio, qua acquiritur substantia, ita creatio hominis, aut creatio equi, si haberet propriū nomē illud quidē haberet à termino productō. Et ideo creatio cęli & creatio terrę differunt specie, quia termini, ad quos, differunt specie. At quia non possumus explicare differentiam inter generationem & creationem, nisi ex parte subiecti aut termini à quo, propterea diffinitur creatio, ꝙ sit productio ex nihilo.

¶ Hinc sequitur, ꝙ desitio panis dū consecratur, licet definat esse quò ad materiam & formam, nō est annihilatio: nō ex eo, ꝙ restent illic accidentia, sed ex eo, quòd illa desitio non per se terminatur ad nihil: siquidem ex institutione diuina uirtute uerborum desinit panis, ut succedat substātia corporis Christi quę se habet tanquam terminus ad quem. Ideoq; proprio nomine dicitur trā substantiatio. At uero res est iam theologi. ¶ Tertia conclusio est in textu. 6. De motu per accidens (siue sit ex parte mobilis, siue ex parte motūs, siue ex parte termini) non pertinet ad physicum considerare. Nam scientia, ut habetur 1. post. text. 19. procedit ex principiis, E quæ sunt necessario & per se causæ conclusionis: cum ergo physica tractet de motu, & hic propriè intentio sit diuidere motum in suas species, solus diuidendus est motus per se. quoniam species, motus per accidens sunt indefinitæ. ¶ Vnde ad quartum argumentum respondetur, quod quamuis in tracta. de causis non fuisset disputandum de omnibus causis per accidens (quia sunt infinitæ, & ideo non cadunt sub arte) nihilominus, quia erat solemnis sententia philosophorum, fortunam esse causam per se, necessarium fuit tractare de illa, ut demonstraretur esse causam per accidens. Nulla est nunc tamen similis necessitas dicendi de motibus, aut mo F bilibus per accidens.

¶ Secunda distinctio est in text. 7. Quatuor modis mutari quid cōtingit, s. aut de subiecto in subiectum, aut ex non subiecto in non subiectum, aut ex non subiecto in subiectum, aut ex subiecto in nō subiectum. Cui annectit hanc quartam conclusionem. Tres tantum istarum sunt propriè mutationes. Nam secunda illa mutatio, quæ est ex non subiecto in non subiectum, non est per se propriè mutatio: eo quòd eiusmodi termini non propriè opponuntur, mutatio uerò non est nisi inter terminos oppositos aliquo genere oppositionis. Distinctio hæc atque conclusio satis

2. Conclu.

Ad 3. prin.

Creatio unde denominetur.

D

3. Conclu.

Ad quartū

Secunda dist.

4. Conclu.

A satis in commentis expositæ sunt. Nec quicquam habent nouæ difficultatis.

3. Distinc. ¶ Tertia distinctio est ibidem. Mutatio secundùm contradictionem, quę est ex non subiecto in subiectum, atque adeo dicitur generatio, alia ē generatio simplex (ut cum ex non aere fit aer) & alia secundum quid: ut cùm ex non albo fit album. Distinctio hæc sumitur ex diuersa ratione entis: etenim ut ens simpliciter solùm dicitur de substantia, ad cidens uerò non est ens: sed entis ens, (ut habetur 7. meta. text. 2.) ita productio substantiæ simpliciter dicitur generatio: productio uerò accidentis;

1. Cõclus. generatio secundùm quid. ¶ Quinta

B continuò subiungitur conclusio. Generatio simpliciter non est motus. Hãc conclusionem probat Phi. tribus rationibus. Prima est, quam super tex. 8. uberius exposuimus. Omne, quòd propriè mouetur, est ens actu manens sub utroque termino (nam cùm motus sit accidens, præsupponit ens simpliciter in actu) cùm autem ex non aqua, scilicet ex aere fit aqua, neq; aer mouetur motu generationis, quippe qui corrumpitur neque aqua quia illa non erat sub termino à quo: materia autē, quæ manet sub utroque termino, non est ens actu. ¶ Hinc infert Phi. quòd generatio secũdùm quid, scilicet accidentalis (ve

C cùm ex non albo fit album) est quidem motus, per accidens tamen, eo quòd non album accidit ligno, quod per se mouetur. Pari ratione probatur, quòd corruptio simpliciter (ut cùm ex aere fit non aer) non est motus: corruptio autem secundum quid, ut cum ex albo fit non album, est motus per accidens ratione subiecti. ¶ Hinc ergo concludit tex. 9 quòd sola mutatio ex subiecto in subiectum, & ea quidem accidentalis, ubi ens simpliciter in actu subiicitur utrique termino, est motus. Generatio autem retinet nomen mutationis, eò quod res, quæ generatur, est quod non erat: & pariter corruptio est mutatio, eò quòd id, quod est, non erit. ¶ Ratio secunda eadem fermè est in eodē tex. 8. Si aliquid moueretur motu generationis, maximè, materia, quæ manet sub utroq; termino: sed illa non, quia nihil mouetur, nisi quod est in loco (nihil enim mouetur, nisi uel localiter, vel præsuppositio motu locali, quo agēs applicatur passo) materia uerò cùm habeat per se quantitatem, nisi ratione totius, non est per se in loco nisi ratione totius. ¶ Tertia ratio est in tex. 10. ubi probat non esse motum ad substantiã, propterea quòd substantię nihil est cõtrarium. Ratio ergo est hęc. Omnis motus est à contrario in contrarium (nam omnis motus ē inter oppositra, & inter oppositа cõtradictorię iam ostẽsum est

E nõ esse propriè motũ) generatio aũt est productio substãtiæ: & substãtię nihil ē contrarium, ergo generatio nõ est mõtus. ¶ Et hinc elicitur sexta conclusio. 6. Cõclus. Omnis motus est à contrario in contrariũ. Probatio elicitur ex tex. 9. Omnis motus est inter terminos oppositos: sed inter terminos contradictione oppositos (ut sunt non album & albũ, non aer & aer) non est motus, ut dictũ est: ergo omnis motus est inter contraria. Quod Arist. ait de subiecto in subiectum, ut ex albo, aut medio colore coloratum in nigrum: aut ex nigro in album, uel medio colore coloratum. Nã medium, ut illic dictum est, quodam-

F modo contrariatur extremis.

¶ Vnde ad quintum principale argumentum quantùm ad primam attinet partem illius causalis respondetur primò, quòd licet nonnulli putent eò generationem non esse motum, quia non est successiua, Aristote tamen non affert hic hanc rationem, sed eas, quas commemorauimus: obidque licet qualitas incipiat esse in instanti, nihilominus alteratio est uerè motus: quia id, quod subiicitur qualitati, est ens in actu: & è conuerso, licet forma substãtialis reciperet magis & minus esset-que intensibilis & remissibilis successiue (ut tertio cœli est opinio Cõmentatoris Ad quītũ.

A tatoris de formis elementorum) nihilominus acquisitio earum nõ esset motus: quia tales formæ non aduenirent enti in actu, sed materiæ primæ: quæ non propriè dicitur moueri. ¶ Secũdo distinguitur, quòd forma substantialis acquiratur successiuè: acquiritur enim de per accidens successiuè non tamen de per se. Successio enim motus alia est ratione extẽsionis, qua prouenit ex parte subiecti maioris uel minoris: & hæc est de per accidẽs, accidit enim formæ, quòd per maius aut minus subiectum extendatur. Et talis successio conuenire potest generationi, ut probat argumẽtum. Alia uerò est successio intrinseca

B ratione ipsius motus: quia scilicet de intrinseca ratione terminorum est habere latitudinem & distantiam aut mediorum (ut inter album & nigrum) aut imensionis (ut inter minus & magis album) aut excellẽtiæ & defectus (ut inter minorem & maiorem quantitatẽ) aut locorum: ut est in motu locali. Et ideo in motibus alterationis, augmentationis, & localis est successio. In generationẽ uerò substantiæ non est talis successio, eò q̃ cùm perfectio & quiditas substantiæ consistat in indiuisibili, in instãti incipit, aut definit esse. Sed tota successio est in præcedente alteratione, qua forma contraria corrumpi-

C tur. ¶ Ad secundam partem eiusdẽ causalis respondetur: illam esse unam causam, cur generatio nõ ẽ motus. Et ideo negatur substantiæ aliquid esse contrarium eo modo, quo hic loquitur Aris. de contrarietate, ut statim patebit.

¶ Igitur pro solutione sexti principalis argumenti notandum est: quòd tripliciter quantum ad rem pertinet accipitur contrarietas. Vno modo proprie: & est oppositio duorum extremorum maximè distantium sub eodem genere: inter quæ est quædam, aut mediorum aut intensionis latitudo, ut diffinitur ab Aristo. 5. meta. tex. 15. ut est inter album & nigrum, calidum & frigidum. Et hæc non est propriè, nisi in genere qualitatis: ubi reperitur magis & minus ut lib. 1. q. 4. dicebamus. Secundo modo accipitur paulo latiùs pro oppositione duorum extremorũ, quibus repugnat esse simul, inter quæ est aliqua latitudo & distantia: siue ea sit secũdum intensionem, siue secundùm excellentiam & defectum, siue secundùm distantiam localem. Et hæc contrarietas non est in genere substantiæ, nam substantiæ sunt sicut numeri, quarum esse consistit in indiuisibili. & ideo licet homo. v. g. excedat equum, non est tamen inter illas species talis latitudo, ut inferior possit crescere ad perfectionem superioris: sicuti quod est album, transeundo per media fit nigrum, & qualitas intensa, ut unum, uenit ad intensionem, ut octo, & pedale fit decupedale, & quod est in uno loco, fertur in aliũ. Qua de causa, ut dictum est, in his tribus speciebus motus est successio: in generatione uerò substantiæ minimè. Tertio modo accipitur cõtrarietas pro oppositione inter duas differentias diuidentes idem genus quarum una semper est imperfectior altera, atque adeo se habet ut priuatio alterius. Quã Phi. 10. meta. tex. 15. appellat primam contrarietatem: & eam ait esse in vno quoque prædicamento, ut in prædicamento substantiæ corporeum & incorporeum, sensibile & insensibile, rationale & irrationale: & in prædicamento ad aliquid simile & dissimile &c. Et hoc modo dixit lib. 3. huius text. 5. omnes terminos motus habere se quodãmodo ut formam & priuationẽ, ut in motu alterationis nigrum (quia est imperfectius) est priuatio alibi: & in augmentatione minus est priuatio maioris: & in motu locali deorsum est priuatio huius, quòd est sursum. ¶ Vnde ad argumẽtum respondetur, quòd quamuis quantitati propriè nihil sit contrarium, nihilominus maior & minor quantitas, ut sunt termini augmenti, contrariantur, & etiam locus sursum & deorsum.

Cõtrarietas tripliciter.

¶ Ad confirmationem uerò primam respon-

A respondetur, quòd etiam in motu circulari cœli est contrarietas terminorũ partialis motus: putà ab oriente ad occidentẽ, & inter quæcunque alia puncta distãtia. Et pariter in motu progressiuo animalis locus à quo & locus ad quem cõtrariantur, quia distant per aliquam latitudinem. ¶ Ad secundã confir. conceditur, quòd propriè illuminatio aeris non est motus, quia non est à contrario in contrarium: sed à priuatione luminis ad lumẽ: & ut lib. 4. q. 3. adnotauimus quando terminus à quo est mera negatio, aut priuatio nihil repugnat mutationem fieri in instãti, eò quòd non est necessaria corruptio for-
B mæ contrariæ. Immò ex non habente calorem fit habens colorem in instanti: siue calor incipiat esse in subiecto per primum sui esse: siue (quod magis credo) per ultimum non esse. Non tamen fit ex frigido calidum in instanti: nam calidum non dicitur quicquid habet calorem, sed quòd habet caloris plus quàm frigiditatis. ¶ Colligitur hic tandem regula ex mente Aristot. quòd quando ambo termini motus sunt positiui, motus nõ potest fieri in instanti: ut ex calido in frigidum, aut ex albo in rubeum, aut ex certa intensione caliditatis, ad aliam certam intẽsionem, aut
C ex certa intensione quantitatis ad aliã certam extensionem, aut ex loco ad locum. Quando uero termini explicantur contradictoriè (quia contradictionis non est medium, ut habetur text. 9.) mutatio potest fieri in instanti: ut ex nõ aere fit aer, ex non illuminato illuminatum &c. De motibus spiritualibus nihil hic loquimur.

¶ Septima ergo & postrema conclusio est in calce primi capitis: qua respondetur ad quæstionem. Tres sunt tãtum species motus, alteratio, augmentatio, & motus localis. Quæ quidẽ ex supra dictis manifestè sic colligitur. Mutatio est aut ex non subiecto in non subiectum, aut ex nõ subiecto in subiectum, aut ex subiecto in non subiectũ, aut de subiecto in subiectum: & prima D
non est propriè mutatio, secunda uerò & tertia (quæ sunt secundùm contradictionem) non sunt propriè motus, ergo solùm quartum genus mutationis (quod est à contrario in contrarium) est propriè motus. Contraria uerò (ut in proposito accipiũtur) sunt in tribus tantùm generibus, scilicet qualitatis, quantitatis, & loci ergo tres istæ tantum sunt species motus. Alia ratio, atque adeo potissima, adijcitur, quæstione statim sequenti. Ad 7.
¶ Vnde ad septimũ principale respondetur, quòd rarefactio compræhenditur sub motu augmentationis: quia est motus à minori ad maiorem extensionem quantitatis. E
Subsequitur cõtinuò quæstio secũda.

Tex. xviij. Relinquitur secundum qualitatem, &c.

Quæstio Secunda.

VTRVM AD TRIA TANTUM prædicamenta sit per se motus

A Parte negatiua arguitur primo. Ad quantitatem nõ est per se motus: ergo pars negatiua quæstionis uera. B
Probatur antecedens. Si aliquis esset motus ad quantitatem, maximè augmentatio, per augmentationem uerò non per se primò acquiritur quantitas; sed substantia: fit enim augmẽtario prius dicta (ut patet in uiuentibus) per additionem materiæ & formæ ex alimento, ad quam additionem consequitur maior quãtitas: ergo augmentatio non est motus ad quantitatem. ¶ Secũdò principaliter arguitur. Ad qualitatẽ non est per se motus: ergo non ad tria prædicamenta est per se motus. Probatur antecedens. Si ad genus qualitatis est per se motus, ad quamlibet eius speciem esset per se motus, quia quod per

se

A se conuenit generi, cuilibet speciei cõuenit: consequẽs tamẽ est falsum: quia ad figuram nõ est per se motus: motus enim omnis est à contrario in contrariũ (vt e. proxima dicebamus) figurę autem nihil est contrarium, sicut nec recipit magis & minus, triangulus, enim vnus nec est magis nec minus triangulus quàm alius: neque est qualitas actiua, nec ex actiuis resultans, ut habeat contrarietatem cum alia figura. ¶ Tertio principaliter arguitur. Motus localis est per se ad locum, ut tex. præsenti dicit Arist. locus autem est de prædicamento quantitatis, ut lib. 4. dictum est: ergo duo tantùm sunt prædicamenta,
B. ad quæ est per se motus: putà qualitas & quantitas. Quòd si quis dixerit locũ accipi in præsentia, pro ubi, quod est unum ex sex ultimis prædicamentis, tunc aliter arguitur. Prædicamentum, ubi, solùm addit super locum relationem locati ad locum. (ibi enim nihil aliud est, quàm esse in loco) sed ad, vbi, est per se motus, ergo ad relationem est per se motus: quod est contra Aristot. tex. 10. ¶ Quartò principaliter arguitur, quòd non tantum ad tria prædicamenta sit per se motus. Ad prædicamẽtum actionis & passionis est per se motus ergo ad plura, quàm ad tria. Probatur antecedens. Actio est relatio, qua
C agens denominatur agere, & passio est relatio, qua passum denominatur pati: sed ex motu. v. g. calefactionis per se primò resultat in agente relatio actionis, & in patiente relatio passionis (siue sint res numero distinctæ à fundamentis, siue non) ergo ad actionem & passionem est per se motus. ¶ Et quintò arguitur. Illius actionis, qua quis se uestit per se, prius terminus est uestitum esse, quod est de prædicamento habitus: & illius motus, quo stans, sed & per se primus terminus est sedere (quod pertinet ad prædicamentum situs) ergo ad prædicamentum habitus & ad prædicamentum situs est per se motus, & per consequens non ad tria tantùm prædicamenta. ¶ In contrarium est
D authoritas Arist. in hoc tex. 18. & in toto capit. secundo.

¶ Quæstio hæc apud Arist. non est distincta à priori nam cùm motus à termino sortiatur speciem (ut tex. 4. dictum est) idem est tres esse tantum species motus. & ad tria genera rerum esse per se motus. Fecimus tamen quæstiones duas, propterea quòd apud Scotum est peculiaris difficultas, an ad relationem sit per se motus. Et ideo quæstio duos habebit articulos. In primo enim respondebitur ad quæstionem ex sententia Arist. & in secundo disputabitur, an ad relationẽ sit per se motus.
E ¶ Et primum omnium uanus est labor, quo nonnulli uexantur, ut explicent, quid sit ad aliquem terminum esse per se motũ: sanè cùm uerbum ipsum per se sit manifestum. Ad rem enim aliquã esse per se motum aut mutationem, nihil aliud est, quàm esse illud, quod per se primò, & non ratione alterius acquiritur per motum, ad illud autem nõ est per se motus, quòd non per se primò producitur, sed consequitur ad productionem alterius. V. g. ad substantiã est per se primò generatio: nam quòd per se primò fit generatione hominis, est homo: intellectus autem & uoluntas & aliæ passiones (si realiter distinguantur à subiecto) non per se primò gene-
F rantur, sed consequuntur ad generationem hominis, & me existente albo, si ethiops albus fiat, motus ille per se est ad albedinem: non tamen est per se primò ad relationem, qua sit mihi similis: quia illa consequitur ad productionẽ albedinis. Quò circà cùm dicit, quòd ad rem aliquam (putà qualitatem) est per se motus, ly per se non fertur super ly, motus sed super, ly quantitatem.

¶ At uerò quidam ex his, qui tenent quantitatem non distingui à re quãta, sed rem quacunque (siue substantia sit, siue accidens) esse suam quantitatem, non recipiũt hanc expositionem. Aiũt enim, quòd augmentatio non dicitur

motus

A motus ad quantitatem, idcirco quòd per eam acquiratur quantitas: nam tũc (inquiunt) & generatio & alteratio essent motus ad quantitatem, eò quòd tã substantia, quam qualitas est quãtitas. Et ideo augmentatio ex eo (aiunt) est motus ad quantitatem, quòd uirtute illius mutatur responsio ad interrogationem factam per quantum. ¶ Illi uerũ tamẽ gratis abijciunt & Arist. & modũ loquendi philosophorum. Expresse.n. ait Aristoteles esse species motus, eũ, qui est ad quantitatem, & eũ, qui est ad qualitatem, & eum, qui est ad locum. Quapropter quamuis quis opinetur quantitatẽ non distingui à re quanta tãquam

B re à re, nihilominus quia distinguũtur ratione formali tanquam diuersa prædicamenta (ut in prædicamentis ca. de quantitate dicebamus) augmẽtatio per se primò est motus ad quantitatem: & alteratio ad qualitatem: nam quamuis albedo & calor essent quantitas, nihilominus res per hoc, q̃ calefit, aut albefit, non fit maior, quia per alterationẽ non acquiritur qualitas ea ratione, qua est quantitas, sed ea ratione, qua est qualitas. Et hoc ipsi inuiti concedũt dicẽtes q̃ per augmentationẽ mutat̃ responsio ad interrogationẽ factam per quãtum. Ratio enim huius est, q̃ augmentatio est motus à minori ad maius: generatio uerò, aut alteratio nequaquam.

C ¶ Hoc præhabito respõdet ad quæstionẽ uoica cõclusione affirmatiua. Ad tria tũ genera rerũ est p se motus. ſ. ad quãtitatẽ, qualitatẽ, & ubi. Cõclusio est in tex. 18. quã cõprobat p totũ caput secũdum quatuor aliis propositionibus. Est .n. conclusio exclusiua, cuius negatiuã exponentẽ. ſ. q̃ nõ ad plura, quã tria prædicamẽta, sit per se motus, probat, quia neq; ad substãtiã, neq; ad relationẽ neque ad actionẽ & passionẽ est p se motus. Quod ad substantiam non sit per se motus, probat, quia oĩs motus est à cõtrario in cõtrarium, substantiæ uerò nihil est contrarium. Quod superiori iam q̃stione expositũ dedimus. Vbi hoc ad-

Ad tria tã tũ præ. est per se motus.

notandũ est, q̃ non negat ad generationem per se esse mutationẽ: nam priùs & per se terminus generationis est substantia, tametsi generatio nõ fit motus, ut supra dictũ est. Hinc sequitur, q̃ ad aliquã rẽ esse per se motum nõ est, q̃ motus ordinetur ad illam rem. Alteratio namq; qua ignis calefacit stuppam, ad generationẽ quidẽ ignis suapte natura ordinatur: non tamen per se primò est motus ad substantiam, sed ad calorem, quẽ postea per generationẽ (quę est mutatio) cõsequitur forma substantialis. ¶ Quod aut̃ ad relationẽ non est per se motus, probat sic. Ad illam rem nõ est per se motus, quę aduenire potest subiecto, absq; eius mutatione: relatio uerò potest aduenire sine mutatione subiecti, cui accidit: ergo ad relationem non est per se motus. Exemplum est, si cùm ego sum albus, ethiops in India incipiat albefieri, ego enim tunc incipio esse similis illi sine aliqua in me mutatione facta. ¶ Apertissimus est locus ad reprobãdũ relationẽ esse rẽ aliquã distinctam à subiecto. Nã quod gloſſant Arist. intelligere, q̃ subiectum nõ mutatur accidente absoluto, nihilominus mutatur accidente non uo respectiuo (gratis dictum) Arist. nãq; simpliciter ait subiectũ non mutari per hoc quod fit simili alteri. At si similitudo esset res distincta, expresſ sset, q̃ non mutatur per acquisitionem accidentis absoluit: cũ autem simpliciter dixit nõ mutari, manifestè intelligit relationem non esse accidens distinctũ: ut albedo, uel calor distinguitur a subiecto. Vnde S. Tho. in hoc loco simpliciter ait, q̃ cum aliquis acquirit quantitatẽ, quam ego habeo, ego efficior illi æqualis sine eo, q̃ res aliqua noua mihi accrescat. Sed de hoc satis diximus in prædicamentis. c. de ad aliquid. At quãuis relatio non distinguatur à subiecto, ut res à re, distinguitur tamẽ ratione formali tanq̃ accidens alterius prædicamẽti. Et ideo nõ est negandũ, quin mihi accidat esse similem uel dissimilem, q̃ualem uel inæqualẽ &c. ¶ Quod deniq; ad

Relatio nõ distinguitur à subiecto numero.

actionem,

A alionem, uel passionem non fit per se motus (quia in hoc erat plus difficultatis) probat Phi. septem rationibus. Prima est, quia cum durante motu simul debent esse terminus à quo, & terminus ad quem sub gradibus remissis, si motus esset ab una mutatione ad aliã, necesse esset duas mutationes esse, simul, & in fine motus manere mutationem, quæ est terminus ad quem: consequens tamen est falsum, quia cum quis sanatur non est necesse tunc simul aliã mutationem esse, neq; in fine manere mutationem aliquam: eò quòd posset tunc, quod mouebatur, perfectè quiescere. ¶ Et confir. Si motus esset ab una

B mutatione in aliam, illæ deberent esse contrariæ, quoniam omnis motus est à contrario in contrarium. & cum termini motus debeant esse simul in gradibus remissis, sequeretur, quòd simul essent ęgrotatio & sanatio: quod est impossibile. ¶ Secunda ratio est, quia si generationis huius ignis esset alia generatio, eadem ratione illius secundę esset alia: & sic esset processus in infinitum: & per consequens nulla daretur prima generatio: & cum omnes illæ deberẽt esse essentialiter subordinatæ, si non daretur prima, non esset possibile uenire ad istam. ¶ Tertia est. Si generationis esset generatio, etiam generationis esset corruptio: quia quicquid generatur

C corrumpitur: si autem generatio corrũperetur, cum id, quòd corrumpitur, par tim fit, & generatio non fit nisi in fieri, sequeretur, quòd aliquid dum fit, simul corrumperetur, quod uidetur impossibile. ¶ Quarta, si generationis huius ignis esset alia generatio, necesse esset signare aliam materiam illius generationis à materia, ex qua generatur ignis quæ tamen non est signabilis. ¶ Quinta ratio est. Termini motus debent esse hoc aliquid, ut hæc aqua, & hic aer, hoc album & hoc nigrum: motus uerò non est hoc aliquid, sed uia ad hoc aliquid: ergo ad motum nõ est motus. ¶ Sexta ratio est, si mutationis in genere est mutatio, etiam in specie, disciplinationis est disciplinatio, & calefactionis calefactio: attamen disciplinatio non est motus ad disciplinationẽ: sed ad scientiam: & calefactio non est motus ad calefactionem, sed ad caloręm: ergo. ¶ Postrema ratio est. Si motus est ad motum, ita ut motus moueatur: cũ tres sint species motus, sequitur, quòd quilibet mouebitur promiscuè quolibet motu: itaut alteratio alteretur & augeatur & moueatur localiter: & augmentatio augeatur, moueatur localiter & alteretur: & motus localis localiter etiam moueatur & alteretur & augeatur, quòd est absurdũ. Rationes istæ numerosius in commentis extant expositæ: quæ satis proinde fuerit hic in summam colligere. At uerò, quòd ad, quando, non sit per se motus, relinquit tanquam notum: quia cùm tempus sit mensura & duratio motus, sicut motus non est ad motum, ita neq; ad tempus. ad habitum autem & situm, quia includunt relationem, ea ratione nõ est motus, qua neque ad relationem. Et sic pãtet exponens negatiua. ¶ Affirmatiuam uerò exponentę, scilicet ad dicta tria prædicamenta esse per se motus (quæ est quarta propositio) probat tex. 18. quia in ijs prædicamentis reperitur cõtrarietas sufficiens ad rationem motus. Quod q. 1. iã satis interpretati sumus.

D

E

F

¶ Per hæc facile argumenta duò principaliter soluuntur. Ad primum enim negetur, quòd per augmentationẽ per se primò acquiratur substantia: Quinimò per se primò acquirit quantitas uel extensior & pariter per decrementum per se primò deperditur quãtitas. Est enim duplex augmentatio: ut 1. de generatione uidebimus, alia propriè dicta ut augentur uiuentia per alimentum, & alia impropriè dicta, ut est rarefactio. Hac quidem secũda (ut cùm certa rarefit, aut corium extenditur) nec substãtia acquiritur, nec noua quãtitas: sed prior quantitas extenditur: & sic solùm acquiritur noua extensio, ut

Ad pri. argum. pri.

illic

illicò uidebimus. Tametsi alij probabiliter dicant, quòd acquiritur noua quãtitas. Sed utrũ liber dicatur, nihil refert ad solutionem præsentis argumenti. Augmentatione uerò propriè dicta conceditur, quòd si adiectio nouæ partis substantiæ: attamen, quia non producitur nouum suppositum substantiæ; sed id, quod erat minus fit maius, per se terminus illius motus est quantitas, id est eadem substantia sub maiori quãtitate. In quo differt à generatione: cuius per se terminus est nouum suppositum substantiæ. Id, quod manifestum fit ex modo loquendi. Cùm enim homo generatur, dicimus, quòd fit homo: cum uerò puer adolescit, non dicimus, quòd fit homo, sed quòd homo fit maior. ¶ Ad secundum principale respondetur, quòd non dicitur per se esse motum ad qualitatem: quia ad omnem eius speciem fit per se motus, sed quia particulariter ad aliquas eius species est per se motus: potissimum ad passiones & passibiles qualitates: deinde ad habitum & dispositionem. Ad naturalem uerò potentiam non est per se motus nec mutatio, sed illæ consequũtur ad generationem substantiæ. Terminus enim per se generationis hominis est homo: intellectus uerò & uoluntas, & siquæ aliæ passiones realiter distinguantur, congenerantur: quia fluunt ex natura hominis. Figura aliquando producitur per motum localem, ut cùm recta uirga uertitur in circulum. Et illius motus, per se primus terminus est locus partium: ad quem consequitur situs & figura. Et pariter cum statua sculpitur per se primus terminus illius motus localis est separatio partium, quam & cõsequitur figura. Et proportionabiliter in pictura & scriptura, attramentũ mouetur localiter: cuius motus per se primus terminus est locus, & situs partium, figura uerò consequitur tanquàm quid comproductum. Ad tria reliqua argumenta articulo sequenti respondetur.

A

B

Ad secundum.

C

¶ In articulo secundo circa materiã trium sequentium argumentorum disputare superest, an ad relationẽ sit per se motus. Extat enim de hac re sententia Scoti 3. sent. d. 1. q. 1. & lib. 4. d. 6. q. 10. & d. 13. q. 1. & quol. ult. art. ult. quæ tribus propositionibus comprehenditur. Prima est hęc. Duplex est relatio, alia intrinsecus aduenies, alia extrinsecus aduenies. Relatio intrinsecus aduenies (ut ait quolibetato) est illa, quæ statim necessario consequitur positis fundamento & termino, ita ut non stet hęc ambo esse, quin sit relatio, ut patet nitas & similitudo. Non enim stat patrem & filium esse, quin sit filiatio, nec stat unum ouum esse simul cum altero, quin sit unius ad alterũ similitudo. Relatio uerò intrinsecus aduenies est illa, quæ non statim positis fundamento & termino necessario consequitur, sed stat ambo simul esse, quãdo illa relatio non consurgit. Subiiciunt exemplum discipuli eius in propinquitate, quæ est inter me modò & basilicam nostri conuentus, stat enim me esse & basilicam esse, quando non sit talis propinquitas, ut potè si ego essem Romæ.

D

Articul. 2.

E

¶ Secunda propositio est hæc. Sex ultima prædicamenta omnia sunt rationes extrinsecus aduenientes. Probatio eius est huiusmodi. Prędicamenta illa sunt relationes, & non sunt intrinsecus aduenientes, ergo sunt extrinsecus. Maior probatur, quia, ubi. v.g. ne quòd est locatum ne quòd locus sed in loco esse, puta in gymnasio uel in foro, ut ait Ph. esse autem in loco, præter locum & locatum, nihil addit, nisi relationem loci ad locatum, ergo, ubi, est relatio. Minor uerò. s. quòd non est intrinsecus aduenięs patet, quia aliàs pertineret ad quartum prædicamentum. Ergo est extrinsecus aduenies. Quod confirmatur ex ipsa etiam diffinitione: nam stat me esse & hunc locum esse, quando non sit talis relatio, ut si ego essem in alio loco. Eodem modo probat, quod prædicamentũ habitus, puta, esse uestitum, (est rela-

F

tio

A tio ueſtiti ad ueſtem, & prædicamentũ actionis eſt relatio agentis ad paſſum: & prædicamentum paſſionis, relatio patientis ad agens. ¶ Tertia propoſitio eſt. Ad relationem intrinſecus aduenié ſum non eſt per ſe motus: ad relationẽ uero extrinſecus aduenientem eſt per ſe motus. Primã partẽ relinquit tãquã non iam ex ſententia Ariſ. Secũdã uerò probat ideẽ authoritate ipſius hoc modo. Ad ubi, eſt p ſe motus, ut habetur tex. 18. &, ubi, eſt relatio extrinſecus aduenions: ergo ad relationem extrinſecus aduenientem eſt per ſe motus. ¶ Eſt præterea in gratiam Scoti ueriſimilis ratio. Si ad relationem intrinſecus aduenientem non eſt per ſe motus, eius cauſa eſt, quia conſequitur ſtatim poſito fundamento & termino. v.g. quia non ſtat me eſſe album & alterum hominẽ incipere albedinem, quin ambo ſimus ſimiles, ſimilitudo non per ſe producitur; ſed conſequitur ad productionem albedinis: ergo per oppoſitum: cum ſtet me eſſe & hunc locum eſſe, quando non eſt hæc relatio, id, quod primò acquiro per motum, quo uenio ad hũc locum: eſt hæc relatio. Idem dicit lib. 3. loco citato de unione humanitatis ad uerbũ: ſtat enim humanitatẽ Chriſti eſſe, & uerbum eſſe, quando non fit unio: ergo quòd primo acquiritur per aſſumptionẽ humanitatis eſt unio: quę proide eſt relatio extrinſecus aduenięs.

B

C Idem dicit de unionibus formæ ad materiam, & accidentis ad ſubiectum.

¶ Hanc opinionem tractauimus in prædicamento ad aliquid, & in prædicamento actionis: ſed lubet nũc paulò eam preſſiùs exanimare. Etenim, ſi modò cum grauiſſimo authore diſputare liceat, tres potius contrarię propoſitiones (ſalua eius egregia authoritate) ueriſimiliores apparent. Prima eſt. Nulla eſt relatio extrinſecus aduenięs. Primum omnium neque Ariſt. eiuſue interpretes, neque Auicenna, neque phyloſophorum quiſpiam, qui tamen de relationibus copioſe dixerunt, hominis relationũm extrinſecus aduenientium uſquam meminit. Quinimò Ariſ. 5. meta. tex. 20. abundè ſe arbitratus eſt uniuerſas relationes ſubtribus membris ambiſſe, ubi tamen non meminit huiuſmodi relationum. ¶ Secundo aut relationis extrinſecus aduenientis totum eſſet ad aliud aut non: ſinon, certè non eſt relatio, potius quam albedo: ſi ſic, ſequitur, quòd eſt ſpecies relationis quarti prædicamenti: nam illa diffinitione cunctas relationes (quæ uerè eſſent relationes) expreſſit. ¶ Et confir. Relationẽ eſſe intrinſecus, aut extrinſecus aduenientem, non uariat rationẽ prædicamenti: in prædicamento enim qualitatis æque ponuntur qualitates omnes, & quæ ab intrinſeco proueniunt naturales potentiæ, & paſſiones, & quæ accidunt ab intrinſeco: & ideo eſto eſſent relationes extrinſecus aduenientes, ad quartum nihilominus prædicamentum pertinerent: & per conſequens, ſi ſex ultima prædicamenta eſſent relationes, non utique diſtinguerentur à quarto prædicamento. ¶ Tertiò principaliter arguitur. Quando inquit relationem extrinſecus aduenientem nõ conſequi neceſſariò poſitis fundamento & termino, aut intelligit de fundamento & termino proximis, aut de remotis, non de remotis: quia hoc etiam conuenit relationibus extrinſecus aduenientibus: fundamentũ enim & terminus remota ſimilitudinis ſunt ſubiecta, quæ demoniantur ſimilia (putà duo homines) fundamentum uerò propinquum & terminus ſunt rationes fundandi & terminandi relationẽ, ut albedo, quæ eſt in me & albedo quæ eſt in alio: atqui (ut manifeſtum eſt) ſtat eſſe me & alium, quando non ſimus ſimiles. Si uerò intelligatur de fundamẽto & termino proximis, certè nulla eſſet poteſt relatio, quæ non ſtatim neceſſariò ſequatur poſitis fundamento & termino proximis: atque adeo nulla eſt relatio, quæ non ſit intrinſecus aduenięs. At uerò opinio Scoti in hoc

D

E

F

Nulla eſt relatio extrin. aduc.

conſi-

A consistit quòd censet multas esse relationes, quæ præter subiectum, quod denominant, nullum habent fundamentum proximum. Et ideo arguitur aduersus hoc. Primò auth. Aristo. 5. meta. tex. 20. ubi tria ponit fundamenta omnium relationum, ut in capi. de, ad aliquid, exposuimus. ¶ Et præterea id probatur inductione facta relationum, quas ipse ponit extrinsecus aduenire. Vnionis formæ substantialis ad materiam fundamentum & terminus remota sunt forma & materia: quas fateor esse posse, quando non fit relatio unionis: ut potè si sint separatæ. At uerò fundamentum proximum est unitas suppo

B siti, quod constituunt: quam unitatem necessariò consequitur relatio unionis. Per generationem enim, qua forma unitur materiæ, non primò producitur unio, quæ est relatio (ut Scotus existimat) sed certè suppositum substantiæ: aliàs non esset generatio. Et quicquid sit de aliis relationibus, miror sanè, quòd huiusmodi uniones relationes posuerit extrinsecus aduenientes, ad illasque esse per se motus. Nam terminus idem est, quòd finis: & notissimum est finem generationis esse suppositum substantiæ. ¶ Hoc igitur hic animaduertendum est quod hoc nomen, unio est æquiuocum. Accipitur enim pro mo

C tu ipso, aut mutatione, qua aliquid unitur alteri: & tunc terminus per se primus est totum illud resultans. Accipitur etiam pro relatione, qua res dicitur unita: & illa consequitur ad unitatem, quam faciunt partes tanquam ad fundamentum proximum. Et idem prorsus est de unione accidentis ad subiectum. Per motum enim alterationis, qua qualitas producitur in subiecto manifestum est, quòd non per se primò acquiritur relatio unionis, sed certè albedo in subiecto seu album: quod tanquam fundamentum proximum consequitur statim relatio unionis: qua accidens dicitur unitum. Idem que plane cõstat de unione humanitatis ad uerbum. Fundamentum enim & ter- D minus remota sunt humanitas & uerbum, sed tamen per se primus terminus assumptionis certè non est relatio unionis (aliàs unio esset accidentalis, cum terminus esset accidens) sed terminus est unitas suppositi diuini & humani, id est Deum esse hominem: ille enim est assumptionis intrinsecus finis: ad quem consequitur relatio, qua humanitas dicitur unita. Et sic non stat fundamentum proximum esse quin sit illa relatio: & per consequens est intrinsecus aduenies. ¶ Hæc omnia confirmãtur: quia si huiusmodi uniones non essent relatione intrinsecus aduenientes non poneretur in quarto prædicamento: & per consequens in nullo ponetur: quia in sex vltimis nõ ponuntur. Et idem apparet de unione partis integralis ad totum. Cum enim aqua unitur aquæ, relatio unionis non potest esse extrinsecus aduenies: quia cum nõ ponatur in sex ultimis, ponitur in quarto prædicamento: ergo debet habere fundamentum proximum. Quod esse non potest nisi unitas totius, quæ per se est terminus coniunctionis partium. ¶ Idem etiam compertum est in relationibus illis quæ sex ultimis prædicamentis importantur. Relationes enim actionis & passionis intrinsecus E sunt aduenientes (quicquid Scotus locis citatis in quarto dixerit) nam ut relationes actiui & passiui habent proximum fundamentum potentiam actiuam & potentiam passiuam (ut habetur. 5. meta. tex. 20) quas non stat esse, quin sit relatio, ita relationes agentis & patientis proximum fundamentum est motus: eò enim quòd motus calefactionis sit ab igne, ignis denominetur agens, & eò q motus recipitur in aqua, aqua denominatur patiens. Et sic non stat fundamentum illud proximũ esse, quin consurgant relationes. Nec motus per se est ad tales relationes, sed ad calorem: unde illæ resultant. Neq; opus est fundamẽtum esse in eodem su-

A biecto, vbi est relatio: sed satis est motũ fluere ab agente, ut agens habeat relationem actionis. Et hæc fuit doctrina Arist. 3. huius, ut illic super tex. 18. exposuimus. Vnde idem motus numero est fundamentum ambarum relationũ actionis & passionis. Et reuera, quicquid Scot. dicat in 4. d. 6. q. 10. fundamentum proximum Paternitatis non est potentia generandi: nam hæc non sufficit ad rationem patris, sed actu genuisse: iuxta illud 5. meta. tex. 20. pater est, quia generat. Sicuti relationis domini ad seruum fundamẽtum est, cum emisse, aut cepisse in bello, quo fundamento posito, necessariò sequitur relatio: alias esset extrinsecus aduenies: B nam stat homines illos, qui sunt dominus & seruus, esse, quando nõ fit illa relatio: & tũc in nullo prædicamentò poneretur: quia nõ in quarto: & nõ uidet, in quo sex ultimorũ posset collocari.

¶ Secunda conclusio. Sex ultima prædicamenta non sunt relatiua secundum esse, sed secundum dici. Quod est dicere. Non supponunt formaliter pro relationibus, sed pro absolutis, quorũ naturã exprimere non possumus, nisi per ordinem ad aliud extrinsecũ à quo fiũt eiusmodi denominationes. In duobus ergo aliter sentimus, quã Sco. & in hoc, q̃ huiusmodi relationes ait esse C extrinsecus aduenientes, & in hoc, q̃ ait prędicamẽta. Actio, ubi &c. suppone re pro talibus relationibus. Probat cõclusio. Prædicamenta sunt primò diuersa, ut habetur. 10. met. tex. 12. quod é dicere, vnum immediatè negatur de alio; ergo sicut hæc est immediatè uera, substantia aut quantitas non est relatio, ita & hæc relatio nõ est ubi: aut actio, aut passio. ¶ Secundò, Actio & passio, ut sunt generalissima prædicamentorum, nullo modo supponunt pro relatione; sed pro motu, ut lib. 3. latè demonstrauimus. Calefactio namque non est relatio, sed productio caloris: quæ quidem denominatur actio inquantũ est ab agẽte, & passio inquantum recipitur in patiente. Quapropter toto illic capit. 3. D probat Phi. q̃ idem motus est actio & passio. Vnde relationes illæ non sunt actio & passio, sed relationes actionis, & passionis, ut enim agens ab extrinseco dicitur agens: quia mouet, ita motus dicitur actio: quia est ab agente. Sicuti & scientia non est relatio, sed qualitas absoluta: tametsi eius naturam exprimere nequimus: nisi in ordine ad aliud. Est enim cognitio rei. ¶ Et tertiò, ubi, non est relatio. Est enim in loco & locato tres considerare relationes. In loco est una relatio distantiæ à centro & polis mundi, ratione cuius locus est hic & immobilis: altera est relatio continentiæ, qua continet locatum. Tertia E est in locato, quo continetur à loco. Sive sint tres distinctæ, sive non, nihil refert, Et relatio, per quã exprimitur prædicamentum, ubi, neutra illarũ est, quę sunt in loco, sed illa, quæ est in locato. Est.n. ubi, esse in loco, puta ĩ gymnasio, uel in foro, ut ait Phi. in prædicamentis. In quo sermone exprimitur relatio nõ loci ad locatum, sed locati ad locũ. At uerò quòd, ubi, non supponat pro tali relatione, licet per illam exprimatur, patet, quia esse in loco, certè nõ est relatio: nam suum esse, nõ est solùm esse ad aliud: sicuti esse simile, aut esse æquale, aut esse duplum, sed est habere circunstantem locum, uel potius habe F ri ab illo: sicuti esse uestitum, non est relatio, sed habere circũamictam uestẽ. Itaq; sicut rem esse albam est habere in se formaliter albedinẽ: ita, ubi, & habitus, est habere res extrinsecas absolutas, puta locum aut uestem.

Tertia igitur conclusio est. Ad nullam relationẽ est per se motus. Imprimis Arist. hic tex. 10. & 11. meta. c. 10. uniuersaliter ponit conclusionem: & ideo restrictio, quòd intelligat de intrinsecus aduenientibus, est meræ uoluntaria. ¶ Et præterea conclusio hæc ex superioribus necessario sequitur. Ratio. n. cur Scotus asserit ad relationẽ esse p se motus, ẽ (ut diximus) quia existimat es-

se

A se aliquas relationes, quæ propter subiectum, quod denominant, nullum habẽt proximum fundamentum, quod acquiratur per modum, ad quod consequatur relatio. Inde enim elicit, quòd per motum per se primò acquiritur relatio, at cùm ostensum iam sit nullam esse talem relationem, quæ non habeat fundamentum proximum, consequens est ad nullam relationem esse per se motus: sed motum quemcunq; esset ad fundamentum proximum, ad quod consequitur relatio, ut in relationibus unionum, actionisq; & passionis & dominii monstratum est.

¶Sed ad illud de, ubi, in quo Scot. arbitratur de mente Arist. esse ad relationẽ

B per se motus, respondetur, quòd motus localis per se primò non est, nisi ad locum, ut docet Arist. text. 10. dicens, q motus localis est motus secundum locum. Et ideo dicitur localis, quia per ipsum primò acquiritur locus. Sicuti per motum alterationis acquiritur qualitas. Et quia acquirere locum, & acquirere esse in loco non sunt duo (sicut idem est acquirere albedinem & acquirere habere albedinẽ) & esse in loco est, ubi, pro eodem ducit Aristo q motus localis sit ad locũ & ad, vbi: esse tamen in loco (quod est, vbi, iam probatum est nõ esse meram relationem, sed est continere locum. ¶Et per hoc solutum restat tertium argumentum principale. Conce-

C ditur nanq;, q, ubi, supra, locum & locatum nihil addit, nisi relationem non tamen inde sequitur, q, ubi, supponat pro relatione: uerũ solũ sequitur, q esse in loco, quod est, vbi,) non exprimitur, nisi per respectum ad locum. ¶ Sed extat argumentum, quod nihilominus illa relatio sit extrinsecus adueniens: quippe cùm non possit signari fundamentum proximũ & terminus eius præter locatum & locum: & stat hoc locatum esse & hunc locum esse, quando non sit hæc relatio huius loci ad hunc locatum: vt putà si hoc locatum esset alibi. Respondetur nihilominus, quod si intelligatur per relationem extrinsecus aduenientem, illam, cuius fundamentum non est subiectiuè in subiecto, ipsius relationis: sed est sibi extrinsecum, conceditur quòd relatio importata per, ubi, nõ conuenit locato ratione formæ absolutæ: quæ sit in illo, sicut similitudo conuenit mihi ratione albedinis, quę est in me: sed, ubi, conuenit locato ratione loci quem acquirit: & ideo ad illam non est per se motus: sed ad locum. Nihilominus tamen potest dici inteinsecus aduenies ad hunc sensum, quòd non stat me acquisisse hunc locum, quin cõ surgat in me illa relatio, qua denominor esse in hoc loco: sicut non stat me acquirere albedinem, quin consurgat si militudo, qua sum similis alteri albo. Itaq; me acquisisse hunc locum est fundamentum proximum, ad quod necessariò sequitur relatio. Et idem est fundamentum proximum propinquitatis: eò enim quod ego acquisiui hunc locum non obstat me acquisisse hunc locũ & Petrum scriptorem meum acquisisse eum, in quo est, quin simus propinqui.

D

E

¶Ad quartum argumentum de actione iam satis responsum est, ubi negauimus actionem esse relationem, quinimo est motus. Calefactio enim est motus: qui certè non est per se ad relationem, sed ad calorem, sed eò q motus est abagente dicitur calefactio. Quare illa relatio,

F

à quo motus dicitur calefactio, est in motu ipso & ab illa forsan agens denominatur calefaciens denominatione extrinseca: nisi aliam uelis fingere in agente, à qua dicatur calefaciens, de quo nihil contendo. Ad quintum de prædicamento habitus per idem respondetur, ut ad tertium. Conceditur namq; illius motus, quo quis se uestit aut armat, terminum esse, uestitum esse, & armatum esse, negatur tamen hoc esse immediate acquirere relationem, licet exprimatur per relationem, sed est acquirere uestem, aut arma taliter adantara corpori. ¶Et idem dicendum est de situ. Cum. n. qui sedet surgit, aut q stabat, sedet mo-

Ad 4. prin.

Ad 5. prin.

A tus est per se primò ad nouum locũ secundùm partes. Dicit.n.situs ordinẽ partiũ inter se respectu loci. ¶ Vnde S.Th. 5.meta.lect. 11. ponit differentiam inter quatuor postrema prædicamenta & reliqua. Alia.n.(inquit) præcedunt relationẽ, quę consequitur ad illa ut relatio actionis cõsequitur ad motũ & relatio similitudinis & qualitatis consequitur ad qualitatẽ & ad quãtitatẽ. Hęc tũ quatuor ꝓdicamenta, nec sunt relationes, nec præcedũt, aut efficiunt relationes: sed cõsequuntur (inquit) ad relationes. Vt, ubi, consistit in relatione ad locum, & habitus in relatione ad uestem. Eò enim ꝙ homo habet hunc ordinem
B ad hunc locum, est in hoc loco, & eò ꝙ habet hunc ordinem ad uestem, ad uestitus: & eò quòd partes eius habent hunc ordinẽ inter se, est sedens, aut cubans. Ac deniq; ex eo ꝙ ego habeo hũc ordinẽ ad hunc diem, fui hodie: quod pertinet ad prædicamentum, quando. Atqui de hoc prædicamento sustineri nequit importare relationem extrinsecus aduenientem admissa etiam diffinitione Scoti. Quod est contra ipsum euidens argumentum. Et enim non stat, me esse & hoc tempus esse, quin ego sim hodie. Hæc dixerim non certè contendendi studio. Sed ut cuiuscunq; authoritate obseruata, meum de hac re iudi-
C cium exponerem.

Tex. xxxv. Simpliciter autẽ onum esse &c.

Quæstio Tertia.

VTRVM AD VNITATEM motus unitas tantùm mobilis, termini, & temporis sit necessaria.



PARTE negatiua arguitur. Et primò aduersus id, quod habetur text. 31. scilicet illos motus esse eiusdem generis, quicunq; sunt eiusdem prædicamẽti. Sequeretur enim, ꝙ iidem motus, qui essent eiusdem generis, differrent D
genere: quæ contradictio apparet. Sequela patet in motu albefactionis & motu ægrotationis. Illi namque essent tunc eiusdem generis, quia sunt eiusdem prædicamenti qualitatis: & quòd differunt genere, patet: quia albefactio continetur sub genere colorationis (color enim est genus ad multas species) sub quo tamen non continetur ęgrotatio. Secundò principaliter arguitur contra illud, quod statim illic insinuatur, motus uidelicet quoscunq; esse eiusdem speciei, qui sunt ad terminos eiusdem speciei: eosque specie differre, qui in terminos tendunt specie
differentes. Ascensus aeris usq; ad suũ E
locum naturalem. s. concauum ignis, & ascensus ignis usque ad suum. s. ad cõcauum lunæ, sunt ad terminos differentes specie: & tamen esse uidentur motus eiusdem speciei: quia ámbo tendunt sursum. ¶ Quòd si dixeris illos differre specie, tunc sequeretur, quòd ascensus ignis usque ad mediam regionẽ aeris (ubi retineretur) & ascensus eiusdem usque ad concauum lunæ non essent eiusdem speciei: consequens tamẽ est falsum: quia cùm ascensus ignis à cẽtro terræ usque ad concauum lunæ sit unus motus continuus, singulæ portiones sunt eiusdem speciei cum toto: motus namque differentes specie contiF
nui esse non possunt, ut habetur textu. 39. Idem argumentum fit de ascensu lapidis usq; ad aerem & de ascensu usque ad ignem: & de motu ab albo usq; ad fuscum, & de motu ab albo usque ad nigrum qui uidentur esse ad terminos differentes specie & tamen sunt eiusdem speciei: eò quòd unus est pars alterius. ¶ Tertiò principaliter arguitur. Descensus lapidis è concauo lunæ, usq; ad mediã regionem aeris, & ascensus alterius lapidis proiecti usq; ad idem pũctũ (in quo ambo retinearntur) sunt motus differentes specie (immò sunt contrarii, ut quæstione sequenti uidebimus) & tamẽ sunt ad eundẽ terminũ, ergo unitas

specifica

A specifica terminorum non sufficit ad unitatem specificam motuum. Idem est de motibus ab albo in fuscum, & à nigro in fuscum: & de augmentatione à pedali ad bipedale, & diminutione à tripedali ad idé bipedale. ¶Quarto principaliter arguitur. Motus rectus ab.a. puncto, ad.b. & motus circularis inter eadem puncta habent terminos eiusdé speciei: & tamen differunt specie. Quod si concedatur, propterea quòd sunt per diuersa media, tunc sequitur quòd dealbatio, quæ est à nigro per fuscum, & illa, quæ est à nigro per uiride, differrent specie: quod est contra Ph. text. 13. ubi ait omnes dealbationes esse eiusdé speB ciei specialissimæ. ¶Et cõfir. Generatio & corruptio sunt mutationes differentes specie: nõ tñ propter terminos ad quos, quia terminus ad quẽ corruptionis nihil positiuum est: sed differunt quia una est ascensus ad esse, & alia est recessus ab eodem esse. ¶Quintò principaliter arguitur. Motus naturalis ignis sursum & motus uiolentus lapidis sursum proiecti differunt specie (quia sunt contrarii, ut habetur textu. 56.) & tamen sunt ad eundem terminum specificum, puta sursum: ergo unitas specifica motum non attéditur penes terminos, sed potius penes principium motus: q in motu naturali est intrinsecum, & in C uiolento extrinsecum. Et confir. Motus naturales animalium specie differentium (ut ambulatio, natatio, uolatus) differunt specie, authore Aristotel. 10. Ethi. c. 5. & non ratione terminorum ad quos uel à quibus, quia possunt omnes ad eosdem & ab eisdem terminis esse: ergo unitas specifica motuũ nõ artẽditur penes terminos. ¶Sextò principaliter arguitur de unitate numerali contra illa, quę tex. præsenti. 35. ait Ph. esse necessaria ad huiusmodi unitatem. Si canis ab alto cadens in uia moreretur, idé esset motus canis uiui, & cadaueris quia uidetur esse unus cõtinuus descẽsus: & tamen nõ esset idem subm. Pariter si guttę aquæ cadentis una pars in uia resolueretur in aerem, & alia parsaugeretur per condensationem noui aeris ei appositi. Descensus esset unus: & tamẽ subiectum non esset unum, ergo unitas subiecti non est necessaria ad unitatem motus. ¶Et confir. motus augmentationis (si daretur unus continuus in animali, uel arbore) esset unus, & tamẽ subiectum nõ esset unum, quia semper esset maius & maius. Et idé esset de motu decrementi. ¶Et secundo confir. quãdo lignum successiuè uertitur in ignem, nihil uetat quominus ignis continuò crescat per extensionem formæ in maiorem materiam. Vt. n. lib. 1 q. 4. diceba mus, illa extensio non fit per minima, sed potest esse, q in quocunq; instanti I post primum minimũ, uerum sit dicere immediatè post hoc forma erit in maiori materia. Tũc ergo motus est unus, quia continuus, & tamen ignis semper erit maior & maior, ergo ad unitatem motus nõ requiritur unitas mobilis. ¶Septimò principaliter arguitur. Vnus motus numero esse non potest, nisi forma producta sit una numero, nam sicut unitas specifica termini facit unitatem specificam mõtus, ita & unitas numeralis facit unitatem numeralem, ergo nõ sufficit unitas specifica termini, ut uult Aristo. ¶Octauò arguitur, quòd neque illa requiratur. Si esset necessaria unitas specifica inter partes termini ad quem, F aut inter partes mõtus, ut motus esset unus numero, id maximè esset, quia ut asserit Aristo. ea, quæ differunt numero non possunt esse cõtinua, hoc tamen est falsum, ergo illud nõ requiritur. Minor patet exemplis perquam plurimis. In primis patet in uirga, cuius medietas est uiridis, medietas uerò ficca, quæ licet differant specie, faciunt tamen unũ. Patet itẽ in animali, cuius partes differentes specie, ut ossa carnes & nerui, faciũt unũ. Et quãdo arbor una inseritur alteri differenti specie, ambæ randẽ continuãtur. Item linea circularis & recta differũt specie: & tamẽ possunt esse cõtinuæ, ut patet de chorda & arcu. ¶Et

A postremò specialiter cõfir. de motibus differẽtibus spem, qui possunt esse cõtinui. Si enim lãcea impetu caderet usque ad centrũ terræ, ascenderet in alio hemispherio; & tunc descensus & ascẽsus, qui differunt spem, facerent unum motum continuum; ergo ratio Phi. nulla est. ¶ Nonò principaliter arguitur cõtra unitatem temporis. Quando lapis sursum proiectus rursus cadit, idem est tempus ascensus & descensus: nam in illo pũcto reflexionis, ubi lapis quiescit tempus non interrumpitur: sed semper continuatur: & tamen motus non est unus numero. Si respondeas ascensum & descensum differre spem, & ideo nõ

B posse cõtinuari, arguitur aliter. Si aqua nunc incipiat calefieri & interrupto parumper motũ per remotionẽ ignis rursus autẽ remissionem caloris applicetur & procedat calefactio, tunc mobile est idem, & termini eiusdẽ speciei, & tempus idem: quia nunquam fuit interruptum (tempus enim, quia est mensura primi mobilis, intercidi non potest. ut lib. 4. visum est) & tamen duæ illæ calefactiones non faciunt vnum motum, cùm intercesserit quies: ergo unitas illorum terminorum, nõ sufficit ad unitatem numeralem motus. ¶ In contrarium est sententia Aristote. tex. præsenti 35.

C ¶ Secunda pars huius libri (ut in commentis adnotauimus) est de unitate & diuersitate motus. De qua re q. hæc 3. mota est. ¶ Vbi hoc animaduertẽdum est, ex tex. hic 39. quòd cùm res duobus modis dicatur vna: aut quia indiuisibilis est, aut quia partes eius continuæ sunt: & motus nõ fit unus primo modo, fit, ut ea ratione sit unus numero, qua est continuus. Rursus in rebus permanentibus non est magnum negotium nosse rationem communitatis: quia partes motus non sunt simul, sed sunt in continuo fluxu, operæpretium fuit pluribus uerbis explicare huiusmodi unitatem. Non enim intellectu facile est, quomodo pars præterita & futura faciunt unum motum. ¶ Ad cuius ex D positionem præmittit toto cap. 3. interpretationes illorum sex aut septem terminorum. Vtpotè quidnam sit duas res esse simul, aut seorsum, se tangere, medium habere, consequenter se habere continuas denique, aut continuas esse. Habent enim se huiusmodi termini hoc modo & ordine. Res uniuersæ corporeæ (de his namque habetur in præsentia sermo) aut sunt simul loco aut loco separatæ. De his enim, quæ sunt simul aut seorsum tempore, nihil ad præsens. Simul loco sunt illa, quæ sunt in eodem simul loco adæquato. Qualiter naturaliter duo suppositi corporea esse non possunt, benè tamen E duo angeli: aut supernaturaliter duo corpora glorioſa: aut secundum antiquos ponentes locum esse dimẽliones penetratiuè se habentes cum locato. Et materia & forma ligni sunt simul loco. Eorum autem, quæ non sunt simul loco secundùm se tota, aut ultima, sunt simul, aut non. Vltima esse simul est, q extrema eorum correspondeant eidem puncto loci, ut in commen. expositum est. Si uerò ultima non sunt simul, aut mediat inter illa aliquid eiusdem generis, & tunc non sunt consequenter se habentia. ut primus & quartus homo in alia phalange militum. Si uerò nihil mediat eiusdem generis, illa sunt con- F sequenter se habentia, ut primus & secundus & tertius miles unius, & eiusdem phalantis. Præterea illorum, quorum ultima sunt simul, aut unum est commune extremum, quo ambo uniũtur: & tunc sunt continua. Si uero duo sunt illorum extrema actu diuisa, illa contigua. Et græce dicuntur echomena, quod Boetius impropriissimè uertit, habita, uertisset tamen significantius, adhibita id est sibi adiecta. ¶ Quò fit, ut contiguum non sit superius ad continuum: licet dicat Arist. tex. 26. q continuum est quodam contiguum, id est aliquid addens supra contiguũ. Hæc omnia, cum in commentis sint amplissimè

A fimè expoſita, non poſſent hic citra tædium repeti.

1. Conclu. ¶ His præhabitis reſpõſionem Phi. ad quæſtionem in duos articulos partimur. In primo reſpondebitur de unitate ſpecifica: & altero de numerali. Primus quinque concluſionibus conſtat. Prima eſt in tex. 31. Motus, uelùti quæuis res alia, tripliciter eſſe poteſt unus ſcilicet genere, ſpecie, & numero. Genere ſunt idem (ut habetur 5. meta. tex. 12. (quæcunque ſunt eiuſdem prædicamenti. Et ideo omnes alterationes ſunt inter ſe eiuſdem generis, ſicut omnes inter ſe augmentationes, atq; omnes ab inuicem motus localis, uniuerB ſæque inter ſe generationes. ¶ Vnde Adi. prin. ad primum principale negatur, motus illos albefactionis & ægrotationis differre genere: tum, quia uerbum, differt, includit negationem diſtribuentem: & ideo differre genere infert quòd in nullo genere conueniant: tum ſecundò, quia ut in prædicabilibus cap. de genere adnotauimus, licet genus ſubalternum ſit etiam ſpecies ſubalterna, tamẽ quæ differunt genere ſubalterno ſimpliciter differunt ſpecies. Etenim differre ſpecie (ut habetur loco citato. 5. meta.) eſt differre diffinitione: & genus ſubalternum non diffinitur quatenus genus, ſed quatenus quædam ſpecies, in qua contractum eſt generaliſſimum per C differentiam. Qua de cauſa motus eiuſdem generis diſtinguit hic Phil. textu 31. in motus eiuſdẽ ſpeciei ſpecialiſſimæ, & motus eiuſdẽ ſpeciei ſubalternæ.

¶ Qvid autem requiratur, ut motus ſint eiuſdem ſpeciei, aut ſpem differant ſpecialiſſima (nam de hac eſt ſermo) nõ cõuenit inter neotericos Philoſophos: Alii nanq; ſexcentas multiplicant negatiuas propoſitiones oſtendentes, quod non requiratur: illæ uerò, quia ſine arte ponuntur, ſine numero poſſunt multiplicari. Alii aſſerunt requiſitam eſſe unitatem ſpecificam terminorum ad quos: alii uerò id ſine ratione negant. Albertus denique iunior addit exigi præterea unitatem terminorum à quibus. D Quod Itali quidem reprehendunt. Nã cùm motus (inquiunt) ſit receſſus à termino à quo, nullam inde ſortitur ſpeciem, ſed à ſolo termino ad quem: obidquè penes ſolos terminos ad quos penſanda eſt unitas & differentia ſpecifica motuum. Alii rurſus putant neceſſariam eſſe unitatem principiorum mouentium, alii diſſentiunt.

¶ Vt autem rei ueritas liquidò conſter, fundamentum ex diffinitione Ariſtote. ſumẽdum eſt, qui. 5. met. tex. 12. ea (inquit) differunt ſpecie, quæ diffinitione, atque ea ſunt eiuſdem ſpeciei, quæ eadem diffinitione conueniunt. Nam diffinitio explicat quidditatem, quidditas E autem & ſpecies idẽ ſunt. At uerò quãuis motus in genere diffiniatur, quòd ſit actus entis in potentia (ut lib. 3. ſuper text. 6. expoſuimus) tamen in particulari ſpecies quæcunq; diffinitur per terminum ad quem, ut enim illic habetur text. 4. motus non eſt præter res, ad quas eſt motus. i. calefactio nihil aliud eſt, quàm motus ad calorem, & aſcenſus motus ſurſum & augmentatio motus ad maiorem quantitatem &c. Vnde in hoc tex. lib. 4. à termino ad quem docuit Philoſ. motum & nomen ſortiri & ſpeciem. Id quod S. Thomas repetit. 1. part. quæſt. 23. articu. 1. ad tertium dicens, quòd nihil refert, id quod F eſt album cùm nigrum fuerit, fieri per pallidum. Tametſi Commentator 2. huius. tex. 14. dicat, quòd aliquando in artificialibus motus denominatur à principio à quo. Cuius rationem affert S. Thom. 1. 2. quæſtio. 1. articu. 3. nempe quòd quando motus ſignificatur, ut actio, tunc ſortitur nomen à principio à quo, ut medicatio dicitur à medicina à qua procedit: ſed quando ſignificatur, ut paſſio (quemadmodum in propoſito) tunc, quia unumquodque ſortitur ſpeciem ab eo, per quod eſt in actu, & motus tendit in terminum ad quem tanquam in proprium actum, inde ſortitur ſpeciem.

A ¶Ex hoc fundamento elicimus quatuor alias conclusiones præter principalem, quæ posita est. Secunda ergo cõ
2. Cõcluſ. clusio huius articuli est: species motuũ per se primò attenditur penes terminos ad quos ultimatos. Hæc propositio (præter rationẽ factam (est expressa hic doctrina Phi. tex. præsenti 31. ait enim, q omnes dealbationes sunt eiusdem speciei specialissimæ. quia omnes albedines sunt eiusdem speciei specialissimę: omnes autẽ disciplinationes sunt eiusdem speciei subalternæ: quia disciplina est species subalterna habens sub se specialissimas. Item species motuum & cõtrarietas penes idem attenditur (nã
B cõtrarietas quædam diuersitas motuũ est) contrarietas autem attenditur penes terminos ad quos, ut q. sequenti ex cap. 4 monstrabimus: ergo. Certè conclusio euidentior est, quàm ut testibus indigeat, cùm enim non motus sit via ad terminum & acquisitio eius, quid aliud est motus esse eiusdem speciei: quàm terminos esse eiusdem speciei? ¶ Vnde ad secundum principale argumentum conceditur terminos naturales ad quos motus aeris & motus ignis differre specie, ut habetur 1. de cœlo, tex. 86. negatur tamen motus illos esse eiusdem speciei. Immò differunt specie, quemadmodum & termini. Corpo
C ribus enim simplicibus differentibus specie motus naturales cõueniunt differentes specie, ut habetur 3. de cœlo tex. 51. Tametsi comparando motus aeris & ignis ad motus aquæ & terræ, illi ambo dicantur sursum, isti uero deorsum. Et ideo tam sursum, quàm deorsum diuiditur in species naturales.

¶ Ad replicam uerò negatur consequentia, cum infertur, quòd ascensus ignis usque ad aerem non sit eiusdem speciei cum ascensu usque ad concauũ lunæ. Cõsiderandus est enim terminus ultimus, qui est per se primò ipsius motus: quòd autem ignis remoretur in aere, uel alibi, hoc est de per accidens.

¶ Idem respondetur de descensu lapidis à cœlo usque ad aerem & de descẽ- D
su à cœlo usque ad terram. Et idem prorsus de motu ab albo usque ad fuscum, & a fusco usque ad nigrum: sunt enim partes continuæ motus ab albo usque ad nigrũ & per consequens sunt eiusdem speciei & inter se & cum tota li motu. ¶ Hinc patet solutio argumenti cuiusdam ciuis nostri, qui facillima ratione negauit, necessariam esse unitatem specificam terminorum ad quos ad unitatem specificam motuum. Motus enim (inquit) lapidis proiecti usque ad mediam regionem aeris, & motus eiusdem, si ascenderet ad lunam, sunt eiusdẽ speciei: & tamen termini differunt specie. Negatur, q termini ultima E
ti differant specie, motuũ enim naturalium termini ultimati sunt loca ipsa naturalia, ubi elementa conseruantur: obidque motus entis nõ consideratur, ut pars motus ignis: nec motus aquæ, ut pars motus terræ tamen in motibus uiolentis secus est: debet enim considerari postremus terminus latitudinis ascensus, putà concauum lunæ & postremus latitudinis descensus, uidelicet centrum terræ. Vnde motus lapidis sursum, ubicunque esset, est eiusdem speciei cum quocunque alio ascensu. Et hoc manifestè probatur. Si lapis proiectus ascenderet usque ad lunam, es
F set unus motus continuus: ergo omnes eius partes sunt eiusdem speciei: nam qui differunt specie, continui esse non possunt, ut habetur tex. 39. & inde probatur motũ aeris & motũ ignis naturales non esse eiusdẽ speciei, quia nõ possunt facere unum motũ continuũ.

¶ Tertia conclusio. Quamuis 3. Cõcluſ.
identitas, aut differentiæ specificæ terminorum à quibus non requirantur per se primò ad unitatem, aut differentiam specificam motuum, consecutiue tamen exigitur. Probatur. Motus omnis fit à contrario in contrarium, ut tex. 10. & 18. asserit Aristo. Si ergo termini ad quos sunt eiusdem speciei, termini etiam à quibus per se primi

sunt

A sunt eiusdem speciei cõtrariæ: & si termini ad quos differunt specie, termini etiam a quibus differunt specie. Qui ergo respectum habent per se terminos à quibus, & qui per oppositum extremum omnino eos excludunt, utrique in cortice tantùm rem considerant.

¶ Vnde ad tertium principale argumentum (quod est Alberti) conceditur, q descensus lapidis à concauo lunæ usq; ad medium punctum aeris, & ascensus à terra usque ad idem punctum sunt diuersarum specierum: non tamen, ut ipse credit propter solam diuersitatem terminorum a quibus, sed propter differentiam specificam termini ad quē.

B Expressa enim sententia est Phi. tex. 52. quòd eadem est relatio de motu ab extremo ad medium, aut de medio ad extremum. quæ est de extremo ad extremum. Nam medio (inquit) utimur ut duobus contrarijs. Fuscum enim respectu albi est quodammodo nigrum. & respectu nigri, quodammodo album. Et idcirco, ut motus ab albo in nigrũ differt in specie à motu, qui est ex nigro in album. ita motus ab albo in fuscum (quia est in quodammodo nigrum) differ specie ab illo, qui est ex nigro in fuscum, quia est in quodammodo album. Et eadem ratione medium punctũ aeris respectu centri terræ est sursum, & respectu concaui lunæ est deorsum. Et ideo motus lapidis à terra usque ad il-

C lud punctum, & motus à concauo lunæ usque ad idem punctum sunt ad terminos quodammodo contrarios. Eò uel maximè (q ut supra dicebamus) ascensus quicunque lapidis ultimatè tendit in concauum lunæ: descensus uerò in centrum terræ. ¶ Et per hæc respondetur ad alium doctoré, qui similiratione, qua negat vnitatẽ specificã motuũ attendi penes terminos ad quos, negat ẽt attẽdi penes terminos à quibus: eò q si lapis (inquit) unus caderet a cõcauo lunæ, alter uerò à media regione aeris, motus illi essent eiusdem speciei: & tamen termini (inquit) à quibus differunt specie. Negatur tñ, q termini p D se primi differant specie: concauum. n. lunæ est terminus à quo utriusque motus. Est enim de per accidens q cadat à media regione aeris uel ab alio puncto quemadmodum motus ad album, siue incipiat à nigro, siue à fusco, siue à uiridi est uirtualiter ab eodem termino à quo per se primo, putà à nigro.

¶ Similis ratio est de motu augmẽtationis a pedali ad bipedale, & de diminutione à tripedali ad bipedale, nã augmẽtatio est motus ad maiorem quantitatẽ: diminutio uerò ad minorẽ, bipedale autẽ est maior quantitas respectu pedalis, & minor respectu bipedalis. Et ideo motus illi sunt ad terminos quodammodo E contrarios. Par itidem analogia est de motu intensionis ab uno gradu caloris ad gradũ, ut quatuor, & de motu remissionis ab octo, usq; ad quatuor. ¶ Contra hęc tamen arguitur. Motus augmentationis, per se est ad quãtitatem maiorem, & motus diminutionis ad minorẽ: sed maior & minor quantitas sunt eiusdem penitus speciei: ergo illi motus nõ differunt specie, & per consequens non sunt cõtrarii: quod est cõtra Ph. ut. q. sequenti uidebimus. Idem fit argumentũ de motu intensionis, & de motu remissionis eiusdẽ qualitatis. Quòd si respondeatur, quòd motus augmentationis non est simpliciter ad quantitatem, sed F ad quantitatem maiorem, & diminutio ad maiorem: maius autem & minus dicunt contrarietatem, tunc arguitur, quod per se motus augmentationis & intentionis est ad relationem quod supra negatum est sequela tamen patet, quia maius & minus nõ q ponũtur, nisi in genere relationis. Ad hoc tamen negatur sequela, quod enim per se primò acquiritur augmentatione, non est relatio, sed quantitas. Simpliciter enim augmentatio est acquisitio quantitatis, & diminutio est perditio eiusdem, consequitur tamen, & addita quantitate totũ resultans fit maius quàm prius: & dempta fit minus. Et idem est de in-

tensione,

A tensione, qua acquiritur gradus qualitatis, & de remissione, qua perditur.

Cõclus. 4. ¶Quarta conclusio ad unitatem specificam motuum (saltem in motu locali) consequutiuè etiam requiritur unitas formalis spatij. Formalis (inquam) quia descensus lapidis à concauo lunæ per ignem & aerem & aquam eiusdem speciei est: licet media sint res distinctæ specie. Sed nomine, formalis, intelligo formam & figuram uiæ. Cp si unus motus fit per lineam rectà, alius non fiat per curuam. Conclusio est Ph. text. 32. Et ne uideamur contradicere secundæ conclusioni, qua diximus respiciendum esse tantùm ad terminum

B ad quem, ratio huius conclusionis est: quia quando res mouetur ab a. in b. per circulũ, terminus per se illius motus non est b. quia quàm primùm declinat à linea recta, iam declinat ab intẽtione illius, & de per accidẽs est, quòd illuc reuertatur. Et sic ista differentia quodammodo reducitur ad terminum ad quem: qui quodammodo non est per se idem in motu circulari, & recto. ¶At disceptatio est hic, an idem sit de motu alterationis: an uidelicet dealbationis motus à nigro in album per fuscum & motus à nigro in album per uiride sint eiusdem speciei. Burlæuus nãque tenet differre specie ea ratione, qua

C motus localis circularis & rectus. Paulus uerò super text. 33. quem alij Itali sequuntur contradicit Burlæo dicens, rationem non esse unam de motu locali & motu alterationis. Nam in motu alterationis per quodcunque medium discedatur ab albo, fit participatio nigri, & ideo terminus per se intentus in quocunque tali motu est nigrum: sed in motu locali non quomodocunque discedatur ab a. tenditur per se in b. sed solùm quando discessio est per lineam rectam in b. quando enim per lineam circularem uel obliquam iam motus tendit in alium finem, sed per accidens reuertitur ad illud punctum. Hæc solutio uidetur propriùs accedere ad mentem Phi Nam secundùm Burlæ. nõ om

I nes dealbationes à nigro in album sunt eiusdem speciei: & tamen Phi. peculiariter de motu circulari & recto dixit non esse eiusdem speciei: dealbationes uerò omnes sine exceptionẽ appellauit eiusdẽ speciei specialissimæ. Et si esset in illis exceptio sicut in motu locali, non tacitus id præteriisset. ¶Sequitur tamen tunc ex ista opinione, quòd omnis motus ab albo in quocunque medium uersus nigrum & omnis à quocunque medio uersus nigrũ sunt eiusdem speciei: quia omnes sunt ab albo in quodam modo nigrum: aut à quodammodo albo in nigrum: & omnes à

E nigro uersus album sunt alterius speciei & contrarij prioribus. Immò uerò omnes alterationes à quocunque medio in aliud medium, quando terminus à quo plus participat de albedine, & terminus ad quẽ plus de nigredine, erunt eiusdem speciei & è conuerso se habẽtes erunt illis contrarijs.

¶Per hæc solutum restat quartum principale argumentum. Ad confirmationem uerò respondetur, quòd hic loquimur propriè de motu: deq; eius specie: generatio uerò & corruptio sunt mutationis: quæ proinde, ut probat argumentum, differunt specie, eò quòd se habent ut acquisitio & deperditio eiusdem termini.

F

5. Cõclus. ¶Quinta conclusio. Ad unitatem specificam motus non requiritur unitas motoris specifica, neq; aliud quidnis, quàm ea quæ dicta sunt. Patet manifestè. Contra illos, qui absque ulla ratione dicunt unitatem specificam attendi, non penes terminos ad quos uel à quibus, sed penes motorem. Patet inquam primò inductione: quia descensus ferri & descensus lapidis est eiusdẽ speciei: & tamen motores differunt specie: quia mouentur à generantibus differentibus specie. & lapis proiectus, siue proijciatur ab homine manu uel funda uel catapulta, uel ab elephante eiusdem speciei est.

¶Pro-

A ¶Probatur præterea ratione, quia motor est de diffinitione motus: & per consequens nec est de eius quidditate, neque ab illo sortitur speciem. Neque Aristo. loquens de unitate motus meminit hic de motore. ¶Et confir. quia calor productus à sole & productus ab igne sunt eiusdem speciei: imò & fortè mus productus per generationem & productus ex putrefactione: ergo motor non mutat speciem motus: nec sem per principium motus.

Ad 5. prī. ¶Ad quintum igitur argumentum uaria est responsio doctorum. Qui enim ex parte motoris non censent speciem motuum, dicunt motum naturalem

B atque uiolentum esse eiusdem speciei: illi uerò, quos modò referebamus dicunt contra, motum omnem naturalem specie differre à motu uiolento, at qui Philosphum attentè legerit, facilè diluet hanc litem. Etenim tex. 56. post quàm tractauerat de cõtrietate motus ex parte finis, subijcit aliam contrarietatem inter motum naturalem & uiolentum. Vnde hanc elicimus distinctionẽ speciei & cõtrarietatis motus. Vna enim est quæ conuenit motui ea tantùm ratione, qua est motus: & hæc solùm attenditur ex parte terminorum ad quos, ut dictum est. Qua ratione motus naturalis & uiolentus si tendant in

C eundem terminum sunt eiusdem speciei, ut motus ignis sursum, & motus lapidis sursum proiecti: quia ut ait S. Th. de potẽtia. q. 6. ar. 8. motus nõ sortitur speciẽ à principio: ab illo tñ sortitur, ut sit naturalis, uel uiolentus. Sed alio modo motus accipitur secundùm suas qualitates, ut q̃ sit naturalis, uel uiolentus, aut quòd sit tristis uel suauis: quæ sunt accidentia motus. Et isto modo naturalis motus & uiolentus differunt specie: quia sunt contrarij, ut habetur textu 56. Sicuti homo albus & homo niger.

¶Pari modo respondetur ad cõfir. Motus nanque naturales, ut ambulatio hominum, natatio piscium, uolatus auiũ differunt, nõ in ratione motus propter terminos: sed quia illorum potentiæ sunt propriæ passiones, quæ fluunt ex essentijs specie differentibus. D

¶Svbsequitvr in articulo secundo, ut de unitate motus numerali dicamus. Id quod duabus conclusionibus expedit. 1. h. Prima est principali in tex. præsenti. 35. Vt motus sit unus numero necessarium est, ut & mobile sit unum, & termini atque uiæ sint eiusdem speciei, & præterea, ut tempus, motus sit unum. Art. 2. De unitate numeralimotus. 1. Conclu.

¶Vbi adnotandum est, q̃ cùm superius tex. 3. quinque dixisset consideranda esse in motu. s. motorem, mobile, tempus & duos terminos: immò considera E tur etiam & locus. Tria hic tantum cõsiderat ad unitatrm motus: nam motor non per se semper pertinet (ut dictum est) ad speciem motus, terminus uerò à quo non pertinet per se primò, ut articulo primo dictum est. Neque locus, nisi quatenus in motu locali pertinet ad figuram uiæ. s. circularem, aut rectam. ¶Secundò notandum est, quòd motus dupliciter consideratur. Vno modo generaliter inquantùm accidẽs: & ex hac parte requirit unitatem subiecti. Accidens enim non est unũ numerò à quocũque alio distinctum, nisi ratione subiecti. Propterea enim albedo mea est una numero: quia recipi- F tur in me, q̃ sum unus numero, & albedo mea, & albedo Petri differunt numero, quia est in duobus subiectis distinctis numero. Quocirca, si formica una ueheret granum tritici usque ad certũ punctum, & inde ulteriùs veheretur ab alia fine media quiete, motus grani esset unus & continuus, quia est unum subiectũ: motus tamen secundæ formicæ alius esset numero à motu primæ, nec possent esse contiuui, quia subiecta differunt numero: essent tamen cõtigui, quia eodem inflãti, quo una desinit moueri per primum non esse, altera incipit per ultimum non esse. ¶Secundò consideratur motus specialiter

sub

Contrarietas duplex.

A sub ratione motus, & isto modo, ut motus sit continuus, requiritur, ut partes sint eiusdem speciei: & quia specierum motus attenditur penes terminos ad quos requiritur vt terminus partiũ motus, quæ debent continuari, sint eiusdem speciei. Et præterea si sit motus localis, pr̃ sit per idẽ spatium formale, quia circularis motus, & rectus nõ sunt eiusdem speciei. Vnde utrunque comprehendit, cum ait, quòd requiritur, unũ esse id, in quo est motus. Quod autem requiratur talis unitas specifica ad continuitatem, probat secunda conclusione, quæ est in tex. 90. quæ ea enim (inquit) specie differunt, continua esse

B non possunt. Ratio est, quia continua sunt, quorum ultima sunt unum: rerũ autem differentium specie non potest esse unus communis terminus, quo uniantur, ut ambulatio, & linea continua esse non possunt: eò quòd terminus lineæ est punctum, terminus uerò ambulationis est instans. ¶Tertiò requiritur unitas tẽporis. Ratio est, quia (ut in principio quæstionis dicebamus) idem est, motum esse unũ numero, & esse unum continuum, motus autem non intersecatur, nisi per mediã quietem. Requiritur ergo unitas temporis, quæ sit mensura totius motus: ad hunc sensum, quòd à principio usq;

C ad finem motus nullum detur instans temporis, quo non sit uerum dicere immediatè ante hoc erat pars motus, & immediate post hoc erit pars motus: nam tunc si mobile est idem, & partes motus sunt eiusdem speciei, motus erit continuus, & per cõsequens unus numero. Si uerò aut mobile non est idẽ (vt in exemplo posito de duabus formicis) aut motus non sunt eiusdem speciei, erunt quidem motus contigui, nõ autem continui.

☞ ¶Itaque hoc est adnotandum, quòd tam in motu continuo, quàm in contiguis requiritur unitas temporis (ut docet Phi. tex. 40.) uidelicet, quòd in eodem instãti temporis immediatè ante fuerit unus motus, & immediate post D
fit alius, nisi, quòd si motus sint eiusdẽ specie, & subiectum sit idem, motus erunt continui, sin minus, erunt contigui. Vt si eodem instanti, quo quis definit ambulare, incipiat febricitari. ¶Hinc sequitur, quòd idem est motum quiete interrumpi, & quòd nõ sit unũ tempus, ut expresse ait Philosoph tex. 41. Nam cum motus cessat, dabitur instans temporis, quo non erit uerum dicere, immediatè antehac fuit motus, & immediate posthac erit. Quòd si qs interrogauerit, utrùm, ut motus sit cõtinuus, & unus numero necessaria sit unitas spatij materialis. Phi. respondet tex. 23. negatiuè. Si enim (inquit) ci E
tharedus post primam chordam sonet ultimam sine medijs, erit unus sonus, licet spatia non sint continuo. Cui nos exemplum adiecimus, quòd si quis trãsitu torrentem per lapides parum distantes, continuum facit motum, licet lapides non sint continui, neque terra, uel aer, qui interest, continuetur illis. Et cum quis deambulat per pauimentum quadrato lapide stratum, cõtinuũ motum facit, licet lapides non sint continui. Id quod manifestè constat in descensu lapides à cœlo usque ad terrã, qui certè est unus motus, quamuis elementa, per quæ transit, non sint continua. Atqui ratio huius est, quòd continua sunt illa, quorum ultima sunt unũ: F
partes uerò motus non continuantur per puncta, uel lineas, quibus continuãtur partes magnitudinis spatij, sed per mutata esse, quę sunt alterius generis: scilicet per hoc, quod mobile aliter, & aliter se habet in diuersis partibus spatij.

Nõ requiritur unũ spatium.

¶Igitvr ad sextum principale argumentum idem est labor respondendi tenentibus motum esse accidens distinctum à mobili, tanquã res à re, & tenentibus, quòd solum distinguatur realiter id est quidditatiuè & prædicamentaliter, ut lib. 3. q. 2. disputauimus: & tenentibus accidens subiectari in toto Ad 6.

compo-

A compositō, & tenentibus subiectari in materia prima de quo disputauimus 1. de generatione. Nam in opinione S. Tho. accidentia omnia corporalia subiectātur in toto compositō. & ideo si motus distinguatur tanquam alia res, manifestum est, quòd in cane, & eius cadauere non est idem motus: siquidem, nec est idem subiectum. Alias idem accidens migraret de subiecto in subiectum: quod est impossibile. Et idem est, licet motus non distinguatur tanquàm alia res, quia negari nihilominus non potest, quin sit accidens: immò tunc cū motus sit eadem res, quæ est mobile, cum mobile non sit idem, euidentius
B est, quòd non sit idem motus, quàm secundum aliam opinionem. Illi autem, qui tenent accidentia subiectari in materia prima, forsan dicerent manere eūdem motum, quia manet eadem materia. Attamen tueri hoc non possunt: nā licet accidentia, quæ ordinantur, & disponunt ad introductionem formę substantialis, ut calor, possent quodammodo defendere, quòd subiectātur in materia prima, & forsān qualitates secundæ, ut albedo, tamen alia accidentia, vt moueri localiter, sedere, & similia, nulla est apparentia, ut conueniant, nisi toti compositō: & ideo in omni opinione casus canis niui, & casus eadauer is
C sunt quidem motus contigui propter unitatem temporis, non tamen continui propter diuersitatem mobilis. Et idem dicendum de gutta, si notabiliter mutetur, ut physicè non maneat eadē. ¶ sed multo minoris est probabilitatis, id, quod nonnulli concedunt: nempe cùm nauis onusta in mari mouetur, eundem esse numero motum in aggregato ex mercibus, hominibus, & naui. Etenim cum subiecta sint adeo diuersa, nescio, cur motus non sint in illis numero diuersi: sicuti alia accidentia. Neque in homine, & eius uestibus, quando ambulat, est idem motus. Tametsi cum de hoc non est disputatio, appellatur vulgo unus motus, eò quòd simul sunt ab eodem in eundemque termi- D
num, & per eandem lineam. ¶ Ad primam confirmationem respondetur, quòd in motu augmentationis, & pariter diminutionis, manet idem mobili physicè: nā augmētatio est motus, quo eadem res mouetur ad maiorem quantitatem. Et hoc est, quod docet Ph. tex. 36. & infra, contra Heracli, quòd nō requiritur unitas mobilis, ut nullatenus sit uariatum, quemadmodum Angelus, sed satis est, quòd sit unum, sicut dicimus unum hominem Petrum, puerum, & adultum, unde si infans sine media quiete semper adolesceret, non esset defectus mobilis, quò minus esset unus motus: nam est idem mobile quā E
do Petrus habet duos annos, & quando habet duodecim. ¶ Ad secundam uerò confirmationē (ubi latet fallacia) admisso, quòd sine media quiete possit continuò extendi forma ignis per materiam ligni, negatur nihilominus, quòd sit unus motus, sed est una mutatio. Nam ignis non est, qui mouetur, quando generatur, neq; est subiectum illius mutationis, sed materia, quæ recipit formam. Et quia illo non est ens actu, illa generatio non est motus, sed mutatio, ut super textum octauum expositum est. Illa tamen materia eadem numero manet per totam continuam F
mutationem. ¶ Ad septimum respondetur, quòd quamuis ad unitatem numeralē motus requiratur unitas, numerali termini, illa tamen satis exprimitur, cum dicitur, quòd requiritur, ut partes sint eiusdem speciei. Nam (ut modò dicebamus) si partes motus sunt eiusdē speciei, & mobile est idem, & tempus unum, illæ facient unum continuum, & per consequens etiam terminus ultimus erit unus numero. Ad 7.

¶ In octavo ueruntamen argumento plusculum difficultatis est. Nihilominus respondetur eam esse rationem, ut ad continuationem motus requiratur unitas specifica partium: quia uidelicet ea, quæ specie differunt, Ad 8.

continua

A continua esse nequeunt: ut paulo ante dicebamus. Vnde ad primam instantiã de uirga, cuius medietas est uiridis, medietas uerò sicca, licet uariè, atq; diuersè à diuersis respondeat, pensatis tñ omnibus negãt partes illas esse continuas: nam quòd formę non sint cõtinuæ, omnibus est in confesso: forma enim, quæ nouæ aduenit parti, quæ siccatur, nihil causæ esse potest, ut continuetur cum forma partis uiridis. Immò uirgã exiccari, est formam eius corrumpi: & idcirco per se manet discontinua pars illa, quæ nondum est corrupta. Quòd si formæ non continuantur, sequitur, q̃ nec cętera accidentia: id maximè ĩ via. B S. Tho. tenentis accidentia subiectari in toto composito. Tunc enim corrupta medietate uirgæ, corrũpunt & omnia eius accidentia, atque adeo quantitas. Vnde seqnitur, quòd quãtitas partis uiridis non continuatur quantitati partis sicci. Et cum nec materia nec forma, nec compositũ continuentur, nisi ratione quantitatis, sequitur illas partes non esse continuas.

¶Sed arguitur, etiam si teneatur quantitatem subiectari in materia. In corruptione fit resolutio vsque ad materiam primam: ergo cùm pars sicca corrumpitur, simul cum forma substantiali corrumpuntur omnia eius accidentia, & per consequens quantitas. C Quodsi noua adueniat, certum est non continuari cum quantitate partis uiridis.

¶Illi soli, qui astruunt formam corporeitatis perpetuam in materia possent utcunque dicere, quòd manet quantitas eadem continuans formam corporeitatis, & materiam, & non continuãdo alias formas. sed illam formam corporeitatis arbitror satis nos impugnasse lib. 1. q. 7. Et præterea si una sit quantitas in huiusmodi uirga, hoc satis est, ut forma uiridis, & forma sicca continuentur. nã in composito una est duntaxat quantitas, qua materia, & formæ omnes, tam substantiales, quàm accidentales continuantur. ¶Quòd autem illæ formæ continuentur, est contra Phi. non solùm hic, sed 5. etiam met. tex. 12. ubi ait. Quæcunque sunt unũ numero esse eiusdem speciei. ¶Arguitur præterea in quacunque opinione de quantitate, siue distinguantur, siue non, Corruptio non fit, nisi per separationem: cernimus enim, dum lignum comburitur, partes, quæ conuertuntur in ignem, separari à ligno, siquidem per combustionem minuitur, cineres separari à prunis, ergo eadẽ ratione in omni corruptione fit separatio partis corruptæ à non corrupta: nam per ea, quæ sunt magis manifesta, iudicare debemus de occultis. Et qui putant partes D uiridem, & siccam esse continuas, solo utũtur fallaci testimonio sensus: quod tamen certo iudicio intellectus ex natura rerum deberent corrigere. Id uel maximè, quòd sensu etiam experimur duas tabulas adeo se inuicem glutine continere, vt faciliùs tabulam frangas, quàm ubi conglutinãtur separentur. Et ita est certè, quòd in confinio partis uiridis & siccæ humore naturali continuentur. Immò uerò si in illo puncto aliqua arte dimoueantur, experientia monstrabit esse duas distinctas superficies, quasi conglutinatas. E

¶Maius profecto multò, si sensui credas, est argumentum de animali, dum F moritur: ut cũ anima hominis (quod uerũ esse credo) priùs definit informare pedes, quòd pectus, aut cùm membrũ aliquod paralysi arescit: tunc clarum est membrum mortuum alterius esse speciei, quàm uiuum: & tamen difficile est creditu, non esse continua. Nihilominus tamen dicendum est, non esse continua: licet propter affinitatem humorum utriusque partis se inuicem contineant: nisi tanta esset putrefactio, ut dissolutio sequeretur.

¶Ad secundam instantiam de partibus homoios uiui hæterogeneis respondetur, qnòd ossa, carnes, & nerui differunt specie, non quidem perfecta, sed imperfecta,

A imperfecta, quæ ordinatur ad compositionem totius. Non enim est in homine, nisi unica forma substantialis, quæ dat ossi esse ossis, & carni esse carnis, & neruo esse nerui, propter diuersam raritatem & densitatem, cęterasq; uarias dispositiones. Quòd si quis obijciat uerbum. S. Tho. 1. par. q. 11. artic. 2. ad secũdum argumentum, ubi ait, quòd in hæterogeneis forma totius non est in singulis partibus uideat, quam ipse subijcit expositionẽ. Nihil enim aliud uult, nisi quòd non quælibet pars integralis hominis, est homo, os enim non est homo: sicut i homogæneis quælibet pars aquæ est aqua. Cum ergo partes hominis non differant specie perfecta ratio

B ne formæ substãtialis; nihil obstat, quominus uniri possint. Et ideo natura facit neruum medium esse inter duritiẽ ossis, & molitiem carnis, ut per illum caro, & os continuarentur. Quanquã, non sit necessarium, ut ubicunque os uestitur carne, illic sit continuatio. ¶ De arbore alteri insita etiam negatur, quod fiat ex ambabus una cõtinua: sed ramus insitus utitur trunco, cui inseritur tanquàm uia, per quam recipit humorem, & alimentum terræ: Et ideo in illo confinio humores illi adeo conglutinantur, ut nodo quodam contineant ramum insitum, & sensui appareat esse

C continuum trunco. Secus est, si rami essent eiusdem speciei: tunc enim posset forsan fieri continuatio per alimentũ. Qua arte (si modò fabula non est) prætẽdunt chirurgi abscissum hominis nasum ex masculis brachijs supplere. ¶ Ad aliam instantiam de linea circulari, & recta, quæ sunt continuæ, respondetur, quòd linea circularis, & recta non differunt specie in ratione quantitatis, sed ratione figuræ: quapropter nihil prohibet, quin possint esse continuæ: sed si motus fieret per arcum, & reuerteretur per chordam, & credo secundũ Philosoph. non esset unus motus continuus, quia motus illi differunt specie: sed necessario mobile quiesceret in pũcto, quo incipit moueri per chor D dam: sicut lapis proiectus sursum in puncto reflexionis. ¶ Ex qno sequitur, quòd ex illis duobus motibus, quos super tex. 44. bina figura descripsimus, ille, qui per lineam angularem fieret, in quolibet angulo frangeretur quiete: sicut pila lateraliter ad parietem repercussa uersus oppositam partem motuũ rumperetur repercusione parietis. Si tamen motus fieret ad modum serpentis faciendo plures orbes motus esset continuus: quia ubi non est angulus, non est necesse motum quiete rumpi. ¶ Ad postremam confirmationem de lancea cadente usque ad centrum terræ, primùm omnium miror plurimos, E qui putãt, si graue caderet naturali motu usque ad centrum, impetum illum efficere, ut ascenderet uersus aliud hemispherium, non considerantes graue motu naturali nihil aliud appetere, quã centrum: & ideo suapte ipsa natura, qua mouetur, cùm mobile ueniret ad centrum, illic quiesceret. Sicut ignis quantacunque uelocitate ascenderet, quiesce: et in suo loco naturali, licet superius nullum esset cœlum. Et præterea impetus non est causa alterius motus, nisi ubi est repercussio. Ob idque si in centro esset planities dura, fieret repercussio uersus nos ueluti pila à pauimento repercussa, sursum resilit. Si F tamen in centro non sit repercutiens nihil est causæ cur trãseat in alterum hemispherium.

¶ Si uerò fiat argumentum, quòd circum centrum sit aer, & iaciatur uiolenter sagitta à parte nostra uersus aliud hemispherium per centrum, tunc conceditur, quòd descẽsus, & ascensus facient unum motum continuum: licet partes quodammodo specie differant. Neque id crediderim menti Arist. contrariari. Nam illi ambo motus fiũt per lineam rectam continuam. Arist. uerò solum negasset ascensum & descensum naturalem, aut uiolentum, & naturalem eiusdem mobilis, aut duos uiolentos,

A tòs, quorum alterfit è regione alterius, facere unum cõtinuum motum. ¶Ad nonum principale benè respon sum est; quòd ascensus & descensus differunt specie, & ideo non continuantur. Tametsi negatur prætereà idem esse tempus ascensus, & descensus ad sensum iam expositum. In puncto nanque reflexionis, ubi graue proiectum incipit descendere, non solùm quiescit per instans, sed per morulam temporis: eò quòd impetus quando iam non sufficit sursum moueri, sufficit nihilominus tantisper retinere graue. Et ideo nõ est idem instans temporis cõtinuans tempus adæquatum ascensus cum adæquato tempore descẽsus. ¶similiter respõ
B detur ad replicam. Etenim quando aliquid incipit moueri cessante motu iterum post quietem mouetur licet tempus mensurãs ambos motus & mediã quietem sit continuum, tamen tempus adæquatum prioris motus: & adæquatum secundi motus non continuantur (immediatè eodem instãti. In quo sensu (ut expositũ est) exigitur unitas tẽporis ad numeralem unitatem motus.

Textus xl viij. Relinquitur igitur, qui est in contraria, &c.

Quæstio Quarta.

C

VTRVM MOTVS ILLI sint contrarij, qui sunt in terminos contrarios.

PARTE negatiua arguitur primò contra id, quod habetur text. statim 47. s. corruptionem unius termini, & generationem contrarij non esse duos motus, sed unum sub diuersis rationibus. Quando aqua frigida calefit remissio frigoris, & intensio caloris sunt duo motus realiter distincti: nam (ut lib. 3. q. 2. determinatum est) intensio caloris est calor ipse prout est in fieri: remissio uerò frigoris est frigus, quod D remittitur, ergo corruptio secundùm quid frigoris, & generatio caloris non sunt idẽ motus. Et eadem ratione non est idem motus, qui est ex sanitate, & qui est in ægritudinem.

¶Et cõfir. Vt 1. de gene. uidebimus, sex sunt species motus (includendo mutationem) s. motus localis, alteratio, augmentatio, & diminutio. corruptio, & generatio: ergo corruptio & generatio sunt distincti motus. ¶Et confir. 2. Quando ex aere generatur aqua, illic sunt duæ mutationes distinctæ, dum ex aere fit non aer, & ex non aqua fit aqua: ergo sunt distincti motus.

¶Secundò principaliter arguitur. Si E motus essent contrarij, cõtrarietas eorum deberet attendi penes contrarietatem terminorum, uel ad quos, uel à quibus: neutrum istorum, ergo. Probatur minor. Ascensus lapidis usque ad certum punctum aeris, & descensus à cælo usque ad idem punctum sunt cõtrarij, & tamen terminus ad quem est idem, ergo. Item descensus ab illo puncto usque ad terram, & ascensus ab eodem usque in cælum sunt contrarij: & tamen terminus à quo est idẽ. ¶Quòd si respondeas id ipsum punctum fungi uice duorum contrariorum, quia est sursum respectu terræ, & deorsum respectu cæli, tunc sequeretur, q ascen- F sus itidem naturalis aeris usque ad suũ locum naturalem, & descensus eiusdẽ à cœlo usque ad eundem locum essent eadem ratione contrarij: consequens tamen est falsum, nam ambo sunt ei naturales, & tamen uni elemento non uidentur conuenire duo motus contrarij: quia ut habetur. 1. de cœlo, uni corpori simplici tantum competit unus motus simplex.

¶Et confir. Augmentatio, & diminutio quantitatis sunt motus contrarij: & tamen termini non sunt contrarij; quia quantitati nihil est contrarium.

¶Tertiò principaliter arguitur. Motibus non competunt proprietates contrariorum:

A trariorum: contraria enim compatiuntur, se in gradibus remissis, & per mutuam actionem subiecto se eodem expelluntur: motus uerò, sursum, & motus deorsum non possunt quoquo modo esse simul: sicuti neque motus sanationis, & motus ægrotationis: neque motus augmentationis, & motus diminutionis: neque motus calefactionis, & frigefactionis: neque unus motus expellit alium, sed unico motu expellitur una forma, & introducitur alia: ergo contrarietas non cõuenit motibus, sed eorum terminis. ¶ Et, postremò hęc omnia confirmantur. Vni unum tantum contrarium est, vt 1. de cœlo, & 10. me
B ta. sentẽtia est: ergo si motus. v. g. calefactionis contrariatur motui frigefactionis, non contrariatur quieti sub frigiditate, & si quies cõtrariatur motui, quies una nõ cõtrariatur alteri, cuius contrariũ affirmatur tex. 54. ¶ In contrariũ est sentẽtia Ph. in tex. prȩsenti 58. ubi ait motus inuicem esse cõtrarios.

¶ Inter motus species differentes, alij sunt ad inuicem ordinati, alij uerò pertinentes: sed alij sunt contrarij. Est enim differentia specifica motuum, ue luti genus ad huiusmodi species. Motus alterationis ordinatur ad generationem: & quandoq; ad augmentationem: & aliquando per calefactionem res fit nigra, & per frigefactionem fit alba, ut patet in carbone, & niue. Imper
C tinentes uerò sunt, qui nec sequuntur, nec contrariantur, ut motus naturalis aeris, & motus ignis: sanatio, & albefactio, & disciplinatio, &c. Alij sunt contrarij, de quibus Philoso. 5. & 6. cap. disputat, & quomodo præsens mouetur. Quibus autem quæstio proxima nota est, & hæc est facillima. Nam ut species motus: ita & contrarietas penes termi nos ad quos attenditur. Eò uel maximè, quòd in commentis adeo contrarietas motuum expolita est, vt non fuisset opus noua quęstione, nisi ut eorum epilogum de more faceremus. ¶ Sed est præterea notandum, quòd contrarietas accidit & inter motum, & mo tũ: D
& inter motum & quietem: ac denique inter quietem & quietem. ¶ Et tertiò rursus notandum (ut paulo ante de specie motus dicebamus) quòd motus dupliciter considerari potest nempe aut in ratione motus: & ex hac parte contrarietas attenditur penes terminos ad quos. Alio modo consideratur, ut res alia quæcunque: & ex hac parte motus contrariantur secundũ qualitates, quas habet cõtrarias, aut ratione principiorum, aut aliunde quemadmodum motus naturales contrariantur uiolentis. ¶ Præterea quarto ex superioribus memorandum est, quòd aliter censetur cõ
E trarietas mutationum, quæ nõ sunt ue rè motus, puta ubi termini explicantur contradictoriè: & aliter contrarietas motuum, ubi ambo termini exprimuntur positiuè contrariè. ¶ Quintò ad hęc considerandum est, quòd mediũ inter duo contraria est utrique quodãmodo contrarium: & ideo exercet uices duorum contrariorum. ¶ Sextò denique ex tex. 46. animaduertendum est quinque modis posse contrarietatem motuum excogitari. Videlicet aut respectu eiusdem termini, qui est terminus à quo unius motus, & ad quem alterius: aut penes cõtrarietatẽ termino
F rũ tantũ à quibus, aut penes cõtrarietatẽ dũtaxat terminorũ ad quos, aut penes cõtrarietatẽ inter terminũ ad quẽ unius, & terminum à quo alterius aut denique penes ambas contrarietates, scilicet & terminorum à quibus: & terminorum ad quos. ¶ Hinc palam fit: quòd non est hic mentio de contrarietate terminorum, ut quidam absque vlla probabilitate opinantur. Nã contrarietas formaliter non est, nisi in rebus, & inde termini sunt contrarij, quia significant res contrarias. Quis enim in re phyfica, ubi de rebus agitur. s. cum de cõtrarietate sanitatis & ægritudinis motuum de sanationis & ęgrotationis disputatur: uel cum audierit contraria contrarijs curari, aut contraria non

Motus speciẽ differẽtes in triplici differentia.

A posse esse simul, &c. quis inquá audeat terminis hæc ascribere?

Concluſ. ¶ His ceu fundamentis suppositis sententia Physi. decem conclusionibus summatur. Prima est in tex. 47. Contrarietas nullatenus attenditur quarto modo. Probatur. Motus, quorum terminus à quo unius, & terminus ad quem alterius sunt contrarii, sunt realiter idem, isola ratione differentes, ergo non sunt contrarii. Consequentia est nota, quia motus contrarii sibi inuicem repugnant, & antecedens per se patet. Idem enim motus est ex sanitate, qui est in ægritudinem, ut cum itur Thebis Athenas, idem est recedere Thebis,

B quod accedere Athenas. Tametsi ratione differant, eò quòd recedere, dicit respectum ad terminum à quo: & accedere dicit respectum ad terminum ad quem Quinimò lib. 6. textu. 40. dicit Philosoph. quòd priùs natura in intentione motoris est acquirere terminum ad quem, quàm relinquere terminum à quo. Etenim quia, qui tendit Athenas, relinquit Thebas. Equa ratione idem est moueri in nigrum, quod recedere ab albo. Nisi quòd respectu nigredinis est generatio: & respectu albedinis, corruptio: iuxta illud 1. de gene. text. 17. Corruptio unius est generatio alterius.

C ¶ At uerò argumentum profecto primum à parte negatiua quæstionis molestum est aduersus probationem huius conclusionis, quatenus assumit perditionem unius formæ, & acquisitionem cõtrariæ, esse realiter unicum motum. Adeo ut non Buridanum coegerit in contrarium sententiam, uerùm & Paul. Ven. aliosque Italos dubios de hac re fecerit. Et certè habet magnam probabilitatem. Nam perditio frigiditatis est uia ab esse ad non esse, acquisitio uerò caloris est uia à non esse ad esse. Et in motibus animæ uidetur aliam esse corruptionem di ſſensus, & aliam acquisitionem assensus. Vnde glossant Philosophum, quòd solùm intelligat acquisitionem albedinis, & perditionem nigredinis esse idem subiecto: quia scilicet simul concurrunt in eodem subiecto. D

¶ Attamen glossa hæc textui non competit. Aristot. enim nũquam diceret, quòd albedo & ut dulcedo lactis sunt eadem res, licet sint in eodem subiecto. Quando enim dicit aliqua esse idé, & ratione diuersa, semper significat identitatem realem inter illa sicut dicit lib. 1. De materia & priuatione.

¶ Et præterea in communi modo concipiendi, quando aqua calefit, nullus diceret, quòd mouetur, nisi unico motu, quia scilicet mutatur de frigida in calidam. Item per motũ localem debemus de aliis iudicare: sed in motu locali recessus à termino à quo, & accessus ad terminum ad quem non sunt duo, sed unicus motus: ergo neque in aliis. E

¶ Paulus fatetur opinionem hanc esse Aristote. & Commenta. Et est præterea S. Tho. de ueritate. q. 23. arti. 1. ubi expressè ait eundem motum esse, quo album abiicitur, & nigrum acquiritur. Solutio uerò Pauli & aliorum ad argumẽtum in contrarium est, quòd sunt duo motus materialiter, id est, duæ formæ, quarum una expellitur, & alia introducitur: sed tamen est unus motus formaliter, id est, unus fluxus. At semper est sub nube quomodo perditio & acquisitio sunt unus fluxus. ¶ Igitur (ni fallor) F dicendum est, quòd motus, nec solùm dicit acquisitionem, nec solam deperditionem, sed amplectitur utrunque, scilicet recessum ab uno, & accessum ad aliud. Hoc est enim, quod docuit Phi. li. 5. tex. 9. & quod hic tex. 40. & sæpe repetit, scilicet quòd motus est à quodam in quiddam, id est, inter duos positinos terminos. Vnde ad formam argumenti negatur, quòd deperditio frigiditatis, & acquisitio caloris sint duo motus: sed sunt unus includens duas mutationes. Mutatio enim (ut ex principio lib. 5 constat) est quando exprimitur contradictoriè termini affirmatio, & negatio: motus uerò, quando exprimitur

A mitur contrariè utroque termino affirmato. Deperditio ergo frigiditatis: quę est ab esse ad non esse, est alia mutatio, quàm acquisitio caloris, quæ est à non esse ad esse: quia materialiter (ut probat argumentum) sunt duæ qualitates, sed tamen deperditio qualitatis, quando exprimitur per motum, non est ab esse frigidi ad non esse frigidum, sed ad esse calidum, quia deperditio illa terminatur ad calorem, & pariter acquisitio caloris non proficiscitur à non esse caloris, sed ab esse frigidi. Debent enim termini explicari in concreto, potiùs quàm in abstracto. Est ergo unus motus à frigido in calidum includens duas mutationes. Sicuti elonga-
B ri à Thebis, est accedere Athenas. & elongatum esse à Thebis, est peruenisse Athenas, ut habetur expresse lib. 6. text. 40. ¶Et per hæc patet responsio ad confirmationem utranque. Corruptio enim, & generatio ponuntur diuersæ species, non quidem motus mutationis, quia corruptio est ab esse ad non esse, generatio uerò à non esse ad esse. At, quia naturaliter corruptio trahitur ad rem de nouo genitam, ait Philoso. quòd corruptio unius est generatio alterius. ¶Eadé solutio est ad quoddam argumentum, quo nonnulli existimant conuincere deperditionem frigi-
C ditatis alium esse motum ab acquisitione caloris. Nam potest (inquiunt) esse unus motus sine alio. Primò supernaturaliter potest Deus remittere & corrumpere frigiditatem successiuè, ubi nullus producatur calor: & rursus producere calorem, ubi nulla corrumpatur frigiditas. Item quando mixtum conficitur immediatè ex elementis, qualitates secundæ (ut albedo & dulcedo) producuntur in mixto, non per corruptionem contrarii, quia nigredo nulla est in elementis. Et pariter, si mixtum resoluatur immediatè in elemẽta, corrumpuntur dictæ qualitates, & non per productionem contrarii. Respondetur inquam, q̃ huiusmodi deperditiones & acquisitiones non sunt motus: D
cum perditio unius non terminetur in acquisitionem contrarii, sed sunt mutationes inter esse, & non esse.

¶Secvnda conclusio est in eodem Conclu.
text. 47. qua respondetur ad quæstionẽ. Contrarietas motus non attenditur per se primò iuxta secundum modum penes contrarietatem terminorum à quibus, sed iuxta tertium, penes contrarietatem terminorum ad quos consequuntur tamen penes contrarietatem terminorum à quibus. Priore. duas partes probat tribus rationibus. Prima quia nonnunquàm motus à terminis contrariis tendit in eundé terminum (ut motus ab albo in fuscum, & E
à nigro in fuscum) quæ per consequens uidentur non esse contrarii. Hanc uerũ tamen argumentationis gratia refert: quam inferius text. 52. dissoluit. ¶Secunda ratio est huiusmodi. Rerum contrarietas attenditus penes formam quibus sunt in actu: nam potentia calidum, & potentia frigidum non contrariantur, cum simul sint in eodem. Sed actu calidum & actu frigidum contraria sunt: at actus motuum proprij sunt termini ad quos (simul enim acquiritur motus & terminus) ergo penes illos attenditur per se primò contrarietas. Tertia ratio eodem tendit: nam cùm
F species motus attendatur penes terminum ad quem, cõtrarietas uerò sit propriè inter duas species, penes eosdem terminos attenditur contrarietas. ¶Tertiam partem conclusionis insinuat text. 48. ubi ait, quòd forsitan idé sunt motus in contraria (qui est primus modus) & ex contrariis contraria, qui est quintus. Si enim termini ad quos sunt contrarii, consequitur, ut termini à quibus saltem per se primi sint contrarii. Vnde idem sunt motus in sanitatem & in ægritudinem, qui sunt ex ægritudine in sanitatem, & ex sanitate in ægritudinem. Dixerim, per se primi, quia motus: qui est ex fusco in album, & motus: qui est fusco in ni-

A grum, quamuis formaliter non uideantur esse ex terminis cõtrariis, sunt tamen ex cõtrariis: ut cõclusione quinta patebit.

Cõclus. 3. ¶ Hinc sequitur conclusio tertia, quæ est in textu 51. Quando termini à quibus non exprimuntur positiuè, tunc quia non est motus, sed mutatio, contrarietas attenditur, iuxta tertium modum penes solos terminos ad quos: & hoc modo contrariantur motus ex non albo in album, & ex non nigro in nigrum. Quòd si arguas eosdem esse motus ex non albo in album & ex non nigro in nigrum, qui sunt ex nigro uel medio colore colo-
B rato in album, & ex albo uel medio colore colorato in nigrum: ergo sicut illi secundi sunt ex contrariis in contraria, ita & primi. Respondetur, quòd non sunt idem: nam non album & nigrum, licet quandoque sint idem, tamen ratione differunt. Qua de causa non album negatiuè supponit pro angelo, pro quo non supponit nigrum: & si accipiatur priuatiuè, de se nihil dicitur, nisi priuationem albedinis cum aptitudine ad illam. Et ideo termini à quibus in primis motibus, ut non sunt positiui, ita nec sunt contrarij.

Cõclus. 4. ¶ Quarta conclusio est in eodem tex. 51. Mutationes inter terminos, quo-
C rum non est medium, solùm contrariantur, iuxta primum modum, penes eundem terminum, qui unius est terminus, ad quem, & alterius est terminus à quo: ut generatio aeris, & corruptio eiusdem. Ratio est, quia terminus ad quem corruptionis est non esse, qui propriè nulli contrariatur. Vnde contrarietas hic sumitur, ex modo diuerso ipsius motus: quia unus est acces-
Cõclus. 5. sus, & alius recessus. ¶ Quinta conclusio. Contrarietas motuum, qui sunt, uel ab extremis ad media, uel à medijs ad extrema, attenditur per se primò penes contrarietatem terminorum ad quos, & consecutiuè penes contrarietatem terminorum à quibus: instar motuum, qui sunt à contrarijs in contra-
D ria. Immò eodem modo censetur. Conclusio est in tex. 52. quam hac ratione probat. Medium utrique extremorum est quodammodo contrarium, ut fuscum, est album respectu nigri, & nigrum respectu albi. Quare motus ab albo in fuscum, & à nigro in fuscum, ut sunt à terminis contrarijs, ita sunt & ad terminos quodammodo contrarios. Est enim fuscum quodammodo contrarium sibi. Et eadem ratione motus à fusco in album, & motus à fusco in nigrum sunt contrarij. Et ut sunt ad terminos contrarios, ita quodammodo sunt & à terminis contrarijs. Et per
E hæc respondet eodem tex Phil. rationi primæ, quam pro secunda conclusione formauerat. Respondet (inquam) quòd motus ab albo in fuscum, & motus à nigro in fuscum, non solùm sunt contrarij ratione terminorum à quibus, ut ratio prætendebat, sed propter contrarietatem terminorum ad quos. ¶ Et confirmatur. Huius motus, qui est ab albo in fuscum, terminus ad quem ultimus est nigrum: & eius motus, qui est à nigro in fuscum, ultimus terminus, est album: ergo motus illi in terminos finaliter tendunt formaliter contrarios. Et eadem ratione huius motus, qui est à fusco in al-
F bum, terminus à quo primus est nigrum, & motus, qui est à fusco in nigrum, terminus à quo primus est albũ: ergo quemadmodum motus ab albo in nigrum contrarius est motui, qui est à nigro in album, ita motus ab albo in fuscum contrarius est motui à nigro in fuscum. Immò uerò motus quilibet à medio colore ad alium medium, si terminus à quo participat plùs de albedine, quàm terminus ad quem, cõtrarius est motui, ubi terminus à quo participat plùs de nigredine.

¶ Eadem analogia dicitur de motibus intensionis, & remissionis. Intensio namq; ab uno gradu ad duos, contraria est remissioni, à tribus ad duos: quoniã

duo

A duo respectu unius est maior gradus: & respectu trium est minor. Et idem est de augmento, & decremento quantitatis. Instar eorum, quæ de differentia specifica dicta sunt. ¶ Ad eandem normam exigenda est contrarietas motuum, secundùm locum. Cum enim concauum lunæ, & centrum terræ sint extremæ differentiæ totius latitudinis motuum rectorum, qui conueniunt elementis: ut lib. 4. text. 42. usum est, omnes motus recti, siue naturales, siue uiolenti, qui tendunt uersus concauum lunæ, undecunquè incipiant, & quocunquè terminentur, contrarii sunt eis, qui tendunt in centrum. Etenim si motus à cœlo in centrum contra-
B rius est ei, quia centro est usque ad cœlum, quælibet pars uniuscuiusliber alterius est contraria. ¶ Quò fit, ut descensus terræ per nostrum hemisphærium contrarius sit ascensui ignis, per aliud hemisphærium. Ex quo sequitur, quòd stat lapidem ascendere, & ignem aquæ uelociter simul ascendere, & tamen semper æqualiter distare. Vt si quando lapis incipit descendere à concauo lunæ, ubi est Zenith nostrum, ignis incipiat à centro terræ ascendere per alterum hemisphærium uersus Zenith antipodum.

¶ Motus uerò circularis & rectus nullo modo sunt contrarii, ut descensus per
C cordam, & ascensus per arcum: quia ascensus ille non est simpliciter ascensus, cùm non recta tendat in cœlum. Vnde (ut Aristote. docet. 1. de cœlo) motus circularis nulli motui est contrarius. Nisi quodammodo secundùm partes: ut motus planetarum ab oriente in occidentem contrarius sit motui primi mobilis, ab oriente in occidentem. Sed de hoc aliàs.

¶ Resurgit hinc ueruntamen argumentum, quòd si ascensus per arcum, & descensus per cordam non sint contrarii, eò quòd fiunt per diuersa media, neque dealbatio, quæ fit à nigro per rubeum, & denigratio, quæ fit ab albo per aliud medium: scilicet per uiride, erunt con- D trariæ, cuius contrarium iam modò dicebamus. Huic tamen quæstioni proxima responsum est, non esse parem rationem: quia in motu locali linea circularis non tendit per se in eundem terminum, quò tendit linea recta: & ideo nec si ambo sint ascensus, sunt eiusdem speciei, nec proinde ascensus & descensus sunt contrarii. In alteratione uerò quicunque motus proficiscitur ab albo, quacunque procedat, pergit per se in nigrum: & ideo omnem sunt eiusdē speciei: atque adeo contrarii illis: quia nigro proficiscuntur in album.

¶ ex his manifesta est solutio secundi ar- E
gumenti principalis. Ascensus enim lapidis usque ad aerem, & descensus eius Ad 2. prin.
dem usque ad idem punctum ad terminos sunt contrarios. Non solùm quia illud pūctum respectu terræ est sursum, & respectu cœli deorsum, sed quia terminus ultimus illius ascensus est concauum lunæ, & terminus ultimus descē sus est centrum terræ. ¶ At uerò replica non nihil habet difficultatis, an idē iudicium sit de ascensu aeris à terra usque ad suum locum naturalem: & de descensus à cœlo usque ad eundem locum. Cui non ab re fortè respondendū arbitror sub distinctione. Nempe quòd si motus accipiatur in genere sub ratione motus, illi sunt forma sua contrarii: F
quippe cum sint ascensus, & descensus. Si tamen accipiantur particulariter, quatenus motus sunt naturales aeris, non sunt contrarii, cum sint ad eundem terminum naturalem, & ab eodē principio intrinseco. Et ad argumentum respondetur, q̄ licet punctum in cōuexo aeris respectu terrę sit sursum, & respectu ignis deorsum ad regulādū motus terræ, & ignis, tam naturales quàm uiolentos, rñ respectu aeris: quia est eius locus naturalis, undecunq; illuc aer feratur, non censentur motus contrarii respectu aeris, sed rñ motus uiolenti aeris, quorū alter est uersus cœlū, & alter uersus terrā, contrarii quidē sunt, quia

A termini ad quos sunt contrarij. Immò & termini à quibus: nam cum illi motus sint uiolenti, terminus à quo per se primus non est locus naturalis aeris, sed terminus ascensus est centurm terræ, & terminus descensus concauum lunæ. ¶ Hinc sequitur, quòd descensus aeris à cœlo usq; ad aerẽ contrarius est eius descensui inde usque ad centrum terræ. Et hoc est testimonium, quòd nõ est contrarius ascensui eiusdẽ à centro terræ: aliàs idem motus esset cõtrarius duobus motibus contrarijs. ¶ Ad confirmationem negatur, ꝙ argumẽtatio, & diminutio non sunt termini contrarij: iam enim supra q. 1. dictum est, quo

B modo contrarietas sufficiens ad rationem motus reperitur in quantitate. Vnde inter excellentiam quantitatis (quæ est terminus ad quem augmentationis) & defectum eiusdem (quæ est terminus ad quem diminutionis) est cõtrarietas sufficiens ad contrarietem motus. Et eadem est ratio de maiori & de minori gradu, qui sunt termini ad quos i itẽsione & remissione qualitatis.

Cõclus. 6. ¶ Sexta conclusio est in tex. 54. Motus omnis contrarius est quieti: nõ illi, quæ est sub termino ad quem, sed illi potiùs, quæ est sub termino à quo, ut motus sursum contrarius est quieti, quæ est deorsum: & motus calefactionis contrarius est quieti, quæ est sub fri

C giditate. Probatur. Motus contrariatur quieti, & non quieti alterius generis, ergo uel illi, quæ est in termino ad quẽ, uel illi quæ est in termino quo: non illi: ergo huic. Maior patet: Motus & quies opponuntur priuatiuè. Nã quies est necessario à motu: quæ enim non sunt apta moueri, ea non propriè quiescunt, ut tex. 20. docuit Philoso. hanc autem priuatiuam oppositionem uocat hic Phi. contrarietatem. Quod ergo non opponatur quieti alterius generis (ut quòd motus dealbationis nõ opponatur quieti in sanitate) patet quia contraria debent esse eiusdem generis: tenebræ enim, quæ sunt priuatio lumi-

nis, non opponuntur uisui. Quòd autẽ D
non opponatur quieti sub termino ad quem (ut ꝙ calefactio non contrarietur huic, quod est calidum esse) patet: quia cõtraria non simul acquiritur, sed qñ unum acquiritur, alterum dependitur: at uerò motus & terminus ad quẽ simul acquiruntur: idẽ enim est calefactionem fieri & calidum fieri. Colligitur ergo, ut motus contrarietur quieti sub termino à quo: quæ expellitur per motum. Nihilominus tamen negãdum non est quodammodo etiam contrariari quieti sub termino ad quem ea ratione, qua simul esse repugnant motus, & huiusmodi quies ¶ Septima cõ- Cõclus. 7.
clusio est in eodẽ tex. Quies sub termi- E
no à quo contrariatur quieti sub termino ad quẽ, ut frigidũ calido. Hæc per se nota est, postquàm penes hãc cõtrarietatem attenditur contrarietas motuũ. Sed probat nihilominus alirer à permutata proportione. Sicut calefactio opponitur quieti sub frigiditate, ita frigefactio quieti sub caliditate: ergo sicut calefactio opponitur frigefactioni, ita & esse frigidum huic, quod est esse calidũ. Nam si sicut se habent sex ad tria, se habẽt quatuor ad duo: sicut se habẽt sex ad quatuor, se habent tria ad duo.

¶ Octaua conclusio est in tex. 62. Ma- Cõclus. 8.
ior contrarietas est inter duos motus, quàm inter motum, & quietem. Patet, F
quia motus contrarij sub nullo gradu possunt esse simul: motus uerò calefactionis simul est cũ frigiditate sub gradu remisso. ¶ Nona cõclusio in tex. 52. Cõclus. 9.
& in sequentibus. Motus omnis uiolẽtus contrarius est motui omni naturali, siue eiusdem rei, siue alterius. & pariter quies naturalis contraria est quieti uiolentæ: ut habetur tex. 60. Probatur, nam præter contrarietatem motuum, quæ illis cõuenit inquantum sunt motus (scilicet, ex parte terminorũ) accidit illis ista contrarietas ex qualitate principiorũ: quia naturalis est à principio intrinseco, uiolenta uerò à principio extrinseco. Vnde motus uiolentus

lapidis

A lapidis ſurſum contrariatur motui naturali ignis, & motus naturalis terræ motui uiolẽto ignis deorſum: & quies uiolenta terræ ſurſum contrariatur quieti naturali terræ deorſum.

Cõclu. 10. ¶Cætera in commentis latè patent, ſi modò ex dictis hanc decimam conclu ſionem elicuerimus. Vnum opponitur multis: atque adeo multis modis & rationibus: ſiue motum motibus confe ras: ſiue motum quietibus: ſiue quietem quietibus. Exempli gratia. Motus naturalis ignis contrariatur primùm motui naturali terræ per ſecundã concluſionem: mox eadem ratione uiolen to motui deorſum eiuſdem ignis: dein de motui uiolẽto terræ ſurſum, per no

B nã concluſionẽ: præterea quieti in cẽ tro terræ per ſextam: immò quodam modo quieti in cõcauo. Et pariter mo tus naturalis terræ cõtrariatur ſuo uio lento, & uiolento igni: & quieti in cõ cauo lunæ. Rurſus quies ſub frigiditate contrariatur motui calefactionis, & quieti ſub calore, &c.

Ad 3. prin. ¶Vnde ad tertium principale argumentum, reſpondetur, quòd compati ſe in C gradibus remiſsis, non eſt conditio, quæ conuenit qualitatibus contrarijs eò ſolum, quòd ſunt cõtrariæ: ſed quia ſunt contraria intẽſibilia, & remiſsibilia. Et ideo quamuis motus calefactionis, & frigefactionis non ſe compatiantur, nihil minus habent de ratione contrarietatis. Quin uerò (ut in octaua cõcluſione ex tex. 62. dicebamus) propterea motus calefactionis magis contrariat motui frigefactionis quàm quieti ſub frigiditate, quia ille motus compatitur ſecum frigiditatem remiſſam non tamen alium motum.

¶Ad confirmationem reſpondetur, ꝙ Ad confir. unũ ſub una ratione & uno modo non D contrariatur, niſi uni: ſub diuerſis uerò nihil uetat contrariari pluribus, ut motus ignis, quatenus eſt ſurſum, contrariatur, omnibus motibus, qui fiunt deorſum: licet illi deorſum poſsint alia ratione eſſe contrarij: ut motus uiolentus eiuſdem ignis & naturalis terræ, eò quòd unus eſt à principio extrinſeco, & aliter à principio intrinſeco.

Finis Quinti Phyſicorum.

DOMINICI SOTO,

SEGOBIENSIS,

Theologi, ordinis Prædicatorum, super Sextum Physicorum Aristotelis Quæstiones.

A Textus.1. Impossibile est, &c.

Quæstio Prima.

VTRVM CONTINVVM componatur ex indiuisibilibus.

IN sex partes initio commentorum, sextum hunc librum partiti sumus. In quarum prima, in duobus.s.prioribus capitulis, nihil aliud Phi. demõstrare perseuerat, quàm quòd continuum impossibile est ex indiuisibilibus componi: B sed omne esse diuisibile in semper diuisibilia. De quo proinde primam hãc mouimus quæstionem. Pro cuius parte affirmatiua arguitur primò. Idem est punctum in continuo, quod est in numero unitas, ut habetur 1. Topi. ca. 14: sed numerus componitur ex unitatibus, quia (ut est 1. de anima. textu 68.) additione, subtractioneque unitatis uariatur numerus: ergo & continuum componitur ex punctis: sed tam punctum, quàm unitas est indiuisibile, ut habetur 5. meta. textu. 12. ergo continuum componitur ex indiuisibilibus.

¶Secundò principaliter arguitur. Possibile est continuum in omnem suam partem esse diuisum: ergo continuum componitur ex indiuisibilibus. C Consequentia est manifesta: nam teste hic Aristot. textu. 3. unumquodque resoluitur in ea, ex quibus componitur: & si continuum sit diuisum in omnem suam partem, necesse est partes illas esse iam tunc indiuisibiles. Sed probatur antecedens, Deus intuitiuè cognoscit singula puncta, atque adeo singulas partes, & partium particulas continui, ergo quemadmodum ipse cognoscit, potest per suam absolutam potentiam diuidere per partes proportionales horæ (ut dicunt) priùs in duas medietates mox in quatuor quartas, deinde in octo octauas, &c. Siquidem nulla D est apparentior repugnantia, ut re fiat diuisę, quàm intuitu diuino.

¶Et confirm. Si ignis poneretur in centro terræ, quia nulla est tunc maior ratio, cur hac, quam illac ascendat, diuideretur in omnem partem, ut spherice per omnes lineas ascendat. Item si uniforme uitrum planum ponatur super planissimum lapidem, magnaque itidem planissima moles desuper cadat, in omnem suam partem uitrum conteret. Item si aqua qua uitrum undique obtrusum plenum est, congeletur, tunc uitrum in omnem suam partem erit comminutum: ergo.

¶Alia sunt alterius generis argumẽta, quæ Greg. & Sophistæ cõfarciunt. Tertiò

A tiò ergo principaliter arguitur. Signato primo puncto. A extrinsece terminatiuo lineæ, aut inter. A. & quodlibet punctum eiusdem lineæ mediat punctum, aut non. Primum non est dictum probabile: nam ante quodlibet punctũ intrinscum huius lineę nullum esse uidetur præter. A. & per cõsequens inter. A. & quodlibet aliud nullum mediabit. Si uerò inter. A. & quodlibet nullũ mediat, consequẽs esse, uidetur, ut sint duo pũcta immediata. Vnde illico subsequitur continuum ex punctis componi.

¶ Atqui acutius fit argumentũ, si dicas. Inter. A. & omnia collectiuè intrinseca puncta nullum mediat, ergo dantur

B duo immediata, & per consequens continuum componitur ex indiuisibilibus.

¶ Quartò, si lubet alio modo arguere, quis poterit. Si omnis pars continui esset diuisibilis, sequeretur quod quacunque parte continui daretur pars minor: quæ tamen neq; esset minor quacunq;. Et probatur. Hæc reducitur ad copulatiuam, cuius utraq; pars est uera. Prima namque pars manifesta est, quia quacunque parte cõtinui medietas eius est minor: & secunda etiam pars probatur: quia nulla est pars minor sua medietate: & per consequens nulla est pars quacunque minor. Et simile est argumentum, quòd quacunque parte continui

C aliqua est maior, quę tamen non est quacunque maior.

¶ Dvo sunt termini in titulo quæstionis: uidelicet, continuum, &, indiuisibile. Continua (ut lib. 5. text. 26. præhabitum est) sunt illa, quorum ultima sunt unum: ut lignum, lapis, &c. Indiuisibile multis modis dicitur: uno modo, ut non dicat negationem partium, sed potẽtiæ naturalis, ad hoc, ut diuidatur. Quemadmodum cœlum potest, ut incorruptibile, ita dici indiuisibile. Et minimum naturale diceretur etiam hoc modo indiuisibile in partes seorsum per se existentes. Quemadmodum Anaxagora forte, & Democritus ponebat suas atomos indiuisibiles. Et hoc modo nõ accipitur hic indiuisibile. Alio modo D accipitur, ut dicat negationem partiũ. Et hoc dupliciter, uno modo, ut dicit, quid spirituale & separatum à materia, ut est Angelus, uel esto sit in materia tanquam actus eius, non tamen habet positionem in continuo, ut anima rationalis, quæ est tota in qualibet parte. Vnde qui arguit contra conclusionem, quòd propositio mentalis componitur ex indiuisibilibus, & homo ex materia, & ex indiuisibili forma, nihil ad rem affert: quia neque oratio est continuum, neque anima dicitur continuari materię, quã informat, quia non uniuntur secundùm extensionem, ut loco situque distent. Et alio modo accipitur E illo, quod est principium quãtitatis habens positionem in continuo. Vt puncta, quibus partes quantitatis continuã tur, aut terminantur. Et hoc modo accipitur in præsentia. Neque uerò hic locus est, neque nobis est animus disputandi, an dentur ista indiuisibilia in rei ueritate distincta: nempe an superficies distinguantur à corpore, aut linea à superficie, aut punctum à linea. Arbitror me namque pro rei dignitate satis de hoc dixisse in prædicamentis. c. de quantitate. Vbi probabiliùs existimauimus res esse distinctas. Eis ueruntamen, qui in contraria fuerint opinione, loquendum nihilominus est hic claritatis gra- F tia, ac si essent res distinctæ.

Indiuisibile multipliciter.

¶ Est præterea considerandum, quòd prędecessores Arist. multi crediderunt rem poni ex indiuisibilibus, ut Zeno, ac subinde Stoici, eratq; suo tempore opinio celebris. Quia de causa plus forte iusto prolixus fuit Ph. in extirpanda hac opinione, adeo, ut fermè totum lib. 6. in hoc loco constituerit. ¶ Sunt ergo in duobus primis capitulis, (quæ prima pars sunt huius libri) tres conclusiones. Prima est negatiua quæstionis in tex. 1. Impossibile est continuum ex indiuisibilibus esse, ut lineam ex punctis. Hanc conclusionem probat Ph. fermè duobus totis capitulis, sex rationibus.

A bus. Quibus alias nos quatuor adhibere possumus: ut sint omnes numero decem. Et rationes quidem Phi. in commentis sunt satis expositæ: sed non erit
Ratio 1. ab re eas in summam redigere. ¶ Prima est in eodem tex. ex diffinitione continui, quæ est à priori. Cõtinua sunt quorum ultima sunt unum: sed indiuisibile non habet ultimum (quia ultimum dicit respectum ad aliam partem, quę nõ est ultima) ergo indiuisibilia continua esse non possunt. Palam significat hic Ph. punctum indiuisibile esse ultimum terminum lineæ. Nam qui tenent quanticatem non distingui à re quanta, non dant ultimum alicuius continui, quod
B secũdum se totum sit ultimũ, quia quacunq; parte ultima data adhuc medietas illius prima non est ultima. Phi. tamen vult hic, q̃ detur unum ultimum secundum se totum distinctum ab illo, quod non est ultimum. Et id nõ potest esse, nisi aut punctum in linea, aut linea in superficie, aut superficies in corpore. Non quòd punctum sit pars lineæ, sed quòd sit ultimus terminus lineæ. Eadem ratione progreditur Ph. probare, quòd indiuisibilia non possunt esse contigua: quia non habent ultima, quæ
Ratio 2. sint simul. ¶ Secunda ratio, & quidem subtilis est in tex. 2. Continua non debent se tangere secundùm se tota, sed
C solum secundùm eorum ultima, at indiuisibilia non possunt se tangere secundùm ultima, sed secundùm se tota: ergo continua esse nõ possunt. Maior exponitur sic. Si medietas mea superior tangeret inferiorem secundùm se totã, tunc penetrativè se haberent, & per consequens non occuparent maiorem locum, quàm sola medietas. Neq; proinde facerent continuum, neque unũ maius: sed haberent se quãtùm ad hoc sicut materia & forma lapidis. Et si tres quartæ superiores penetrativè se haberent cum infinita quarta, non occuparent nisi locum unius quartæ, ergo, ut omnes quartæ faciãt unum continuũ, requiritur, ut non se tangant secũdùm se totas: sed secundùm ultima. ut loco & situ differant: indiuisibilia uerò, quia non habent ultima, non possunt se tangere, nisi secundùm se tota: & per consequens hinc colligitur illud celebratũ dictum, quòd indiuisibile unum additum alteri, non facit maius, neq; sunt continua. ¶ Tertia ratio est in tex. 3. ex Ratio 3.
D definitione secunda continui, quæ est à posteriori. Vnunquodq; resoluitur in ea, ex quibus componitur: ergo si continuum componeretur ex diuisibilibus resolueretur in indiuisibilia: quod est contra definitionem continui: qua habetur continuum esse id, quod est diuisibile in semper diuisibilia. ¶ Quartam Ratio 4.
E rationem adiicere possumus, quòd si continuum ex indiuisibilibus esset cõpositum, sequeretur, quòd duo mobilia, alterum tardissimum, & alterum uelocissimum in eodem adæquato tẽpore transirent æquales magnitudines, contra uarietatem, quam Phi. hic demonstrat tex. 11. & tribus sequentibus. Probatur sequela. Designentur magnitudines. A. & B. quarum utraque ex decem (v. g.) indiuisibilibus componitur. Et incipiat. C. uelocissimum mobile moueri super. A. D. uerò tardissimum super. B. in eodem instanti: & arguitur sic. In ea mẽsura tẽporis, qua C. trãsit primũ pariter indiuisibile ipsius.
F A. aut. D. transit primum indiuisibile ipsius B. uel nõ. Si sic eadem ratione, quo tempore. C. transit secundum indiuisibile, &. D. simul transibit secundum, atque adeo in eodem adæquato tempore transibunt omnia decem: qnod est intentum. Si uerò respondeas quòd tẽpore, quo. D. transit primum indiuisibile. D. non transit totum primum, sequitur, quòd transibit medietatem: & per consequens illud non erat indiuisibile. ¶ Et pari modo (ut si quintum argumẽtum) deduceretur illud inconueniens, quod Zeno comminiscebatur, ut tex. 78. uidebimus, scilicet, quòd uelocissimum insequens tardissimum nunquã poterit illud pertingere. Nã ponamus.

D.

A D. tardissimuin incipere à secunda parte indiuisibili. A. magnitudinis C. uerò uelocissimum simul incipiat à prima: tunc cùm eodem tempore adæquato, quo. C. transit unam partem indiuisibilem. D. transeat tantam: quia non potest minorem, semper. D. præibit ipsi. C. ¶ Sextum argumentum colligitur ex text. 23. Detur magnitudo constans ex tribus indiuisibilibus. Si mobili uelox transit in. A. tempore totam magnitudinem, mobile in duplo tardius debet in eodem tempore transire medietatem totius. s. primum diuisibile, & medietatem secundi: & per consequens indiuisibile, diuideretur. Argumentum facit

B Aristoteles de tempore. Si aliquod mobile transit tria illa indiuisibilia incerto tempore (quod subinde tempus necesse est constare ex totidem indiuisibilibus) sequitur, quòd mobile insubsesqui altero minus uelox, in eodem tempore debet transire duo indiuisibilia (quæ se habet in subsesqui altero ad tria) & per consequens unum indiuisibile transibile in medietate illius temporis, & cùm tempus cõstet ex tribus indiuisibilibus correspõdentibus, tribus partibus motus prioris mobilis, sequitur quòd medietas temporis constat ex primo diuisibili, & medietate secundi. Atque adeo indiuisibile diuiditur. Alia alterius generis argumenta accumulant. 2. sententia. dist. 2. Scotus quidem q. 9. Grego. uerò q. 2. Ad quorum intelligentiam præsupponendum est, quòd licet in rei ueritate infinita indiuisibilia non occupent maiorem locum, quàm unum (ut secundo argumento monstratum est) tantum tenentes continuum componit ex indiuisibilibus, necesse habent dicere contrarium. Nam si duo puncta (ut ipsi fatẽtur) occupent maiorem locum, quàm unum, infinita occuparent infinitum. Et ideo secundum illos nullum continuum finitum componitur ex indiuisibilibus infinitis: sed id, quòd maius est, cõponitur ex pluribus: & id, quòd minus, ex paucioribus. Tunc infert Scotus, & benè, quòd si cõtinuum componeretur ex indiuisibilibus, tot indiuisibilia essent in minori circulo, quot in maiori: quòd data opinione implicat cõtradictionẽ. Proli xiùs ille deducit, sed facilè commonstretur in hac subiecta figura. Nam quæcunque duæ rectæ lineę, quantũcunque propinquissimę ducãtur à centro usque ad circunferentiam externè circuli, necesse est, ut quemadmodum in maiori circulo terminantur ad duo distincta puncta. ita circunferentiam minoris circuli intersecẽt in duobus distinctis punctis. Quoniam si illic concurrerent in idem punctum, tunc ab illo puncto usque ad centrum non essent duæ, sed unica linea: atque adeo lineæ ductæ à centro usq; ad circunferẽtiam maioris circuli non essent rectæ, sed frangerentur in circunferentia minoris circuli, ut apparet in hac figura. Cuius tamen demonstrationes sunt apud Euclidem: ergo quantocunquè plures lineas duxeris à cẽtro usque ad circunferẽtiam exterioris circuli, tot omnino puncta numerabis in circunferentia minoris circuli, quot in circunferẽtia maioris, & per consequens stando in oppositione minor circulus esset æqualis maiori. ¶ Secundum corollarium Scoti est, q; si continuum componeretur ex indiuisibilibus, sequeretur diametrum quadrati esse æqualem costę: cùm tñ ad sensum pateat esse maiorem: & Arist. sæpe dicat esse incommensurabilem costæ, ut primò posteriorũ explicuimus. Sequela tñ paret in hac figura. Si. n. à quouis puncto unius costæ ad punctũ è regione alterius rectam duxeris, tot puncta enumerabis adæquatæ in costa, quot in diametro: atq; adeo





C

D

E

F

A adeo ex tot punctis cõstat: & per consequens diametrus & costa sunt æquales. ¶ Tertium corollarium adiiciamus ex Grego. Sequeretur si continuum constaret ex indiuisibilibus, quòd constituto super aliquam basim triangulo linea recta parallela cum basi, propinquior angulo superiori, descripta inter latera trianguli esset maior basi: quod est contra sensum. Nam esset prolixum afferre demõstrationes Euclidis lib. 1. Et quod sequatur, patet in hac figura. Sic enim linea A. B. basis huius trianguli, constans ex tribus pũctis: & alia duo latera concurrentia



B in pũcto. C. habeãt singula quinq; pũcta. Describaturq; linea inter pũcta, D. E. quam necesse est ad minus habere duo puncta, post quàm, est diuisibilis, siquidem, D. E. sunt puncta distantia. Mox describatur inferiùs parallela inter pũcta. F. G. quę post quàm est maior quàm superior, ad minus habebit tria puncta. Rursus describatur alia inferior inter pũcta. H. I. Quæ cum est maior superiori, habebit ad minus quatuor puncta: & per consequens erit maior quàm A. B. quam supposituũ est ex tribus tantùm indiuisibilibus esse

C compositam. Consequens tamen implicat contradictionem. ¶ Alia huius generis multiplicant, sed omnia nos possumus ad hoc unum reducere, & datis duabus quibuscunque lineis inæqualibus: quantuncunque una sit maxima, alia verò minima, tot sunt ĩdiuisibilia in una, quot in alia, & per cõsequens, secũdùm tenẽtes continuum componi ex indiuisibilibus, sequitur eas esse æquales, ut paret in hac figura. Nam

signato centro. A. sub minori linea, quotcunquè lineæ ducãtur ab illo usq; ad lineam D. E. tot puncta numerantur D in linea. B. C. quot in linea. D. C. ¶ Postremum denique ac decimum argumentũ est, quod si continuum componeretur ex indiuisibilibus, nullatenus esset possibilis rarefactio sine additione nouæ materiæ: neq; cõdensatio sine deperditione. Quoniam si detur continuum constãs ex tribus indiuisibilibus, & rarefiat: necesse est, ut occupet maiorem locũ; per cõsequens uel additur quartum indiuisibile per additionem nouę materię (quod est intentum) uel aliquod illorũ indiuisibilium efficitur maius: quod nõ est intelligibile. Eodem modo si debet condensari, uel debet deperdi aliquod illorum trium indiuisibilium (quod est E intentum) uel indiuisibile fieri minus; quod est impossibile.

¶ Igitvr ad primum principale argumentum negatur, quòd perinde omnino se habeat punctum in quantitate, ac se habet in numero unitas: sed hoc solùm ubique comparantur ab Arist. & & unitas, & pũctum sunt suo modo indiuisibilia: & quemadmodum unitas est principium numeri, ita punctum principium quantitatis. Differunt tamẽ quòd punctum habet positionem in cõtinuo: unitas verò non, ut habetur 1. poste. text. 42. & 5 meta. tex. 12. Nam in cõtinuo sunt puncta ante & retro, priùs, & posteriùs: numerus autem, quia designat quantitatem discretam, non dicit F unitates habentes ordinem. Et eadem ratione numerus constat ex unitatibus seorsum diuisis, ut quinarius ex quinq; unitatibus. Quarũ quęlibet dicitur indiuisibilis in ratione numeri. Vnus enim homo, ut pars binarii, non est amplius diuisibilis, licet diuidatur in ratione quantitatis continuæ, ut in cap. de quantitate explicatum est. Continuum autem non componitur ex punctis, sed ex quantitatibus continuatis per puncta. Quocirca nullus potest esse numerus ex infinitis unitatibus: quodlibet autem continuum habet infinita puncta. Ad 2. prin.

¶ Ad secundum argumẽtum solus Gre-

go.

A go.est,qui respondet concedendo continuum posse esse diuisum in omnem suam partem:in 1.sent.dist.35.ad septimum argumentum: & in secundo dist. 2.q.2.Non solùm propter argumentum factum,sed adiicit duo alia. Primum. Potentię ad diuisiones continui. s. in duas medietates, in quatuor quartas, &c.nullum habent inter se necessarium ordinem,aut dependentiam,ut priùs fit necessarium diuidere in duas quàm in quatuor: ergo poterit Deus simul diuidere in omnes.¶Item quia aliàs sequeretur omnes singulares alicuius uniuersalis esse possibiles,& tamen uniuersalé ipsam esse impossibilem,ut patet in his.

B Possibile est continuum in duas partes esse diuisum, & possibile est in tres esse diuisum, &c.quia omnes sunt possibiles.Et tamen hæc est impossibilis,possibile est continuum in omnem suam partem esse diuisum.

¶Hanc tamen opinionem profectò intelligere nunquàm potui. In primis expresè contra Aristo.tex.hic 3.Nam dato casu,quòd continuum sit in omnem suam partem diuisum,intelligere aliud nequeo,quàm ꝙ partes illæ essent indiuisibiles.Nã si aliqua est diuisibilis,non est facta diuisio in omnẽ partem.Quòd si partes sunt indiuisibiles, continuum componitur ex indiuisibilibus. Vt infert Phi.¶Responsio tamé Gregorii. est

C hęc,ꝙ indiuisibile accipitur dupliciter: uno modo,ut neget partes in actu simul & potentia: quemadmodum angelus, uel punctum est indiuisibile: quia nec actu diuiditur in partes, nec diuidi potest:siquidem nullas habere potest partes,neq; esse alterius pars. Et isto modo fieri non ualet diuisio continui usq; ad indiuisibilia.Alio modo accipitur indiuisibile,pro eo, quod habuit quidé partes unitas, sed modo iam sunt omnes actu diuisæ: taliter ut nullæ sint unitæ, quæ possent diuidi.Et isto modo diuisio cõtinui per potentiam diuinam,potest procedere usque ad indiuisibilia.

¶Sed contra solutionem manifestè arguitur. Facta illa miraculosa diuisione D capio unã particulam.A.& quæro, uel illa actu constat, ex partibus integralibus(nam de his loquimur) uel non. Si sic, non est completa, & exhausta tota diuisio continui.Si non habet actu partes,profecto non uideo quomodo differat à puncto.Nam dicere, ꝙ illa particula fuit aliquando pars alterius,& potest iterum uniri,& rursus diuidi, punctum uerò minimè,est pręter principiũ,quoniam sicuti punctũ,propterea ꝙ nullas habet actu partes, additum alteri nõ facit maius,eadem ratione,nec illa particula addita alteri faciet maius. Quia re uera si non habet actu partes, non est

E quanta:& per consequens, neq; esse potest,aut potuit pars continui.Quocirca Maio.2.d.2.q.5.tenens continuum posse diuidi in omnem suam partem consequenter concedit componi ex indiuisibilibus,non solùm contra Aristotelem, sed contra omnem intellectum.¶Vnde ad secundum principale conceditur, ꝙ Deus cognoscit singula puncta,& singulas partes continui.Non tamen cognoscit ultimam, quia nulla est talis. Et eadem ratione neque cognoscit ultimas, ad quas terminatur diuisio continui. Nam illæ essent indiuisibiles, & tamen nullæ sunt tales in continuo. Obidque negatur, quòd non fit maior repugnan

F tia singulas partes continui esse actu in re diuisas,quàm in intuitu diuino.Equidem ex reali diuisione sequitur aliquã partem esse non quantam: & tamen ex hoc,quòd Deus cognoscat singulas,nihil tale sequitur.Quinimmò cognoscẽdo singulas cognoscit non posse taliter diuidi.Nam qualis est earum natura, taliter cognoscuntur à Deo.¶Hinc sequi- Ad argumẽta Gregorii.
tur solutio primi argumenti Greg.non enim repugnantia diuisionis continui in omnem suam partem prouenit ex ordine, ut necessarium sit priùs diuidere in duas, deinde in quatuor, &c.,sed ex eo,quòd daretur pars non quanta.

¶Ad secũdum(quòd sophisma est) negatur, quòd detur uniuersalis impossi-

bilis,

A bilis, cuius singulares sint necessariæ. Quinimo si ly, partem (saltem in singulari) anteponatur ad ly, possibile, in rigore hæc est uera, in omnem suâ partem continuum possibile est esse diuisum, ut constat per descendêtes sub ly, partem: sed tamen negamus illam si dicas in plurali, in omnes suas partes &c. quia habebit tunc unam falsam demõstrando omnes collectiuè. Et maximè si ly, partes, postponatur ad ly, possibile. s. possibile est cõtinuum in omnes suas partes esse diuisum. Et tunc non admittitur inductio sub ly, partes. Sed hæc ex dialecticis constat. ¶ Ad aliud, quod tangitur in argumento, satis respõsum

B est lib. 3. q. 4. de infinito, ubi commonstrauimus contradictionem implicare sectionem illam horæ per partes proportionales aliàs daretur vltima. Aliaq; huiusgenerismulta explicata illic sunt, quæ in hanc quæstionem comperant.

Ad confir mationes. ¶ Ad primam confirmationem lib. 4. q. 2. respõsum est. Et ad alias duas lib. eodem. q. 3. Neque aliorsum hic enarratæ sunt: quàm ut solutiones illæ in memoriam reuocentur. ¶ Solet fieri argumentum aliud, quòd cum lignum comburitur, singulæ partes separãtur ab illo successiuè per combustionem: conseruentur ergo à Deo eo modo, quo separantur: & tunc continuum erit diuisum in

C omnem suam partem. Homini tamen Philosopho nullum argumentum est, tum quia separationes illæ non sunt seorsum singularum partium: tum quia non priùs natura sit separatio, quam cõuersio in ignẽ: quinetiam separatio est

Ad 3. prin. cõuersio. ¶ Ad tertium principale argumentum, sophistæ sunt, quibus respondere incumbit. Conceditur namque, φ inter. A. punctum, & quodlibet subsequens mediat punctum. ut patet inductione sub termino distributo: quocũq; enim demonstrato inter illud & .A. mediat punctum. Et ideo negatur, φ ante quodlibet nullum sit præter .A. Tametsi nullum signari poterit, quòd mediet inter. A. & quodlibet aliud. Non tamen inde sequitur duo esse puncta immedi-

D ata, ut dialecticis compertum est. Si autem dicas collectiue, inter. A. & omnia subsequẽtia, nullũ mediat, cõcedetur: negatur tamẽ cõsequẽtia, qua colligis, alia qua esse puncta immediata, quia totius collectionis sequẽtis nõ datur proximũ punctũ, uersus. A. Quẽadmodũ si secundũ duorũ corporũ (quę sunt contigua) diuidas per partes proportionales, uersus primum, tunc inter primum, & omnes partes proportionales alterius nihil mediat: tamen nulla designari põt pars alterius, quæ sit priori corpori immediata: cùm nulla sit ultima.

¶ Ad quartum denique, quod itidem Ad 4. prin. sophisma est, conceditur utraque copu- E lariua, ut argumentum (quod dialecticum est) patefacit.

¶ Secvnda conclusio. Aristin tex. Conclu. 2. 4. est hæc. Eadẽ est ratio magnitudinis, & temporis, & motus, ut eorũ aliquod, nullum ve, ex indiuisibilibus sit compositum. Nã tria hęc, tres sunt species continui. Et quòd motus diuidatur ad diuisionem magnitudinis, per quam fit motus, probat text. 6. Quoniã cuilibet parti magnitudinis correspondet pars motus. Extenditur enim motus à præterito in futurum, secundùm extensionem magnitudinis. ut lib. 4. text. 99. dictum est. Vnde tex. 7. probat impossibile esse magnitudinem componitur ex indiuisibi- F libus. Nam tunc non esset priùs rem aliquam moueri per partẽ magnitudinis, quàm totam esse: quia moueri, dicit successionẽ, quæ in indiuisibili esse non potest. Et per consequens motus componeretur ex mutatis esse indiuisibilibus, sicut magnitudo ex punctis. A tex. 10. usque ad 17. probat idem de tẽpore: nempe φ sicut magnitudo & motus, ita tempus sit continuum diuisibile in semper diuisibilia, atq; adeo nõ cõstet ex indiuisibilibus instantibus. ¶ Ante cuius probationem præmittit nõnullas regulas uelocitatis motus. Quarum nullam nos mentionem hic facere cogitamus usque ad librum proximum.

¶ Nam

A ¶ Nam cum illic Phi. ponat septem regulas eiusmodi proportionum, commodum esse duximus, omniū proportionum farraginem illuc conijcere, ne dere eadem pluribus in locis dicamus.

Conclu. 3. ¶ Tertiam conclusionē subijcit in text. 18. quam probat usque ad. 23. Quæ est hæc. Eadem est ratio finiti, & infiniti in his tribus, scilicet magnitudine, tempore, & motu. Nempe quòd si magnitudo, per quam fit motus, est finita, tūc & motus & tempus erunt pariter finita, quòd si magnitudo fuerit infinita, & motus pariter & tempus erunt infinita. Horum omnium demonstrationes sunt in commentis explicatæ, uersantur quod in proportionibus de ve-

B locitate motus: de quibus libro sequēti agendum est.

Tex. xxxiii. Motus autem est diuisibilis. &c.

Quæstio Secunda.

VTRVM MOTVS DIVIDATVR ad diuisiones & mobilis, & temporis.

SECVNDVM membrum sexti libri fecimus tertiū & quartum caput: in quorum primo præmittit Philosophus tres conclusiones: & in altero subdit

C diuisionem continui. Ambos autē sub una hac quæstione secunda complexi sumus. Arguitur ergo primò contra id, quod habetur text. 24. scilicet nūc tēporis esse indiuisibile. Sequeretur. n. q accidēs esset sine subiecto: nā diuisibile nō subiectatur ī subiecto diuisibili: nec uidetur, in quo subiecto indiuisibili subiectetur instās: qa maximè ī pūcto, punctū autem nullius subiectum est, cùm sit accidens, & unum accidens non sit alterius subiectum. ¶ Et confirmatur. Si darentur instantia indiuisibilia, sequeretur duo, triaque instātia essent immediata: quod statim text. 26. omnino negat Phi. propterea quòd aliàs tempus componeretur ex indiuisibilibus. Sequela tamen probatur argumento uulgari. Deus potest creare tres angelos, unum deinceps immediate post aliū scilicet unum in instanti præsenti, aliumque immediatè ante, & alium immediatè post: angeli uerò, cum sint indiuisibiles, creari non possunt, nisi in instanti: ergo signabile est instans immediatè ante hoc, & instās immediatè post hoc. ¶ Secundò principaliter arguitur contra id, quod habetur text. 26. uidelicet in instanti non fieri motū. In quocunque instāti temporis, quo actio aliqua, aut motus fit, affirmamus motum ipsum fieri (dicimus enim nunc cælum moueri, equum currere, Petrum legere, &c.) ergo motus fit in instanti. E

¶ Et cōfirmatur. Forma spiritualis, quæ in instanti producitur, potest eodem instanti, quo producitur, augeri: ergo in instanti fit motus. Accidens patet, quia qua ratione potest produci unus gradus, potest simul produci alius, & intendi. ¶ Tertiò principaliter arguitur contra id, quod sequitur in text. 30. scilicet quòd in instanti non est quies. Inter motum, & quietem nullum uidetur esse medium: ergo si in instanti non est motus, restat ut sit quies. ¶ Et confirmatur. Omne quiescens quiescit usque ad instans initiatiuum motus: quod cùm sit ultimum non esse motus, est ultimū esse quietis. & per cōsequens in illo in- F stanti est quies; æquum argumētum est de instanti terminatiuo motus: quod cùm sit primum non esse motus, est primum esse quietis. ¶ Quartò principaliter arguitur directè à parte negatiua primæ partis quæstionis. Aut motū diuidi ad diuisionem mobilis est, quòd prior pars mobilis priùs moueatur, q̄ secunda: & hoc non: quia cùm pedale mouetur, simul omnes partes incipiūt moueri. Aut est, quòd transeuntis per aliquod signum fixū (ut per limē ostii) priùs transit prima pars, quàm secūda, & hęc diuisio non est ad diuisionē mobilis, sed temporis secundùm quā priùs transitur prima pars spatij, quàm secunda. Aut est, quòd accidēs, quod est motus,

D

A tus, extendatur per totum subiectum, sicut albedo: hoc autē uidetur falsum: tum quia (ut lib. 3. q. 2. disputabamus) motus non est accidens distinctum: tū etiam, quia esto distingueretur: esset accidens successiuum, cuius partes esse non possunt simul: est autem intellectu difficile, quomodo partes sint successiuæ, & tamen sint extensæ per totū mobile, quod est ens permanens. ¶ Et confirmatur, si perfectè sphęricum moueretur per planum, solum tangeret in puncto indiuisibili: ergo motus illius esset pariter indiuisibilis ad diuisionē subiecti. ¶ Quintò demum arguitur ad uersus secundam partem quæstionis.

B Si motus diuideretur ad diuisionē temporis, id maximè esset (ut ait Phi. tex. 36.) quia motus maior est in tempore maiori, minor autē in minori: sed hoc non, ergo. Probatur minor. Eodem tēpore, quo mobile tardum percurrit cubitale spatium, mobile uelocius pertrā sibit maius spatiū: ergo motus tardior, qui est minor quàm uelocior (cùm sit minus spatium) non in minori tempore, quàm uelocior, sed in æquali. Quin imò per hoc est uelocior: quia in eodem tempore est maior. Est enim tantus motus, quantum est spatium. ¶ In contrarium est sententia Arist.

¶ Summa duorum capitulorum,
C quæ in hac quæstione examinamus, in quatuor conclusionibus consistit. Prima est in tex. 24. Nunc temporis, quod
Cōclus. 1. per se primò est præsens, est indiuisibile. Per se inquā primò, id est, quod non est præsens rationes alterius, sed secundùm se totum: ad hunc sensum: quòd nihil eius est præteritum, aut futurum. Nam & hora, & dies, & mēsis sunt præsentes, non per se primò, sed ratione instantis, quo partes continuantur. Ad cuius probationem ostenditmò Phi. tex. 26. idem esse nunc, quod est terminus futuri. Nam si essent duo, aut essent immediata, & sic duo indiuisibilia essent immediata in eodem continuo: aut mediaret tempus: & tunc illud esset diuisibile in partem præteritam, & partem futuram: & per consequens nec primum nunc esset terminus totius tēporis præteriti (cùm post illud esset tempus præteritum) nec secundum esset terminus totius futuri, cùm ante illud esset tempus futurum. ¶ Supposito autem, quòd sit idem nūc, probat illud esse indiuisibile, tribus rationibus. Primò, quia si esset diuisibile, diuideretur in partem præteritam, & futuram & sic pars termini præteriti esset futura, & pars termini futuri, esset præterita. Quod est repugnantia, ut in commento patet. ¶ Et hinc nascitur secunda ratio, quòd si nūc, quod est terminus præteriti & futuri, esset diuisibile in præteritum & futurum, non esset per se primò præsens secundùm se totum. ¶ Et tertia ratio est, quòd neq; maneret inuariabiliter, quia præteritū & futurum, dicit uarietatem: nunc autē dicit quid inuariabile. ¶ At uerò circa materiam primi argumenti nō est animus in præsentia disputare, an instantia distinguantur realiter à subiecto, nec ne. Satis enim li. 4. q. 4. de hoc me arbitror dixisse. Et credo equidem non distingui. Non quidem propter hoc argumentum: ad quod facilè respondetur à realibus, quòd illa indiuisibilia non sunt per se in subiecto, sed per accidens ratione quantitatis, cuius sunt continuatiua. Nec propter alia, quæ fiunt, scilicet, quòd simul res produceretur, & corrumperetur: quia de re indiuisibili non esset magnum inconueniens. Noque hoc esset contra Aristo. 5. huius tex. 14. Nam, ut illic adnotauimus, solum negat esse possibile, ut idē motus fit (v. g.) intēsio, & remissio eiusdem qualitatis uel augmentum, & decretum eiusdem quantitatis, uel generatio & corruptio eiusdem substantię. Quòd tamen idem instans sit primum & ultimum esse, non negat. Sed tamen quia credo, nec tempus à motu, nec motum à mobili distingui tanquàm res diuersas, sed sola ratione prædicamentali,

D

E

Ad 1. prin.

F

A mentali, ut illic, & lib. 3. q. 2. contendebamus ostendere, credo neque instantia, neque mutata esse distingui, nisi ratione, à mobili. Vt illic explicatum est. Nihilominus claritatis casu loquendū est de illis, ac si essent res distinctæ. Ita que ratio illa mobilis, qua nunc est in hac parte spatij, & immediatè antehac erat in priori, & immediate posthac erit in posteriori, est instans continuatiuum. Et suo modo dicatur de initiatiuo, & terminatiuo.

¶ Vnde confirmatio argumenti eadem uim habet in omni opinione. Cui Grego. 1. senten. distin. 17. q. 2. artic. 2. concedit, q̄ potest unus Angelus creari
B in instanti præsenti, & alius in instanti indiuisibili immediatè post: dummodo ly, in instanti, non stet determinate pro aliquo singulari, sed confuse, ut aiunt summulistæ. Itaq; ut concedunt, quòd immediatè post hoc erit instans, & tamē nullum instans, erit immediate post, ita dicunt de illo angelo. Et idē dicunt de angelo immediatè antehac creato. ¶ Nihilominus est hic conclusio. Implicat contradictionem, angelū creari immediatè post hoc instans: & tamen creari in instanti, aut in aliqua indiuisibili mensura. Probatur, quia cùm non fit creatus nisi unus, & in in-
C stanti indiuisibili, necesse est illud instans esse signabile, & esse cognitum Deo, qui in illo creauit angelum: & per consequens illud instans est immediatè post hoc. Secus est si admitteretur Deum posthoc in quolibet instāti creare unum angelum. Nam tunc immediatè post esset angelus, & nullus esset signabilis, qui esset immediatè post. At uerò, quòd signetur angelus creandus immediate post hoc in instanti, & non signetur tale instans immediatum, non est intelligibile. Sed tamen addiderim forte non repugnare, quòd Deus creet immediatè, angelum taliter, ut nunc non sit, & immediatè post erit: quoniā non repugnat, ut Deus nunc non concurrat, & immediatè post concurrat. Aliàs deberes dicere, quòd concursus
D Dei dependeat à tempore, debeatq́ue expectare transitum temporis, vt in instanti futūro producat angelum: quod uidetur absurdum. Attamen tunc non esset signabile, uel instans, uel mensura adæquata creationis: sed necessario deberet durare talis angelus per aliquod tempus nostrum, quod est immediatū huic instanti. De præterito uerò non esset ita possibile; nam si crearetur in instanti, & tantùm duraſſet per illud, daretur instans immediatum huic præsenti: si uerò duraret per tempus, tunc in medietate illius temporis versus nos non crearetur, sed esset creatus. Et sic non crearetur immediatè ante hoc
E instans.

¶ Secunda conclusio est in tex. 29. Motus non fit in instanti. Probatur. Vbicunque est motus, esse potest, & uelocior, & tardior: sed in instanti id fieri nequit: nam uelocius id mouetur, quod in minori tempore idem spaciū pertransit, in instanti autē non est dabile minus: ergo in illo non fit motus. Conclu. 2.

¶ Vnde ad secundum argumentum respondetur, quòd quando dicit Aristo. quòd motus non est in instanti, intelligit per se primò. Nam per aliud, id est ratione mutati esse, quod nunc est continuatiuum partium motus, non est dubium, quin motus sit. Sicut dies est nūc
F ratione instantis continuantis partes temporis. Ad 2. prī.

¶ Ad confirmationem respondetur, quòd quamuis qualitas spiritualis possit simul produci in instanti secundùm se totam, nihilominus quòd in eodem instanti producatur unus gradus, & addatur alius, ut in eodem instanti sit & remissior, & intensior, non est possibile, quia id non potest fieri, nisi per motum. Quo circa non est Physicum id, quod aliquando audiui: nempe, quòd in primo instanti conuersionis peccatoris detur unus gradus gratiæ à solo Deo sine merito de condigno, & in eodem instanti intenditur ratione meriti. Sed Ad cōfir.

A hoc non est præsentis loci examinari.

Cõclus. 3. Ad 3. prin. ¶ Tertia conclusio est in tex. 30. Quies non est in instanti. Quæ probatur tribus rationibus. Prima est responsio tertij argumenti principalis. Quies, & motus non opponuntur contradictoriè, sed priuatiuè, est enim quies carentia motus in subiecto loco & tempore, ubi est aptitudo ad motum. Et ideo sicut inter uisum, & cæcitatem est medium (quia lapis neque uidet, neq; est cæcus) ita in instanti ubi nulla est aptitudo ad motum, non est quies, unde quies non definitur negatiuè, ut quicquid non mouetur quiescat, sed quiescit illud, quod non mouetur, est tamẽ aptum tali tempore & modo moueri,

B ut eodem textu habetur. ¶ Circa materiam autem confirmationis notãda est

Definitio quietis. definitio quietis in tex. 32. Id enì (inquit) quiescit, quod similiter se habet nunc, & priùs. Atque illa est tertia ra-

Ad confi. tio, cur quies non sit in instanti, quippe in quo esse non possunt illa duo, scilicet, nunc, & priùs. Et per hoc respondetur ad primam partem confirmationis. Conceditur enim, quod in instanti initiatiuo motus mobile quiescit: non ex eò solùm, quia tunc non mouetur, sed quia similiter, id est, in eodem loco est

C tunc, quo erat prius: & ideo quiescit; tãquàm in termino quietis, Veruntamẽ nemo decipiatur (cùm facile quisq; decipi possit) inferens idem esse de instãti extrinsecè terminante definitionem motus, uidelicet, quòd tunc res quiescat, propterea quia tunc nõ mouetur, & similiter se habet, sicut se habebit posterius. Consulto enim Arist. definiuit quietem per respectũ ad præteritum, & non ad futurum. Vsu namq; loquendi hominum eum, qui modo est, ubi hactenus fuit quiescere, censemus: attamen in primo instanti, quo res est, ubi deinceps erit, nondum iudicatur quiescere: quia habitudo futura non facit, ut in instãti præterito res quiescat. Quare negatur æquam esse rationẽ de instanti terminatiuo, & quæ est de initiatiuo. Et ideo in tex. 31. inter exponendam secundam rationem diximus, q̃ quamuis quies finiatur per ultimũ sui esse, non tamen incipit per primum sui esse: sed per ultimum non esse, ita ut illud instans, quod est primum non esse motus, est item ultimum non esse quietis, nam tunc res non quiescit, & immediatè post illud quiescet. ¶ Aliam conclusionem adhibet eodem tex. 32. Nempe, quòd omne, quod mouetur, est diuisibile. Quam inferius tex. 86. latiùs probat. Et ideo usque ad quæstionem sequentem reponatur.

D ¶ Quarta conclusio, qua respondetur ad quæstionem, sequitur in tex. 33. Motus dupliciter diuiditur, scilicet, & ad diuisionem mobilis & ad diuisionem temporis. Prima pars probatur tribus rationibus. Prima est. Motus (ut modò dicebamus) non est, nisi in subiecto diuisibili: ergo est accidẽs materiale, atque adeo extensum per totũ. Secunda atque tertia fermè recidunt in primã. Videlicet, motus totius mobilis non est motus alicuius partis: ergo necesse est, ut motus habeat partes extẽsas, quibus moueãtur partes mobilis: sicut totum mouetur toto motu. Ac si dicas. Tota albedo Petri non est in sola facie: ergo necesse est albedinẽ habere partes, ut alia caput sit album, & alia pedes. ¶ Secundam partem con-

E clusionis probat in tex. 36. per hoc, q̃ motus diuiditur quemadmodum & tempus, ut si totus motus, quo transitur totum spatium, durat integram horam, medietas motus, qua transitur medieras spatij, durat medietatem horæ. Reliqua in commentis sunt manifesta.

Ad 4. prin. ¶ Vnde ad quartum principale argumẽtum in commento 33. responsum est, quòd motum diuidi ad diuisionẽ mobilis, neque est, quòd prior pars mobilis priùs incipiat moueri, quàm posterior, nec quòd priùs transeat per signum fixum: sed est, quòd totus motus extendatur per totum mobile. Et quãuis motus non sit res distincta, nihilominus

A minus est accidés, ut sæpe dicere solemus, nam accidit mobili moueri, & cùm ad motum totius sequatur motus partium, ad hunc sensum motus extenditur per mobile. Credentes uerò motum esse rem distinctam, fateor, negotium habent explicandi, quomodo habeat partes extensas per totum: & nihilominus partes successiuas, quæ non sunt simul. Nam dicere, quòd sunt diuersæ partes illæ, quæ diuiduntur ad diuisionem mobilis, & illę, quæ diuiduntur ad diuisionem temporis, certè est falsum. Quoniam tunc motus esset in duabus speciebus quantitatis. Item ille re uera partes, quę extenduntur per

B totum mobile, sunt, quę non durant nisi per instans, atque adeo illæ ipsæ sunt successiuæ. Et ita respondere debent fautores illius opinionis: nempe quòd illud accidens, cuius aliqua pars est in una parte mobilis, & alia in alia, diuiditur ad diuisionem temporis, secùdùm easdem partes: alia tamen ratione, quia scilicet, aliæ præcesserunt, & aliæ sunt futuræ, & continuantur per mutatum

Ad confir. esse. ¶ Ad confirmationem respondetur, quòd quamuis perfectè sphæricũ moueatur per planum, motus tamen non subiectatur in puncto tangente mobile, sed in tota sphæra, quæ mouetur per se: punctum nanque solum per

C accidens mouetur ratione totius.

Ad 5. ¶Ad quintum principale argumẽtum, respondetur, quòd non definitur, neq; cognoscitur motum diuidi ad diuisionem temporis, comparando diuersos motus diuersorum mobilium ad tempus, sed comparando totum motum unius mobilis ad totum tempus, & partem eiusdem motus, ad partem eiusdẽ temporis: ut paulò ante dicebamus. Cum hoc tamen stat, motum unum eo esse uelociorem altero, quòd cum ambo sint æquales in quantitate, id est per æqualia spatia durantes, fiat in minori tempore.

Tex. xlvj. Quòd igitur circa finem mutationis, &c. D

Quæstio Tertia.

VTRVM DETVR PRIMVM aut ultimum esse motus.

VIVTO, sextoque capitulis cõtinetur pars tertia huius libri, ubi disputatur de ordine partium motus. De quo Proinde mota est tertia hæc quæstio. Arguit ergo primò aduersus id, quod habetur tex. præsenti 46. nempe, quòd datur primum mutatum esse in termi- E no ad quem. Si poneretur graue in cõcauo lunæ, & Deus annihilaret omnia media usque ad terram per ultimum sui esse, ita ut nuuc sit plenum, & immediate post hoc sit uacuum, graue illud, quod nunc est in concauo lunę, immediatè post hoc erit in terra, quia mouebitur sine resistentia: ergo nõ datur primum mutatum esse: nam primum mutatum esse (ut in commentis exponebamus:) est primum esse in termino ad quem: & tamen in hac mutatione, cùm instans præsens sit ultimum esse in termino à quo, non dabitur primum instans esse in termino ad quem: aliàs duo instantia essent immediata. F

¶ Secundò principaliter arguitur contra id, quod in eodem textu subiungitur, scilicet, quòd motus non incipit per primum sui esse, sed per ultimum nõ esse. Si mulier prægnãs ambularet, & in medio motu animaretur fœtus per primum sui esse, fœtus inciperet moueri per primum sui esse: nam illo instanti, moueretur ad motum matris: & antea non mouebatur. Et si homo cadens ab alto, in media uia exhalaret animã, ita, ut cadauer inciperet esse per primũ sui esse, tunc illud esset primum instans motus cadaueris, nam est instans medium temporis, quo durat motus, cuius prima medietate mouebatur ho

A mo,& secunda cadauer:ergo motus incipit per primum sui esse. Eodem modo impugnatur 3,quod habet tex. 52. ſ. ꝙ ante omne moueri præcedit mutatum esse:nã ſi res incipit moueri per primum sui esse,ante illud nullũ præteſſit mutatũ esse.¶ Tertiò igiturprincipaliter arguitur,cõtra id,quod habetur tex.55.ſcilicet,ante quodlibet mutatum esse, præcedere moueri. In prima creatione mundi res omnes mutatæ ſunt de non esse ad esse, & tamen ante illud mutatum,non præceſſit moueri. Idem est de productionibus rerum indiuiſibilium,putà intelle ctionum,& uolitionum,quæ in inſtanti producun

B tur.¶ Quòd ſi reſponderis intelligendũ illud esse,de his, quæ per motum fiunt. Arguitur ſic. Sint duo lapides plani contigui.A.& B.& mobile ſit ſuper. A. taliter,ut ultima linea terminatiua mobilis ſit ſuper lineam terminatiuam ipſius.A. & incipiat moueri per.B. Tunc arguitur ſic. Immediatè poſt hoc linea terminatiua mobilis erit ſuper lineam initiatiuam. B. ergo tunc iam mobile erit mutatum:& tamen ante illud mutatum esse,nullus præceſſit motus:quia linea terminatiua.A. & linea terminatiua.B. erant contiguæ immediatè, inter quas proinde non intercedebat ſpatium,per quod fieret motus.

C ¶ Quartò principaliter arguitur ad partem affirmatiuam quæſtionis.Si motus non inciperet per primum ſui esse, ſed per ultimum non esse, ſequeretur, quòd multæ res permanentes inciperent per ultimum non esse: conſequẽs tamen est falſum, est enim vulgata inter Philoſophos differentia inter res ſucceſſiuas,& permanentes, quòd ſucceſſiuæ incipiunt per ultimum non eſſe, permanentes uerò per primum ſui eſſe.Quòd autem ſequatur,patet. Primò,lumen produceretur per ultimum non esse:nam ſi detur candela,quæ poteſt illuminare uſq; ad certam lineam excluſiuè, ſcilicet in qua primum est non gradus luminis, & incipiat moue ri uerſus illam, incipiet lumen esse ultra illam per ultimum non esse: & idẽ erit de uiſione, ſi potentia uiſiua extendatur per maximam diſtantiam uſque ad certam lineam excluſiuè, & uiſibile ſit modò in illa linea,& incipiat moueri uerſus oculum. ¶ In contrarium eſt ſententia Ariſt. D

¶ In ordine partium motus, de quo quæſtione præſenti diſſeritur, tria eſt conſiderare,ſcilicet,initium,finem, & media.De extremis, agitur in capite quinto. & de medijs in ſexto. Tota uerò materia decem concluſionibus colligitur. Incipitur autem à fine, & termino motus. Atqui in tex. ſtatim. 40.tacitur fundamentum,quòd mobile quando mutatum eſt, non eſt in termino à quo, ſed in termino ad quem, id,quod & nomen ipſum ſignificat, & in tribus illic commentis explicatum eſt. ¶ Hoc ſuppoſito, ſubditur prima Cõcluſ. 1. concluſio in tex.44.Illud primum temporis, quo res mutata eſt, eſſe nequit diuiſibile tempus, ſed neceſſe eſt eſſe nunc indiuiſibile.Exempli gratia,ſi res moueatur ab.A.in.B.id,in quo primùm uerum eſt dicere rem eſſe in.B. eſt indiuiſibile inſtans. nam detur contrarium, putà, quòd ſit tempus (.v.g. una hora,tunc cùm per totam horam quieſcit in.B. iam in prima medietate res erat mutata in.B.& per conſequens tota hora non erat tempus, in quo primum mutata eſt. Et eadem ratione neque in medietate erat primum mutata: quia in prima quarta iam fuerat in B. & cum nulla detur tam parua pars temporis,quin in parte illius fuerit in. B.ſit. ut nullum ſit tempus, in quo primum res mutata eſt. Eſt ergo inſtans. Eadem eſt ratio in alijs omnibus generibus motus. Primum enim eſſe cuiuſcunque gradus acquiſitæ intenſionis,& primum eſſe cuiuſcunque acquiſitæ quantitatis in augmentatione, & primum eſſe acquiſitionis formæ ſubſtantialis in minima materia, neceſſariò eſt inſtans indiuiſibile. E F

¶ Hinc

A ¶ Hinc sequitur secunda conclusio in tex. 46. Cuiuscunq; motus penes finē datur primum mutatum esse. Manifestum corollarium est ex priori conclusione, vt in motu locali datur primum instans esse in hoc loco, quo uentū est per motum, & in motu alterationis da tur primum esse huius gradus intensio nis: & in motu augmentationis primū esse huius quantitatis: & in generatione primum esse formæ in materia.

Conclu. 2. ¶ Probatur conclusio in motu locali: ex quo manifesta fiet in alijs. Si enim res mouetur ab. A. in B. aut incipit esse in. B. per primum esse, aut per ultimū non esse (quia non est dare medium

B non secundum: ergo primum. Probatur minor. Detur ultimum non esse in. B. & sequitur, q̄ mobile in illo instanti non est in. B. Si autem non est tunc in puncto. B. ergo per aliquam distantiam diuisibilem distat à. B. nam duo puncta spatij non possunt esse immediata. Et inde rursus sequitur, quòd immediatè post hoc instans signatum nō erit in B. (nam vt transeatur diuisibilis distantia, tempore opus est) & per consequens illud instans non est ultimum non esse in B. Simile est argumētum de quocunq; certo gradu qualitatis aut quantitatis.

Conclu. 3. ¶ Tertia conclusio est in eodem texto 46. Penes initiū motus non datur primum esse motus. Hanc probat tribus

C rationibus. Prima est hæc. Illud primū esse motus, aut est tempus diuisibile, aut indiuisibile instans: instans esse non potest, quia in instanti esse motum, iam monstratum est esse impossibile. Quòd autem neq; sit tempus, probatur. Si est tempus, tunc aut mobile quiescit per totum illud, & sic non est primum esse motus: aut per aliquam partem quiescit, & per alterā mouetur, & tunc non est secundū se totum primum esse motus, sed secundum partem. Si uerò detur particula temporis, per quam totā primò mouetur, in medietate illius iā priùs mouebatur, & per consequens tota particula temporis non est, in qua primum per se mouetur. Et eadem ratione nec medietas: quia in priori quarta priùs iam mouebatur. Et cùm tempus sit in infinitum diuisibile, nulla dabitur pars temporis, in qua per se primū res moueatur. ¶ Secunda ratio est in tex. 48. q̄ quando mobile transit per aliquod punctum fixum, non datur prima pars, quę trāsiuit. Et tertia est in tex. 49. q̄ neq; in spatio, per quod mobile mouetur, datur prima pars pertransita: sed ante quālibet fuit minor peracta, quæ quidem in commentis sunt diffusiùs expositę. ¶ Quarta conclusio est in Conclu. 4.
tex. 52. Ante quodlibet moueri, præcedit mutatum esse. Hanc demōstrat Phi. ex tribus rationibus, quæ in commen-

E tis expositę sunt. Prima sumitur à spatio, q̄ quēadmodū in spatio, per quod fit motus ante quamlibet partē est punctū, ita & in motu ante quodlibet moueri est mutatum esse, ut enim partes lineę cōtinuantur per puncta, ita & moueri per mutata esse. Secunda sumitur à tempore. Propterea mobile mouetur per totū tempus, quia peruenit ad nūc terminatiuum illius, in quo uerum est dicere mutatum esse, sed ante quamlibet partem temporis est aliquod nūc: ergo ante quodlibet moueri est mutatum esse. Eodemq; tendit tertia. ¶ Quin Conclu. 5.
ta conclusio est in tex. 55. Ante quodli

F bet mutatū esse præcedit moueri. Quę eadē ratione probatur, qua præcedēs: nam cum motus non fiat in instāti, sed in tempore, in instanti uerò res mutata fit, & ante quodlibet instans præcesserit tēpus, fit, ut ante quodlibet mutatū esse sit moueri. ¶ In tex. 58. demonstrat easdem cōclusiones in motu alterationis, & augmentationis. Nam cum intēsio qualitatis, augmentumq; quantitatis non fiat, nisi in tempore, & instanti temporis correspondeat certus gradus qualitatis, aut certa magnitudo quantitatis, ad quam res mutata est, eadem ratione sequitur, quòd ante quodlibet intendi, erit intensum esse, & ante quodlibet augeri, auctum esse:

A & ante quodlibet intensum esse, intendi, & ante quodlibet punctum esse, augeri. In tex. denique 59. ostendit idem quodammodo usu uenire in corruptione & generatione substantia, non tamē modo simpliciter eodem. Nam forma substantialis aeris (.v.g) quæ generatur ex aqua incipit in instanti: & ideo ante illud primum mutatum esse non præcedit moueri eiusdem generis, id est, generari: præcedit tamen alterari: quoniam terminus alterationis est generatio substantiæ. ¶ Quòd si quis arguat contra quartam & quintam conclusionem. Si ante quodlibet moueri est mutatū esse, & ante quodlibet mu-
B tatum esse est moueri, sequitur, vt ante quodlibet mutatum esse sit etiam mutatum esse: quod obuiare uidetur secūdæ conclusioni, ubi dictum est dari primum mutatum esse. Respondetur, secundam cōclusionem solum asserere, quòd versus finem motus datur primū mutatum esse, ut signato loco certo, ad quem res mouetur, datur primum instans mutati esse in illo loco. Nihilominus loquendo in genere ante quodlibet mutatum esse est aliud mutatum esse. Nam antequàm res sit in. D. loco fuerat in. C. & antea in. B. &c. signando diuersa puncta spatij. Et proportionaliter in intensione & augmentatio-
C ne, si res intenditur ab uno gradu usq; ad duo, licet detur primum esse in duobus iuxta secundam conclusionem, nihilominus iuxta quartam & quintam priùs fuit sub uno cū dimidio. & prius sub uno cum una quarta, &c. Quare nulla est contradictio.

¶ At quanquam ex his textualibus conclusionibus posset quiuis forte discernere quo quæque res naturalis in instanti incipiat, definat ue, quo tamen minori id negotio fiat, quinque alias conclusiones subijciamus. Possumus enim, quas alij plurimas multiplicant, arte, & modo sub has paucas cogere. ¶ Supponatur imprimis ex dialecticis exponibilibus duo esse instantia, quibus res in uniuersum incipiūt, D scilicet, primum esse, & ultimum non esse: duoque item, quibus desinunt, scilicet, ultimum esse, & primum non esse. Primum esse est instans affirmatiuū intrinsecum tempori durationis: nempe quo res est, & immediatè ante illud non fuit. Vltimum non esse est negatiuum, extrinsecumque, scilicet, quo res non est, & immediatè post illud erit. Et pari proportione, ultimum esse est id, quo res est, & immediate post illud nō erit, sed primum nō esse est, id quo res non est, & immediatè ante illud fuit.

¶ Mox prænotādæ sunt quatuor distinctiones. Prima. Rerum aliæ sunt indiui E sibiles, ut Angelus, anima rationalis, intellectio, uolitio, &c. aliæ uerò diuisibiles, ut homo, lignum, & omnes formæ corporeæ, tam substantiales, quàm accidentales. ¶ Secunda. Rerum diuisibilium aliæ sunt permanentes, ut hæc, quæ modo dictæ sunt: aliæ uerò successiuæ, ut motus, atque tempus. ¶ Tertia 3. Distin. Harum omnium rerum aliæ producuntur cum resistentia & expulsione contrarij: ut anima rationalis, ascensus, ignis, calor, &c. aliæ producuntur sine resistentia, & expulsione contrarij, ut angelus, lumē, species uisibiles per medium. Quartò de rerum inceptione & 4. Distin. definitione loqui possumus aut naturali F ter, aut supra naturaliter. ¶ His præhabitis, sit nostrarū prima conclusio, quę Conclu. 6. sit numero. 6. Res omnis, siue diuisibilis sit, siue indiuisibilis, quæ producitur sine resistentia, ex natura inceptionis, incipit per primum esse, & definit per ultimum sui esse, ut angelus, qui à solo Deo produci potest, hoc modo incepit. Probatur: quia cùm non fuerit productus per motum, cępit esse sicut instans ipsum. Et pariter si à Deo nunc annihilaretur, desineret, sicut & ipsum instās. Adiecimus, ex natura inceptionis, ut locum daremus illi casui superioris quæstionis: si forte potest Deus nunc producere angelum per vltimum non esse: non quidem in instan

ti,

A ti, aut mensura indiuisibili (quæ nulla est immediatè post hac) sed solùm, q̃ nunc nõ fit, & immediatè post hac erit conseruatus per aliquod tempus. Et pariter non repugnat, quòd annihiletur per primum non esse. Eadẽ ratione solitia incipit per primũ sui esse: & si definat per subtractionem aduertentiæ, definit per ultimum sui esse. Tametsi forsan difficile, aut forte impossibile naturaliter est, ut tantum duret per instans unum, quod sit primum & ultimum esse. Eodem modo si nunc à Deo produceretur in tenebroso aere unum luminosum per primum sui esse, eodẽ instanti diffunderetur lumen per totã
B suam sphæram: ita ut primũ esse luminosi, esset primum esse luminis per totum medium. ¶ Hinc sequitur corollarium, quòd omnes res, quæ à solo Deo producuntur, tam corporeæ, quàm incorporeæ, quia producuntur sine resistentia, incipiunt per primum sui esse, ut quando primò conditus fuit mundus, omnes creaturæ inceperunt per
Cõclus. 7. primum sui esse. ¶ Septima conclusio. Motus, & tẽpus, & si quæ sint aliæ res successiuæ, incipiunt per ultimum nõ esse, & definunt per primum non esse. Hæc propositio manifestè colligitur ex textualibus conclusionibus. Cùm enim in tertia dictum sit, quòd non datur primum esse motus, sed (ut asserit
C quarta) ante quodlibet moueri datur mutatum esse, necessariò sequitur, q̃ motus incipit per ultimum non esse. Rursus si (ut asserit secunda) in fine motus datur primum mutatum esse, illud erit primũ non esse motus. Neq; Deus per suam omnipotentiam potest facere, ut motus incipiat per primum sui esse: quia sicut non potest facere, quominus quacunque parte continui detur minor: ita neq; facere potest, quin ante quamlibet partem motus præcedet minor, quæ est pars eius. ¶ Hinc
Concl. 8. appendet cõclusio octaua. Omnis res, quæ incipit simul cũ motu, & per modum motus, incipit per ultimum non esse, & omnis quæ definit simul cũ motu, definit per primum non esse. Exempli gratia. Detur luminosum, cuius lumen extenditur per cubitabile spatiũ aereum. Tunc cum lumen extendatur uniformiter, difformiter à summo gradu usque ad non gradum, necesse est, quod sphæra luminis sit maxima, quæ sic, & terminetur per primum non esse luminis, id est per lineam, in qua non est lumen, & citra illam est lumen: nam in quacunq; linea spatij sit lumen, ultra illam adhuc est remissius lumẽ. Data ergo linea prima, ubi non est lumen, uersus quam incipiat luminosum moueri, in illo instanti uerum erit dicere, non est lumen ultra hanc lineã, & im- E
mediatè posthac erit ultra illam. Item si distantia, ad quam oculus uidere potest, terminetur (ut existimo) ad lineã, in qua non potest uidere, & citra quam potest, tunc uisio incipit per ultimum non esse. Etenim si uisibile à remotis moueatur uersus me, in instanti, quo fuerit in illa linea, non uidebo illud, & immediate post illud, uidebo. Et rursus dimoueatur à me, quando fuerit in illa linea, nõ uidebo, & immediate ante uidebam. Vnde illa distantia lineæ erit minima, per quam nõ potest fieri visio. Cõclusio est manifesta, quia huiusmodi formæ, quia producuntur sine resistentia, producũtur per modũ motus, F
quo fit applicatio agentis ad passum. ¶ Nona cõclusio. Forma substantialis, Cõcl. 9.
quæ producitur cum resistentia & expulsione contraria incipit per primũ sui esse, & definit per primum non esse. Exempli gratia. Cùm ex aqua fit aer, incipit per primum esse, quod est primũ non esse aquæ, & si rursus aer corrumpatur in aquam, definit esse aer per primum non esse, quod est primum esse aquæ. Conclusio probatur primum authoritate Aristote. 8. huius tex. 69 ubi ait, quod instans transmutationis attribuitur posteriori tempori respectu rei quæ generatur. Quando enim aer generatur ex aqua, totum tempus non

A esse aeris, quod est tempus esse aquæ, diuidicur à tẽpore quo est aer, quæ quidem tempore continuantur per instãs, quod est finis prioris, & initium posterioris. Illud (inquit) Arist. attribuendũ est posteriori tempori, id est tẽpori ipsius esse aeris, atque adeo illud est primum instans esse eius, & cùm simul in eadẽ materia esse nequeãt forma ignis & forma aquæ, fit, ut idem sit instans primum non esse aquæ. Et ratio prætera est manifesta. Nam substantię huius modi producũtur per motum præuiũ alterationis: dispositiones autem requisitæ ad introductionem formæ terminantur per certum gradum intrinsecè:
B datur enim minima dispositio, quæ sufficit ad introductionem formæ substantialis: ut lib. 4. q. 4. dictum est, ut primũ esse illius dispositionis sit primum esse formæ substantialis: quod est primum mutatum esse terminans motum alterationis, iuxta tenorem secundæ conclusionis textualis. Habet conclusio uerum, etiã in productione animę rationalis, quæ licet sit indiuisibilis, neque educatur de potentia materiæ, producitur tamen cum expulsione formæ cõtrariæ, quæ resistit dispositionibus animę rationalis: & ideo daretur primum esse animæ in corde: si illa est prima pars, quæ informatur: sed deinde succes-
C siuè animat totum. ¶ Quò fit, ut detur etiam primum instans animæ in toto corpore: nempe in quo uerum est dicere: nunc est in toto, id est in qualibet parte, & non immediatè antehac fuit in qualibet parte. Quemadmodum si ignis successiuè inflammat cubitale lignum, dabitur primum instans esse in toto syncategorematicè, id est in qualibet parte. ¶ Nihil tamen repugnat, quo minus supranaturaliter Deus possit producere homini formas per primũ non esse. Easque annihilare per ultimũ esse. ¶ Decima conclusio. Calor incipit esse per ultimum non esse: si id modò uerum sit, quòd lib. 1. q. 4. dicebamus, scilicet quòd non datur minimus calor, qui producitur in aliquod passum. D Quod re uera uerisimilius multo est, quàm contrarium. Nam ignis quãprimum applicatur ligno, agit, si sit maior uirtus actiua ignis, quàm resistiua ligni: nec uidet quomodo agat, nisi per calorẽ: nam si eum dicas prius exiccare, certè id non facit, nisi per calorem. Quare si agens est maioris actiuitatis, quàm passum sit resistentiæ, quam primum applicatur, producit calorem. Vel si contendis calorem non esse primam dispositionem, intelligatur conclusio de prima dispositione, quam agens producit in aliquod passum Quã necesse est nõ dari minimam, eò quòd agens nihil habet expectare, vt eam in- E cipiat producere. Hoc habito probatur conclusio. Calefactiuum debet applicari passo per motum: ergo ultimũ non esse applicationis erit ultimũ non esse caloris in passo minoris resistẽriæ. Itaq; nunquàm dabitur aliquis gradus caloris in passo, quin ante fuerit minor. Huius tamen conclusionis intellectus permultum pendent ex his, quæ libro proximo dicturi sumus de proportione potẽtię super resistentiam. Quare de his satis.

¶ Ivxta uero, ut ad argumenta principalia respondeamus, primum nõ militat contra nos, qui lib. 4. q. 3. impossibile censebamus motum fieri in instan- F ti, etiam in uacuo. Qui uerò contrariæ fuerint sententiæ, respondeant, doctrinam hanc Aristo. intelligi in motibus tantum corporum naturalibus, ut rei ueritas est. ¶ Ad casus secundi argumẽti, & alios eius similes respondet Paulus Venetus, & ferè Philosophi, quòd motus de per accidẽs (scilicet quo res mouetur ad motũ alterius, in quo est) nihil uetat, quominus per primum sui esse incipiat. Infans autem, qui animatur in medio motu matris, incipit moueri per accidẽs ad motum matris. At uerò forsan esset uerosimilius, & ex sententia magis Aristo. quòd in illo primo instanti esse infantis, non mouetur

Cõclus. 10.

infans

A infans, quia (ut dictum est tex. 29.) in instanti non est motus: sed tunc incipit moueri per ultimũ non esse. ¶ Quòd si quis replicuerit, in illo instanti uerum esse dicere matrẽ moueri, ut supra explicatum est q. 1. sicut in quolibet instãti, uerum est dicere diem esse: ergo & infans tunc mouetur. Posset consequẽtia negari: quia tunc est mutatum esse cõtinuatiuum partium motus materni: non tamen partium motus infantis: quia nullæ tales partes præcesserunt. Sed tunc concedendũ est, q̃ non in quocunq; instanti uerum est dicere aliquid moueri, uerùm est dicere moueri omnia, quæ sunt in illo. Et ideo posset non
B improbabiliter teneri prima solutio: Et eadem est ratio, si currente rota figuli, affigatur ei lutum dabitur enim tunc primum instans huius, quod est esse affixum, & in illo incipit lutũ moueri circulariter: aut per primum sui esse, secũdùm primam solutionem aut per ultimum non esset secundum alteram. ¶ Illud autem de homine à turri cadente, qui in medio motu uitam efflauit, maiorem habet difficultatem. Nam cum motus subiectetur in toto compositi. s. totũ sit id, quod mouetur, & cadauer incipiens per primum sui esse ante illud instans nullatenus mouebatur neq; per se neq; per accidens, male uidetur
C sustineri posse, q̃ in illo instãti cadauer moueatur. Sed neque est sine difficultate dicere, q̃ tunc incipit moueri per ultimum non esse, nam tunc sequeretur duplex inconueniens: unum, q̃ motus ille interrumperetur, quod est contra experientiam: alterum, q̃ interrumperetur per solum instans, q̃ uidetur contra Philosophiam, ut lib. 8. disputabimus. Atq; adeò sequeretur, quòd casus hominis, & casus cadaueris non essent tunc contigui, cuius contrarium diximus lib. 5. q. 3. Et ideo probabiliùs forte dicetur, quòd cum materia, in qua succedunt diuersæ formę, cõtinuo moueatur, licet per accidens ad motum prius hominis, & postea cadaueris, in quocũq; instanti intrinseco illius temporis mouetur cadauer, etiã in primo sui esse. Neq; hoc est contra Phil. qui solum negat primum esse motus, qui incipit post quietem eiusdem mobilis eiusdemq; materiæ: motus autẽ cadaueris succedit motui hominis communicantis in eadem materia. ¶ Ad tertium responsum est in sexta conclusione. Res enim, quæ sine resistentia, & sine expulsione contrarii producuntur, incipiũt per primũ sui esse absq; motu præuio. Quando uerò Arist. negat primum mutatum esse, intelligit quando res mutatur successiuè de loco ad locum, aut de gradu ad gradum qualitatis, aut quantitatis: ubi necesse est trãsire per mediũ, E
ut in præfata conclusione expositũ est. ¶ Ad replicam uerò respondetur, q̃ si mobile, cuius linea terminatiua est super lineam spatii A. incipiat per ultimum non esse moueri super spatiũ. B. nunquam dabitur instans, quo linea prima mobilis sit super lineam initiatiuã. B. spatii: aliàs daretur instans futurum immediatum huic instanti: sed quocunque instanti data post hoc ante illud aliqua pars mobilis erit ultra lineam initiatiuam. B. spatii. Et ideo non dabitur primum mutatum esse, sed quocunque puncto signato in. B in quo post hoc erit mobile, priùs erit in alio ꝓpinquiori. ¶ Ad quartum denique argumentum F
responsum est in octaua conclusione. Nempe, quòd illæ formæ, quæ incipiũt per modum motus, incipiunt per ultimum non esse. Neq; usquam Arist. fecit regulam generalẽ, q̃ omnis res permanens incipiat per primum sui esse, sed solùm dixit lib. 8. tex. 69 quòd generatio formæ substantialis incipit per primum sui esse, ut diximus in noua conclusione. Non id tamen de lumine, & uisione sed neque de calore, aut prima disputatione, quæ introducitur ab agẽte naturali, uerum habet, ut conclusione decima dicebamus.

Tem.

A Tex 86. Id quod impers eſt, non contingit &c.

Quæſtio Quarta.

VTRVM INDIVISIBILE poſsit moueri.

AD partem affirmatiuam arguitur primò. Anima mouetur, dum homo mouetur, quia motis nobis, mouentur ea, quæ in nobis ſunt. Quòd ſi ſentẽtia Ariſt. gloſſetur de indiuiſibili, quod habet potionem in continuo, ut eſt pũctum, arguitur ſic. Si perfectè ſphęricũ
B moueatur ſuper planum, tunc ſolùm punctum eſt, quod tangit ſpatium: ergo indiuiſibile mouetur. Nec facere videtur ſatis, ſi quis reſponderit, quòd illud punctum mouetur per accidens ad motum totius ſphæræ: nam qua ratione illud punctum moueretur in toto, mouetur ſi eſſet à Deo ſeparatum. ¶Secundo principaliter arguitur. Si indiuiſibile non poſſet moueri, id maximè eſſet propter rationem Ariſt. quia neceſſe eſt id, quòd mouetur, partim eſſe in
C termino à quo, & partim in terminoad quem: ſed in motu eiuſdem ſphæræ ſuper planum apparet ratio illa deficere: nam cùm punctum, quo ſphæra tangit planum, ſit indiuiſibile, non poteſt eſſe partim in termino à quo, & partim in termino ad quem. Quinimò nuſquam eſt, niſi ſuper punctum ſpatii. Et inde ſumitur aliud argumentum, quòd puncta ſpatii ſunt immediatè: nam immediatè poſt hoc punctum erit in alio puncto. ¶Tertiò deniq; & poſtremò arguitur, Angelus eſt indiuiſibilis, tñ mouetur localiter, ut eſt illud Matt. 28. Angelus Domini deſcẽdit de cęlo, & alia cõplura teſtimonia ſcripturæ. Et in hoc item caſu deficit ratio Ari. Quoniam poteſt angelus occupare locum pedalem, & moueri ſucceſſiuè in locum ſibi proximum, & attiguum, ut ſit ſimul in parte primi loci, & in parte ſecũdi: atq; adeo D partim ſit in termino à quo, & partim in termino ad quem. ¶ In contrarium eſt authoritas Ariſto.

¶ In quatuor reliquis capitulis li. 6. nihil adnotauimus, quod in quæſtionẽ eſſet reuocandum (adeo ſunt in commentis cuncta perſpicua) præter hoc unum in text. 86. ꝙ & tex. 32. prædixerat. Nempe, quòd indiuiſibile non mouetur per ſe. Cuius concluſionis utrũq; terminum diſtinguit, exponitq; Phi. ut in commentis explicatum eſt. Sed paulò altiùs rem agamus. Indiuiſibile idẽ pollet qđ res, quæ partibus caret. Quo circa quot ſunt partium differẽtiæ, tot ſunt & indiuiſibilium modi. Sunt enim E partes ſubiectiuæ reſpectu ſpeciei, unde aroma. i. idiuiſibilis ſpecies dicitur, quæ non diuiditur in plures ſpecies, ut homo. Et indiuiduum numero dicitur, id, quod nõ habet ſub ſe alia indiuidua, ut Petrus. Et huiuſmodi indiuiſibilia (ait Ph.) nihil prohibet, quò minus per ſe moueantur. Aliæ ſunt partes eſſentiales. Vnde indiuiſibile hoc modo dicere tur, quòd nõ eſt diuiſibile in plures partes eſſentiales. Neq; de hoc indiuiſibili eſt præſens ſermo. Nam licet uera eſſet opinio Commentatoris, ꝙ cœlum eſt forma ſimplex, non conſtãs ex materia & forma, nihil repugnaret, ut moueretur localiter. Aliæ ſunt partes integra- F les. Et hoc modo res dicitur indiuiſibilis, quia neq; habet, nec habere poteſt partes integrales. Sed huiuſmodi indiuiſibile adhuc eſt duplex: aliud, quod non habet poſitionem in cõtinuo, ſed eſt res ſpiritualis, ut Deus. angelus, anima rationalis: quæ licet ſit in corpore, eſt tamen in qualibet eius parte. Aliud eſt indiuiſibile habens poſitionem in continuo: ut ſunt puncta. Et quamuis de hoc ſolo loquatur Phi. non tamen erit ab re de motu angeli nonnullã facere mentionem. Erunt ergo duo breues articuli: primus de puncto, alter de angelo. ¶Secundus terminus cõcluſionis eſt, moueri per ſe, mouetur enim id

per

A per se, quod non mouetur ad motum alterius, ut homo ambulans in terra, per accidens autem, quod mouetur ad motum alterius. Sed sunt importuni, qui propter nescio quę sophismata, dese runt hanc doctrinā Arist. Aiunt enim tunc cōsequi, omnia hæc inferiora moueri per accidens. Nam lapis mouetur ad motum aeris diuisi per motum lapidis: & aqua, saltem ascendens per fistulam, moueretur per accidens: quia mouetur ad motum aeris attracti: immò omnia hæc inferiora mouentur ad motum primi mobilis. ¶ His tamen respondemus, quòd rem moueri per accidēs, est moueri ad motum alterius suppositi, in quo est, & quo defertur, si sit motus localis, ut homo uehitur equo, aut naui: & accidentia, & partes mouētur in toto. Et id mouetur per se, quod mouetur nō ad motū alterius, in quo est, tanquàm, in subiecto, aut in continēte, & deferente. Itaq; tripliciter (quātum ad rem præsentem attinet) aliquid mouetur per accidens. s. aut quia uehitur tāquam in continente, ut homo naui, aut tanquam pars in toto, aut tanquam accidens in subiecto. ¶ Sed est præterea notandum, quòd quamuis Philosophus solùm loquatur de motu locali, posfumus etiam rem tractare in aliis speciebus motus.

B

C ¶ His præhabitis, respondetur ad primum articulum quæstionis, tribus conclusionibus. Prima est in tex. prę senti. 86 Indiuisibile mouetur per accidēs. Patet de punctis, quę mouentur ad motum continui. Idem constat in anima rationali, quę localiter mouetur ad motū hominis. Neque ulla de hoc esse potest dubitatio. ¶ Secundam nos extra textū addimus conclusionem. Indiuisibile, quod non habet positionem in continuo, potest per se moueri, non quidem motu augmentationis, sed tamen alterationis impropriè dictę. Prima pars est manifesta: quia indiuisibile augeri nequit. Secunda itidem compertissima est in angelo, qui secundum intellectū, & uoluntatem muattur. Illæ uerò non sunt propriè alterationes, quia nec sunt corporeæ, nec alterant subiectum, aut extra suam naturalem dispositionem, sed sunt potius rei perfectiones. Idem est de anima, saltem separata: nā in corpore, licet immediatè exerceat, & suscipiat huiusmodi actus, non est tamen illa, quę per se intelligit, aut uult, sed suppositum per eam. ¶ Tertia est conclusio Arist. in eodem tex. Indiuisibile habēs positionem in continuo, quale est punctū, nullatenus per se mouetur. Probat rationibus quatuor, quæ licet in motu locali perspicatiùs eluceāt, de omni tamen specie motus militant. Prima est in tex. 87. Id quod mouetur, quādo mouetur, aut est in termino à quo, & hoc non, quia tunc nondum mouetur: aut in termino ad quem, & neque hoc dici potest, quia tunc iam mutatum est: aut partim in termino à quo, & partim in termino ad quem: & tunc sequitur esse diuisibile. Quod si quis hæsitet non esse hanc rationem efficacem: nam si pedale mobile moueatur per spatium tripedale, à prima. s. pedalitate, usque ad tertiam, quando est in secunda, nec est in primo termino à quo, nec in ultimo ad quem, is intelligat Phi. loqui de terminis proximis, & quos aiunt immediatos, ut si pedale mobile mouetur à loco. A. B. pedali in locum. B. C. pedale priori contiguum aut continuum, tandiu durat motus, quandiu una pars mobilis est in aliqua parte prioris loci, & & alia in parte secundi. Nam quando mobile adæquatè est in loco. A. B. nondum mouetur, & quam primū adæquatè fuerit in. B. C. cessat moueri in illo motu, quo mouebatur ab. AB. in. BC.

D

E

F

Cōclus. 1.

Cōclus. 2.

¶ Attamen hanc rationem expendamus oportet: ut porè, quòd si hanc intellexerimus, non opus est alias repetere. Est enim Scotus, qui. 2 sent. d. 2. q. 9. ad tertium tenet, & quidem non sine apparentia, q̄ indiuisibile potest moueri motu continuo, siue sit angelus, siue punctum, si daretur separatum.

¶ Primum

A ¶Primum eius argumentum est, quòd nos primo loco fecimus de motu sphęræ super planum. Neq; satisfacit respõsio, si negetur posse dari corpus perfectè sphęricum: tum, quia cęlum est perfectè sphæricum: tum quia non repugnat diuinitus fieri. Solutio ergo ex mẽte Aristo. est, quòd illud punctum non mouetur per se, sed per accidens ad motum ipsius sphęræ. ¶At uerò prætermissis Scoti replicis uidentur in eius gratiam difficultatem facere replicationes istę. Primò, si Deus potentia sua separaret punctum illud à sphæra, quod tamẽ illic conseruaret, ut moueretur ad motũ sphæræ, certè moueretur sicuti nũc

B mouetur illud punctũ, quod est in sphęra: uel, si angelus assistens illi puncto moueatur cũ sphæra: ergo indiuisibile per se potest. ¶Secundò, si indiuisibile non posset per se moueri, id maximè esset, ut infert Philosoph. tex. 89. ꝙ linea spatii, per quam fit motus, componeretur ex punctis: nam punctum, quod moueretur, esse non potest nisi in puncto spatii: obidq; si ex hoc puncto mouetur motu cõtinuo, necesse est, ut immediatè post hoc fit in alio puncto immediato huic, in quo modò est: sed hæc ratio æquam uim habet in illo puncto sphæ-

C ræ, quo tangit spatium: quod certè non tangit, nisi in pũcto. Ob idquè (ut respõdemus) ꝙ immediatè post hoc erit in altero puncto spatii (ut puncto supponat confusè) in nullo tamen erit immediatè post hoc, respõdere similiter possemus, si punctum separatum moueretur. ¶Et confirma. hæc ratio. Mathematici fatentur, quòd si punctum duceretur per planum, relinqueret lineam, in qua nulla essent puncta immediata: ergo ex hoc, quòd indiuisibile punctum continuò moueatur, non sequitur puncta esse immediata in spatio. Certè res uidetur difficilis. ¶Ad rationem Philo. respõdet Scotus, ꝙ successio competit motui dupliciter. s. & ex parte spatii, eò quòd priùs pertransitur una eius pars, quàm alia: & secũdò ex parte mobilis, ut subditur in tex. 90. ut si mobile D trãsiret per aliquod signũ fixũ priùs trãsiret anterior pars, q̃ posterior. Ait ergo, ꝙ Philo. non negat indiuisibile posse moueri motu, cuius successio proueniat ex parte spatii, sed motu, cuius successio proueniat ex parte mobilis. Nam cùm indiuisibile nõ habeat partes, nõ potest pars anterior transire per punctum fixum priùs, quàm alia.

¶Nihilominus litem hanc tribus proportionibus dirimimus. Prima est hæc. Manifesta est mens Arist. (neq; in dubium cadere potest) indiuisibile, quod habet positionem in continuo, nullatenus posse per se moueri motu continuo. Primò, quia in uniuersum sine aliqua distinctione id negat. Deinde, quia solutio Scoti (uel ego fallor) non satisfacit. Nam si id solùm contenderet Phi. nihil opus habebat tot uerba prodigere. Est enim per se motũ, ꝙ punctũ indiuisibile non potest successiuè transire per punctũ fixum in spatio. Et perinde esset probare, ꝙ indiuisibile non põt hoc mõ successiuè moueri, ac si probaretur, ꝙ indiuisibile nõ est indiuisibile. Itẽ, qa, rõ prima Philo. pcedit de successione motus ratione spatii, quã probat non posse competere rei indiuisibili, hoc modo. Omne, quod mouetur, mouetur à quodã in quiddã. 1. à termino à quo in terminũ ad quẽ: & nõ mouetur quãdo est in termino à quo, nec quãdo est in termino ad quẽ: ergo mouetur q̃n est partim in uno & partim in alio: esse aũt partim in uno & partim in alio non põt esse, nisi sit diuisibile: ergo omne, quod mouetur, est diuisibile. Vnde non est hic petitio principii (ut alii qui putant) sed à sufficienti diuisione infert, ꝙ debet quodãmodo id', quod mouetur, attingere utrumq; terminũ: & inde subinfert esse diuisibile. ¶Secũda propositio est. Si argumentum hoc Scoti procederet, non esset necesse illud formare in sphæra: quia in quocunque mobili: etiam si tangat spatium secundum partem planam (ut si cubus

E

F

Ad 1. prin.

moueretur

A moueretur) procedere argumẽtum, ut Scotus ipse deducit. Nam cuiuscunq; rei, quæ mouetur, signabile est punctũ in superficie, quæ tãgit spatium, & qui dem nusquã tangit spatiũ, nisi in puncto: de quo proinde procedit argumentum, sicut de pũcto sphæræ. ¶ Tertia ergo propositio, qua respõdetur ad argumentũ Scoti ex mente Phi. est. Sensus Phi. est, & in omni motu debẽt esse duo termini à quo & ad quem immediati: & per consequens illi debet esse magnitudines: nã duo pũcta in eodem spatio non possunt esse immediata: & si sint duo corpora contigua inter lineas, quibus se tangunt, non potest esse motus,

B quia nulla est distantia. Suppositio autẽ, quòd illi duo termini sint magnitudines, non potest mobile ab una in aliam successiuè moueri, nisi partim sit in uno termino, & partim in alio: & per cõsequens id, quod mouetur, sit magnitudo, unde ad formam argumenti benè responsum est, & punctum sphæræ mouetur ad motum sphæræ, perinde ac si illa sphæra esset cubus, aut cuiuscunq; alterius figuræ planæ. Et ad replicam admisso, quòd punctum illud separetur à Deo, respõdetur, & illud nõ esset mobile motu successiuo: nec Deus per suã omnipotẽtiam posset illud mouere motu continuo per spatium: quia certè nul

C libi esset: nec posset tangere spatium: tactus enim non est nisi in quantitate.

Ad secundum. ¶ Ad secundum principale conceditur illam esse rationem unã inter alias, cur indiuisibile non potest moueri. Neque deficit ratio in sphæra mota per planũ: quia licet non tangat, nisi in puncto, nihilominus quia illud non mouetur nisi ad motum totius corporis, quòd dum mouetur partim est in termino à quo, & partim in termino ad quem, punctũ illud mobilis, quod nunc tangit punctum spatii, nõ poterit immediate post hoc tangere punctum aliud, quin ante illud tetigerit infinita. Quare ex motu puncti ad motum totius corporis non sequitur aliqua esse pũcta in spatio immediata. Si tamen per se separatum mo D
uereꝰ motu continuo, intellectu est impossibile aliud, quam quòd deberet moueri per puncta. Quam ob rem casus illæ mathematicorum, scilicet quòd punctum ductum per planum, faceret lineam, solùm est secundum imaginationem, si per impossibile ita posset moueri. Alias rationes Aristot. non est necessarium repetere post commentorum expositiones.

¶ Articvlvs quæstionis huius alter est de motu angeli. Cuius in hac parte alia est ratio, quàm puncti. Nã angelus, quãuis sit idiuisibilis, esse tamẽ põt in loco diuisibili, & in qualibet eius parte, ueluti in corpore est anima. ¶ Est ergo hic dubitatio triplex. Prima. Vtrùm possit angelus motu continuo moueri. s. ab extremo ad extremum per omnia media, nullum transiliendo. Et de hoc citra controuersiam concedunt doctores partem affirmatiuam. Scotus. 2. sent. dist. 2. q. 9. 2. q. ulti. 2. S. Tho. p. p. q. 53. artic. 2. Et ratio est, quam modò dicebamus: quia angelus potest esse in loco. v. g. pedali toto: poterit ergo moueri in proximum locum pedalem operando successiuè in illo, & deserendo primum. Tametsi propriè non sit ille motus Physicus: sicuti propriè nõ est in loco. Nam etsi uerè sit in loco secun- Ad 3.
dum substantiam (ut lib. 4. q. 2. dictum F
est (non tamen continetur, aut circunscribitur, aut mensuratur loco, unde ad tertium argumentum negatur, eandem esse rationem de angelo, quæ est de puncto. Nam angelus esse potest in loco diuisibili. Si tamen poni posset in puncto, non posset motu continuo moueri, magis quàm punctum ipsum per separatum. Sed secunda dubitatio est. An possit moueri ab extremo ad extremum motu discontinuo transeũdo per media. De quo S. Tho. & Scot. dissentiunt. Nam eodem articulo concedit S. Thom. partem affirmatiuam. Cuius est profecto egregia ratio naturalis. Vt enim angelus non depẽdet natu-

Articul. 2.

Nota egregiũ dictũ Subtilissimi Doct. Angelici.

ra

A ra sua à loco, q̃ posset esse in uacuo, & quando est in loco, non cõtinetur ab illo, ita nec in suo motu depẽdet à loco: sed potest applicare se ad operandum in loco distante ab eo, in quo est, nõ applicando se ad loca interiacentia. Sco. uerò dist. citata. q. ulti. licet non adeo assertiuè, probabiliter tamen tenet partem negatiuam. Cuius ratio est, quia ordo (inquit) præfixus uniuersi est, ut loca nõ distent, nisi per media & inde sequitur, q̃ eadẽ sit lex omniũ mobiliũ, ut ab uno extremo non possint in aliũ moueri, nisi per medium. Ratio tamen hæc facillimæ solutionis est. Nam etsi distantia locorũ materialium esse naturaliter nequeat, nisi per media, non tamen subsequitur, ut lex sit immaterialium rerũ, ut nõ possint trãsire, nisi per medium: quandoquidem neque à loco pẽdẽt, neq; à materia. Maius trã argumẽtum est, quod est cogitatu difficile, quo modo ab. A. in. C, transitus esse potest, nisi per aliquam uiã. Attamen cũ angelus res sit spiritualis, coniectari licet, q̃ quẽadmodum cogitationem quis trãsferre põt à cælo ad terram. i. nunc cogitare de cælo, & confestim de terra, nihil cogitando de elementis mediis, ita potest esse motus angeli. Idemq; proinde excogitari põt de anima rõnali, cũ exit de corpore. At uerò de corpore glorioso alia forte est ratio. Sed iam hæc res est theologa. ¶ Tertia demũ dubitatio est: possit ne angelus in instãti moueri. Vbi adnotandum, quòd angelum in instanti moueri, non est, quòd in eo-

B

C

dẽ instanti simul sit in termino à quo, & in termino ad quẽ. Hoc enim neque esse posset, saltem naturaliter, nec esset moueri, nam moueri, est unum locũ relinquere, & aliũ acquirere, sed est, q̃ in hoc instanti per primum sui esse incipiat esse in termino ad quem, & immediatè ante hoc fuerit in termino à quo distanti, ubi quiescebat. Et hoc ait esse impossibile. S. Th. 1. p. q. 53. arti. 3. Cuius rationẽ sumit ex Arist. in hoc 6. lib. tex. 32. ubi ait quiescere rem, idem esse, quod similiter se habere nũc ut priùs: unde nos elicuimus. q. 2. quietem definere non posse, nisi per ultimum sui esse ad modum formæ permanẽtis. Si autem detur ultimum esse in termino à quo, non potest dari primum esse in termino ad quem: aliàs illa duo instãtia essent immediata: loquimur enim de instantibus indiuisibilibus temporis. Necesse est ergo, ut angelus, sicut res aliæ, incipiat moueri per ultimum non esse motus, ut nunc sit in termino à quo tãquam in termino quietis, & immediatè post hoc in termino ad quẽ. Qui quidem motus nõ erit instantaneus sed successiuus. Et ideo respondetur ad dubiũ negatiuè. Quòd si moueatur motu discontinuo, non trãseundo per mediũ, poterit nunc esse in cœlo, & immediatè post hoc in terra. Si autẽ moueatur motu continuo, nunc erit in hoc loco, & immediatè post hunc erit in alio, nõ tamen signabitur locus, in quo erit immediatè post hunc. Sed quocunq; post hunc dato, ante illum erit in alio.

D

E

F

Finis Sexti Physicorum.

DOMINICI SOTO,

SEGOBIENSIS,

Theologi, ordinis Prędicatorum, ſuper Septimum Phyſicorum Ariſtotelis Quæſtiones.

A Text. xj. Manifeſtum eſt igitur quoniam id, quod mouetur. &c.

Quæſtio Prima.

VTRVM IN VNIVERSVM neceſſarium ſit mouens & motum eſſe ſimul.

ARGVMENTVM libri huius ſeptimi (ut in commentis dicebamus) eſt manifeſtum facere, neque inferie motorum in infinitũ abire: ſed & in mouentibus peruenien B dum eſſe ad primum motorẽ, & in mobilibus ad ultimum motui, ut uia ad li. 8. muniatur: quo primus eſt motor p. ueſtigandus. In duo autem membra librum hũc partiri ſumus. In prioribus namque capitulis tribus tractatur axioma illud, celebriſq; enuntiatio. Omne, quod mouetur, ab alio mouetur. Illa enim eſt baſis prima, ac fundamentum, unde exquiſitio primi motoris proficiſcitur. In duobus uerò reliquis agitur de proportione motuum. At uerò tametſi in priori parte intentio hæc fuerit Philoſoph. tamen quia inter probãdum meminit, mouens & motum debere eſſe ſimul, id differit cap. 2. At quia rurſus mentionem opus fuit fieri, alterationem primo & per ſe tantùm con- C tingere ſecundùm paſſibiles qualitates tertiæ ſpeciei, id diſputat in tertio. Illud autem principiũ. Omne, quod mouetur, ab alio mouetur, & ꝙ in mouentibus: & motis non ſit proceſſus in infinitum, quamuis hic proponat Philoſoph. copioſiùs tamen, & enucleatiùs differit lib 8. & tex. 28. & infra: ubi proinde congruentiùs de hoc nos ſumus amplam quęſtionem facturi à qua proinde hic ſuperſedendum eſt. Alia uerò duo puncta, cum ſint ſibi connexa, ſub hac una quæſtione complectimur.

¶ Arguitur ergo primo a parte negatiua. Finis mouet appetitum: & tamẽ nõ tangit eum: nam aliquando eſt diſtans, D ut beatitudo: quandoque mouet dum non eſt, ut futura ſanitas mouet infirmum ad ſumendam potionem.

¶ Secundò arguitur. Cauſa uniuerſalis uerò mouet iſta inferiora: nam ſol & homo generant hominem: & tamen non tangit effectum. Quinimò ignis paruo interuallo diſtans ab aqua, calefacit eam: & tamen non tãgit illam. Et magnes trahit ad ſe ferrum diſtans. Et graue inquit Ariſto. 8. Phyſicorum. tex. 32. mouetur à generante: & tamen generans non tangit tunc ſemper graue, immò quandoq; nõ eſt dum graue mouetur. Idem eſt argumentum de anima li generante aliud, quod mouet ſemen à ſe diſtans: nam uſque ad animationẽ

fœtus,

A fœtus, omnis mutatio seminis attribuitur generanti: & tamen stat quandoq; generans tunc esse mortuum. Idem fit argumentũ de sagitta. Et maximè de relatione, quæ in me producitur, dum quis in Indis incipit esse albus.

¶ Tertio ad idem principaliter arguitur. Multa sunt mouẽtia immaterialia, quæ non possunt tangere corpora, ut Deus, qui uniuersa mouet, & intelligẽtiæ, quæ mouent orbes: tactus.n. nõ est nisi duãrum quãtitatum. ¶ Quartò principaliter arguitur aduersus id, quod textu.xi. ad probandam conclusionem principalem inducit, nempe quod motus alterationis non est propriè, nisi se-

B cundùm tertiam speciem qualitatis, & ideo illic tantùm necessarium esse, ut mouens & motum sint simul. Si secundùm has tãtùm qualitates esset propriè alteratio, id maximè esset, quia p se primus terminus alterationis est aliqua harum qualitas, reliquiæ uerò consequuntur ad has (nam per hoc probat tex.17. quod secundùm habitus primę speciei non est alteratio) sed albedo, & reliquiæ qualitates secundæ non sunt primus terminus alterationis, nam resultant ex intentione, aut remissione primarum qualitatum: ergo secundùm has qualitates secundas non est per se primò alteratio, & tamen sunt de tertia

C specie: ergo non secũdùm toram illam specié est se motus, & per consequens malè in his ponit exempla Philosoph. ¶ Et confirma. ratio in passionibus sensitiuis, tã cognitiuis, quàm appetitiuis, secundùm quas ait Phi. tex. 12. esse propriè alterationem. Motus obiectorum potentiæ cognoscitiui non terminatur primo ad actus sensuum, sed ad species, ad quarum receptionem consequitur sensatio. Et pariter in appetitu, ira, gaudium, & reliquæ passiones non uidentur per se primò esse termini alterationis, sed ex motu locali sanguinis à corde, uel ad cor, uel ex motu alterationis secundùm calorem, aut aliam primarũ qualitatum subsequũtur illæ passiones: ergo secundùm has non est per se primò alteratio. ¶ Quintò principaliter arguitur contra id, quod habetur tex. 15. quòd secundùm quartam speciem non est per se alteratio. Quando lapis sculpitur, per se primus motus illius est figura & forma: ergo pariter cũ ex calefactione figuratur cera, uidetur, quòd terminus illius alterationis sit figura, saltem sicut est pallor, aut alius color ceræ: & per consequens sicut ad tertiam, ita & ad quartam speciem qualitatis est per se primò alteratio. ¶ Et confirma. de secunda specie, quam illic prætermittit Philoso. Molle & durum sunt qualitates secundæ speciei, ut patet in prædicamento qualitatis, nam durum est naturalis potentia resistens diuisioni, & molle est naturalis impotentia & tamen est tam propriè secundùm istas alteratio, quàm secundùm alias secundas qualitates: nam ut per alterationé resultãt colores & sapores varii, ita & mollities, & durities. ¶ Sextò principaliter arguitur aduersus id, quod habetur text. 17. uidelicet, quòd secundùm primam speciem non est alteratio. Primò in habitibus corporis. Caliditas, & frigiditas ponuntur ab Aristotel. in prima specie qualitatis: & tamen secundùm has est alteratio. ¶ Et confirmatur, si secũdum sanitatem, quæ est habitus corporis, nõ esset alteratio, aut esset ut insinuat Aristotel. quia est relatiuum at sanitas non est relatiuum secundùm esse, sed secundùm dici, postquàm est, species qualitatis: ergo nihil obstat, quin secundùm illam fit alteratio: sicut secundùm alias qualitates: quamuis resultet ex alteratione primarum qualitatũ ut aliæ qualitates secundæ. ¶ Septimò principaliter arguitur contra id, quod habetur text. 18. quòd secundùm habitus morales non est alteratio. Fortitudo, & temperantia sunt uirtutes morales, quæ tamẽ sunt in appetitu sensitiuo, maximè secundum Sanct. Thom. 1.2. q. 56. art. 4. & alibi sæpe: ergo qua ratione secundùm iram, & gaudiũ, & alias passiones

D

E

F

est

A est propriè alteratio, ut habetur textu. 12. erit etiam secundùm has uirtutes. ¶ Et confirmatur. Omnes habitus omnium uirtutum, tam sensitiuarũ, quàm intellectualium, sunt intensibiles, & remissibiles: intensio autem, & remissio est propriè motus alterationis. Et præterea inter eiusmodi habitus est contrarietas, ut inter uirtutem, & uitium, inter scientiam, & errorem, inter unam, & alteram opinionem: contrarietas autem est alterationis conditio, quippe, quæ fit à contrario in contrarium: ergo Aristotel. est ueritati contrarius. Nequè eius rationes efficaces uidentur, dum ex eo, quòd habitus est rei
B perfectio, & ex eo, quod consistit in commensuratione quadam rerum, infert non esse ad habitum per se primò alterationem: quoniam aquæ perfectio est frigidas, & tamen dum se ex calore in frigus reducit, alteratur, & omnis media qualitas, ut pallidum, & uiride, extremorum colorum medium quoddam est: & ad illam nihilominus est per se primò alteratio. Quid ergo sibi uult Aristoteles?

Conclu.

¶ Quæstio hæc in duos secatur articulos, in quibus breuitatis causa secundum, ac tertium caput textus complexi sumus. In priori articulo est unica hæc conclusio. Omne mouens, ut
C principium motus, & id, quod mouetur, quod est dicere, agens & patiens, in uniuersum debent esse simul loco: hoc est, uel continua, uel contigua dũmodo sit agens ultimum, & primum passum. Conclusio est in textu nono, eandemquè sub aliis uerbis præmisserat text. 8. ubi ait, quòd necesse est id, quod mouetur, primò corporali motu tangere, aut continuũ esse mouenti. Et primo de generat. tex. 78. & 16. lib. animalium ait, quod si aliquid nõ tangit aliud, non agit. Cauenda est hic autẽ barbara principii petitio dicẽtium, quod

Agere immediate dupliciter.

agens, & passum immediata debent esse simul hoc enim est prædicarũ inculare in subiecto. Sed distinguendum est, q agens uel agit immediatè immediatione (ut aiunt) uirtutis: quia propria uirtute, non aliunde mendicata operatur: ut Deus, & contrario modo creatura agit mediatè, & causa inferior per uirtutem superioris. Vel agit immediatè immediatione suppositi: quia per se, & non per aliud operatur: sicut homo mouet baculum manu, & intelligentia cœlum. Et contrario modo sol mouet terram mediatè per illuminatum aeré, & gignit plantam per alteratam terrã. Et hoc modo immediatum agens appellat Aristot. ultimum: quo ideo necesse est esse immediatum passo immediatione loci: Ait enim, quòd agens ultimum, & patiens primum, putà id E quod inter supposita agentia postremũ est, attingere illud debet, quod inter patientia est primum: ut si ignis calefacit aerem, aer cacabum, & cacabus aquam, & aqua piscem, ignis debet tangere aerem, & aer cacabum &c. Hanc conclusionem Aristotel. non demonstrat à priori, sed per inductionem in omni genere motuum, ut per totum secundum caput uidere est. Rationem uerò & causam forsan non possumus eandem in omnibus assignare: nam in rebus materialibus conditio ipsa, & limitatio materiæ posset in causam afferri, ut forma, quæ est in materia, neque at rem aliam mouere, nisi tangendo. Est quippe tactus con- F ditio propriâ materiæ. Et ideo si uacuum interesset inter agens & patiẽs, nulla contingeret actio: eò quòd nullum intercederet medium, per quod deferretur ad passum. Quapropter Aristotel. primo. Meteoro. Necesse, est, inquit, mundum hunc inferiorem cõtinuum esse superioribus lationibus, vt omnis ipsius uirtus in gubernetur. Attamen in rebus immaterialibus causa hęc locum non habet. Et nihilominus Aristotel. cõclusio usque adeo vniuersalis, ut etiam angelos, & Deum ipsum comprehendat. Ex enim probat. Sanct. Thomas primo par. quæst.

A octaua,& plerique Theologi,Deum esse ubique per essentiam,& in omnibus rebus intime, quòd uirtus eius agendi infinita est: & illimitata, qua ubique per se agit, & nullares agitur, nisi ubi est.Et quamuis Scotus libr. primo sentent.quæstio.37. hanc rationem infringere molitus sit, nimirum arbitratus, solem per se agere, ubi non est: quoniam ipse & homo generant hominem & in uisceribus terræ gignit metalla:id tamen minimè sustinere potest: quoniam re uera nisi sol per intermedia elementa lumen profunderet, aut uirtutem aliam occultam influeret, qua terræ uiscera penetraret,nihil illic un-
B quam efficeret. Hac nanquè de causa ait Philosoph. necesse esse mundum hunc inferiorem esse continuum latio nibus superioribus. Perstitit autem in illa opinione Scotus, quòd accidens nequè instrumentum esse potest genituram attingens substãtiæ,unde intulit solem per se ipsum immediatione suppositi,gignere hæc inferiora: quod profecto nemo Philosoph. admitteret: & multò hic minimè Aristote. Quin uerò ignis calore & calefacto aere producit ignem : & animal, uirtute seminis filium:& ideo sol lumine & latentis uirtutis in fluxu, atque adeo aere effecto gignit fouetque terrena. Quocirca
C si uera fuisse Auicennæ excogitatio, quòd Deus primam tantùm intelligentiam per se creauit, & illa secundam per uirtutem ab eo influxam,& postrema per uirtutem eiusdem Dei edidit hunc globum, nullum sumeretur argumentum,Deum esse per essentiam ubique.Sed tamen quia non modò,ut sol, suæ profusione uirtutis, sed per se ipsum immediatione suppositi materiam corporum conseruat, ut quæ per solam creationem producitur, quam nullum creatum agens attingi: & eadem ratione substantias indiuisibiles, atquè cælorum moles,fit,ut intimè per suam sit essentiam in omnibus rebus, nam quamuis formas rerum corruptibiliũ in materia per alias causas secundas administret,illa tamen, quæ per solã creationem producuntur,se solo producit, ac retinet. Et quia cuncta, quæ in uniuerso sunt, aut spirituales substantiæ sunt,aut cœli, aut denique in materia generantur,sit ut Deus sit per essentiam in omnibus. Atqui hinc fit, doctrinam illam S.Thom.1.p.q.52.quòd angelus est in loco per solam applicationẽ uirtutis peruersæ sic intelligi, quòd uere non sit substantia eius in loco, in quo operatur: solum enim uult, quòd non applicatur ad locum per quantitatem, sicuti corpora:& ideo neque commensuratur,nequè continetur, neque situatur loco: sed nihilo secius eius re uera substantia applicatur loco per uirtutem operandi.De his autem alias. Sunt tamen hic nobis commemorata, ut explicaretur,quàm sit uniuersalis conclusio Aristotelis, quòd agens & patiens debent esse simul:id, quod tanquam dignitatem pro comperto mentibus infixit.Et ratio est,quòd sicut esse,causa est operandi,ita necesse est, ut res sit, ubicunquè operatur: si tamen operatur tanquam ultimum agens in primum passum, hæc est immediate immediatione suppositi : uidelicet si non agat per aliud suppositum (sicut sol agit per illuminatum aerem) sed per se ipsum.

D

E

F

¶ Igitvr ad primum in contrarium argumentum ipse sibi respondet Aristote.in tex. quòd finis non agit tanquàm causa efficiens, sed tanquam id, cuius gratia:& ideo non necesse est esse ubi operatur, sed satis est cognosci ut moueat. ¶ Ad secundum uerò de sole,& causis uniuersalibus respondetur, quòd sol non est ultimum agens producens plantam,aut minerale,sed aer, aut terra, per uirtutem ab illo susceptam. Sicuti ignis distans ab aqua per aerem calefacit eam. Quòd si rursum arguas, Sol non eandem uirtutem effudit in aere,quam in terra: gignit enim calorem in terra aliaque rerum seminaria,

quæ

A quæ non profert in orbe lunæ neque in media regione aeris. Respondetur id non esse necessarium: nam agens agit secundùm naturam & qualitatem passi: & quia cœlestis orbis non est susceptiuus caloris, ne quòd aer seminalium uirtutum, ueluti terra, non eadem uirtutes procreat in intermedii, sed tamē producit alias, per quas attingit extremum. Exemplum est de pisce illo stuppo: qui dum hamum deuorat piscatoris manum motu feræ stupore afficit, quamquam seta non stupescat. Atqui hęc eadem solutio satisfacit argumento de magnete. Aliquando enim tam distans est, ut ferrum non
B trahat, & quandoque tam paruus, ut ni si priùs afficitus ferro, non possit uirtutem illi imprimere, qua illud trahat, quæ quidem indicia sunt, ferrum non ferri suapte sponte ad magnetem, sicuti res ad suum finem, uidelicet, ut graue ad centrum moueretur, nanque tūc à quacūque distantia, sed mouetur per qualitatem, quam magnes ei impingit. Et quando magnes est tantus, ut possit illam qualitatem à longe imprimere, licet non eadem afficiat aerem, quia nō est aptum passum, facit nihilominus in eo alterationem aliam, usque ad ferrū. De graui autem, quod à generante moueretur, sicuti fœtus gignitur a parte, qui priùs forte mortuus est, quam animetur fœtus, dicendum est, satis esse,
C ut dum agens generat passum, puta terra lignum, coniunctus sit ei: tunc enim uirtutem ingenerat, qua lignum moueat, quoriescūque cadere permittitur. Et pariter homo, dum decidit semen: & sagittarius dum emittit sagittam: modo à nobis expositio. libr. 2. q. 2. & lib. 8. super textu. 32. Ex quo fit, non esse necessarium, ut agens tādiu sit simul cum passo, quam diu agit in ipsum: sed satis est fuisse aliquando re & loco simul, tunc autem uirtute. ¶ De relationem autem similitudinis, quæ in me fit, dū alter in India nascitur, nullum est argumentum: quoniam (ut lib. 5. uisum est) ad relationem nō est per se motus. D Neque illa est realis alteratio, quam ille in India genitus mihi incutit: sed cō sequitur in me ex natura extremorum: & ideo non opus est, ut eodem una sit loco. ¶ Ad tertium argumētum respōdetur, quòd mouentia immaterialia, qualia sunt Deus & intelligentiæ, licet necessariò sint simul cum passo, quando per se agunt (ut expositum est) non tamen propriè dicuntur passum tangere: quoniam tactus conditio est quantitatis corporæ: cangūt tamen uirtute.

¶ In secundo arti. est alia conclu- Cōclusio.
sio, quam superioris occasione constituit Aristote. cap. 3. uidelicet. Alteratio non fit per se primò, nisi ad qua
E litates tertiæ speciei, quæ sunt passiones, & passibiles qualitates, & sunt per se primò sensibiles. Ad cuius intellectum animaduertito, ad qualitatem aliquam esse per se primo alterationem nihil aliud esse, quàm eiusmodi qualitatem esse terminum per se primò acquisitum tali alteratione: ut ipse se exponit Philosophus tex. 17. unde ad calorē est per se calefactio: sicuti ad substantiam, per se primò generatio, & ad quantitatem per se primò augmentatio. Causa & ratio conclusionis huius est, quam Aristo. text. 11. retigit: nempe, quod cùm alteratio sit generationis, corruptionisque uia: & res cor-
F rumpuntur quatenus qualitatibus cōtrarijs secū pugnāt, secūdùm illas qualitates fit propriè alteratio, secundùm quas inter se formæ differunt in materia, esse aūt propriè sunt illę tertiæ speciei. Est ergo hic animaduertendum, q propriè rē alterari, est limoueri à sua naturali dispositione, quando autem secundùm naturam perficitur, non sic propriè alterari censetur. At quoniam potissimum Aristo. conclusionem probat inducendo alias qualitatis species, monstrandoque in illis non esse primò alterationem, ut toto cap. 3. usum est, per solutionem cōtrariorum liquebit eius doctrina.

A ¶ Igitur ad quartum argumentum, quod punctim contra rationem conclusionis intentum est, negatur albedinem, & reliquas secundas qualitates non esse primum terminum alterationis: immò sicut calefactionis per se primus terminus est calor, & ita & inalbationis albedo: & dulcorationis dulcedo. Neque istæ qualitates consistunt solùm in temperamento primarum, sicut sanitas ad modum relationis, inde fit consequens, sed sunt mediæ qualitates distinctæ, & resultantes ex tali, uel alia ratione caloris, aut frigoris, cum tali, aut alio temperamento humidi, & sicci, quæ quidem qualitates per
B se ipsæ tendunt, uel ad corruptionem, uel ad conseruationem rei: sanatio uerò nihil aliud est, quàm humorum rectificatio: & ægritudo eorum peruersio. Et ideo ad qualitates, quæ consequuntur, non est per se alteratio, sed ad tales humores. ¶ Ad confirmationem autem de passionibus sensitiuis, quæ militat contra textu. 12. ubi Aristote. docet in illis esse per se alterationem, conceditur, quòd per se alteratio in sensibus non fit ad sensationes ipsas, sed ad species. Quia uerò text. 20. ipse docuit, quòd sicut in usu scientiæ non est alteratio, ita neque in usu sensus. De
C ira autem, & gaudio, tristitia, & similibus, negatur in illis non esset per se alterationem, consistunt enim materialiter in commotione sanguinis à corde, uel ad cor, quibus motibus corpus ipsum uerè alteratur. ¶ Ad quintum argumentum, de figura & forma negatur ad illas esse per se motus. Neque enim per se primus terminus sculptionis est forma statuæ, sed auulsio particularum lapidis, ad quàm consequitur forma. Neque per se motus pictionis est imago, sed impictio colorum in tabula. Et pariter dum liquefit cera, per se motus calefactionis non est, nisi quantitatis extensio, adquam cõsequitur hæc, aut illa figura. Ad confirmationem autem de molli & duro respondet Albert. q durities naturalis, est quidem naturalis potentia quæ consequitur ad naturam rei, & ideo ad illam non fit alteratio, sicut neque ad risibilitatẽ: quoniã consequitur ad generationem: sed tamen durities peregrina, quæ aduenit rei (v.g. deficcationem, ut induratur lignum, non est potentia naturalis, & ideo nihil uetat, quin fit propriè alterationis terminus. ¶ Ad sextum principale respondetur, quod calor, & frigus (ut in prædicamentis dictum est) quatenus possibiles sunt qualitates, hoc est, ignis effectus, aut sensationis causa pertinent ad tertiam speciem: & hac ratione fit secundùm has qualitates alteratio, sed quatenus conueniunt, aut E
disconueniunt subiecto, sunt in prima specie, sicut sanitas & ægritudo. Vt dissẽperatus calor, quæ est febris quartana, & excessus frigoris, in quo est paralisis. Ad confirm. autem responsum est iam super text. 17. quòd sanitas non est relatiuum secundùm esse, sed secundùm dicit. Nihilominus ad ipsam non est per se alteratio ratione iam dicta. ¶ Ad septimum de habitibus moralibus conceditur quosdam eorum, ut fortitudinem & temperantiam, consistere in appetitu sensitiuo. Negatur tamen inde consequi, ut ad illos fit per se alteratio, sicut ad iram, & gaudium, & ad reliquas passiones: nam hęc F
(ut modò dicebamus) fiunt cum commotione locali sanguinis, & caloris, habitus autem consequuntur ad passionum moderationem. Sicut dictum est, quod in humoribus est p se alteratio, non autem in sanitate. Ad confirmationem uerò concesso huiusmodi habitus, tam intellectuales, quàm morales esse intẽsibiles & remissibiles, essequè inter se contrarios, non fit consequens, ut propriè in illis fit alteratio: quia id non sufficit, ut Aristotelis rationes docent: tum quia sunt rei perfectiones, tum quia consequuntur ex commensuratione accidentium, quæ sunt per se primi termini alteratio-

nis:

A nis & quod obiicitur de aqua. quæ dum reducit ſe ad frigiditatem, alteratur, licet perficiatur, non eſt propoſitum: quia ſatis eſt acquiſitionem frigoris eſſe alterationem, quia eſt qualitas tendens in corruptionem, etiam in aqua ſi eſſet nimium exuperans. Nequè colores medii conſiſtunt in commenſuratione extremorum, ſicut ſanitas. Quin uerò uiridis color & rubeus, mediq per ſe qualitates ſunt, per quas ſit tranſitus ab illo in nigrum, ideo per ſe ſunt termini alterationis.

Tex. xxj. Dubitauit autem aliquis, &c.

B

Quæſtio Secunda.

VTRVM MOTVS QVIcunquè cuicunquè alii motui ſit comparabilis.

APARTE affirmatiua arguitur ex ordine contra doctrinam Phi. Si motus aliqui non eſſent comparabiles, maximè circularis, & rectus, ut ſentire uidetur text. præſenti. Sed, quòd hi ſint uelocitate comparabiles, arguitur. Velocitas motus ab effectu (ut quæſtione ſequenti diſputabitur) attenditur penes longitudinem ſpatii: circularis autem linea, & recta ſunt longitudine comparabiles: ergo motus, qui per illam fiunt, unde fallax apparet argumentum Phi. inferentis ex differentia ſpecifica circularis rectæque lineæ non eſſe eiuſmodi motus uelocitate comparabiles. Enim uerò ſi ſpecie differunt, illud eſt ratione figuræ, cum hoc tamen permittitur, ut longitudo utriuſque ſit eiuſdem rationis. Poteſt enim idem filum, quod nunc in rectum protenſum eſt circulum ſubinde contrahit eadem permanente longitudine ſub diuerſa figuræ: atque adeo ſi duæ muſcæ moueantur, altera per rectam, altera per circularem, æqua uelocitate, eodem tempore eaſdem perficient lineas. D

¶ Secundò & principaliter arguitur. Cum proprium ſit quantitas, ſecũdùm eam æquale uel inæquale dici, omnis linea cuiuſcunque ſit figuræ, erit altera quacunque, ſiue maior, ſiue minor, aut certè illi æqualis. Manifeſtum quippe eſt, arcum, longiorem eſſe chorda, quin etiam in figuris differentibus ſpecie docent geometræ, angulum rectum eſſe maiorem angulo contingentiæ, quem facit circulus tangens lineam rectam. Item triangulam figuram dari æqualem quadratæ, & aliam figuram eſſe tali proportione maiorem, minorem uè alia. Et, ut apud Euclidem demonſtratum eſt, inter figuras polygonias, quarum peripheriæ ſunt æquales, quantò quælibet plurium eſt angulorũ, tantò area illius eſt amplior. Igitur non obſtante differentia ſpecifica figuræ, longitudo tamen eaſdem rationis eſt in circulari & recta, quod ſufficit ad commenſurandum uelocitatem motus. Et quò ad rem proximè accedamus, circuli, aiũt geometræ ad ſuam diametrum proportionem eſſe triplam ſeſqui alteram: ergo tali proportione uelociùs mouebitur id, quod per circulum circunfertur, quàm quod eodem tẽpore diametrũ pertranſeat. ¶ Tertiò deinde & præcipuè arguitur contra tres cõditiones, quas occaſione uelocitatis motus adſtruit Ariſt. requiſitas eſſe, ut res una ſit alteri comparabilis: putà quòd nõ ſint æquiuocè, q̃ ſint eiuſdem naturæ ſpecificæ, & q̃ in eodem ſint primo ſubiecto, ut à textu. 24. uſq; ad 30. eſt videre. Subſtantia nãque (ut ait ſeſe) eſt magis ens, quàm accidens: & rñ neq; ens dicitur omnino uniuocè de ſubſtantia & accidente (ut in anteprædicamentis, uiſum eſt) neque ſubſtantia eſt in ſubiecto. Porrò & Deus melior eſt, & ſapiẽtior, quàm creatura, quibus tamen prædicatis non ſumus uniuoci Deus & nos. ¶ At contra ſecundam eius conditionem eſt argumentum, quod nullam ſubiicit rationem, cur in ge-

C E F

A nere non fiat comparatio ueluti in specie. Cur, inquam, nix non erit magis colorata, quam papyrus, sicuti est magis alba Siquidem, ut albedo, ita & color uideatur intensior esse in niue. Et præterea comparatur intensio caloris unius subiecti ad intensionem frigoris alterius, ut hoc sit magis calidum, quàm illud frigidum. Arqui contra tertiam est argumentum. Scientia est maior in angelo, quàm in homine, tñ non sunt in eodem subiecto. Et lux est maior in sole, quàm in igne, quãuis habeant subiecta diuersissima. ¶ Quartò aduersus aliud membrum arguitur, quò textu. 30. & infra hac ratione concludit, neq;
B motum localem esse comparabilé motui alterationis, neq; alterationes diuersarum specierũ interse. Tanta est albedo testimonio eiusdem Aristot. in prædicamentis, quãta est superficies, per quam extenditur: albedo autem, & quantitas differũt genere: ergo motus genere differentes, putà ad qualitatem & quantitatem (quorum primus est alteratio, & secundus augmentatio) sunt uelocitate comparabiles: ueluti si una hora ignis extẽdat calorem per pedalem quãtitatem ligni, quam quantitatem lignũ idem augendo duabus horis acquisiuerat, duplo tunc uelocior erit motus alterationis, quam fuerat motus augmẽ-
C tationis. Quòd si immediatè eiusdem horæ musca percurreret eandem quantitatem, duplo adhuc uelocior esset motus localis, quàm alterationis. Item ignis multò est maioris actiuitatis, quã aqua eodem gradu frigida: ergo agilior erit motus calefactionis, quàm frigefactionis. Et (ut contra exemplum Aristoteles loquamur) nihil prohibet, quominus sanatio uelocior sit, aut tardior in animali, quàm calefactio, aut localis motus: ergo alterationes diuersarum specierum sunt celeritate comparabiles. In contrarium est sententia Aristot.

¶ Duo membra secundum ordinem Aristotelis habet quæstio præsens. Primum est de comparabilitate motuum, D & alterum, occasione huius accersitũ, de comparabilitate in genere quorumcunque accidentium. Quantum ad primum notandum est, quòd cùm intẽtio Phi. sit ostendere (ut lib. sequenti uidebimus) unum esse primum motorem: atque adeo primum motum, qui sit omnium mensura, hac de causa hic inuestigat, an omnes motus sint uelocitate cõparabiles. Est enim pro parte affirmatiua, quòd omnes motus conueniant in una prima mensura, qui est motus primi mobilis: sed pro parte negatiua sunt argumenta, quæ hic facit de circulari, & recto, & de aliis motibus differentibus specie. Et quidem Aristot. non re- E
sponder in forma ad quæstionem, sed solùm disputat ad utranque partem. Et ideo sunt qui dicant, non negare circularem & rectum esse comparabiles, sed tantum obiecisse illa argumenta ad partem negatiuam, quæ reliquit insoluta. At uerò illa profecto argumentatio negatiua (ut in text. adnotauimus) responsio est pariter negatiua, more peripatetico, unde commen. text. 21. rationem reddit cur linea circularis, & linea recta non sint magnitudine comparabiles. Nempe, quòd neutra potest alteri supponi, ut appareat æqualitas, uel excessus, ut supponuntur duæ lineæ rectæ. Et eadem ratione sentit motus, qui F
per eas fiunt, non esse comparabiles uelocitate. Nam uelocitatum proportio insequitur proportionem spatiorum, quæ in eodem tempore conficiuntur. Quòd si contra Commẽtatorem quis arguat, necessarium esse, ut circularis, & recta sint æquales, uel inæquales, siquidem sunt longitudines, tametsi nos metiri nequimus alteram per alteram: respondet Paulus, q circularis, & recta non sunt actu mensurabiles propter impedimentum figuræ: sunt tamẽ comparabiles potentia ratione lõgitudinis. Nihil tamen, neq; Paulus, neq; alii directè respondent de uelocitatibus motuum, an sint comparales. Id quod re uera ar-

gumenta,

A gumenta, quę supra fecimus, urgereue hementer uidentur.

Cõclusio Philosop. ¶Igitvr, omissis aliorum interpręta tionibus conclusio Phi. est profecto uera, & ingeniosa: sed tamen in qua, nisi lector attentus sit, facile hallucinabtur. Præsupponendum ergo primum est, non esse idem, duarum quãtitatum, unam esse altera maiorem, aut minorẽ, & esse commensurabiles. Ad hoc enim requiritur, quòd sit inter eas rationalis proportio: id est, denominata abaliquo numero, puta, aut dupla, aut sesquialtera &c. Adquod quidem exigitur, ut una pars aliquota unius, sit etiam aliquora alterius, quæ sit communis utriusque

Cõmẽsuration is 10. B mensura, utpote, quòd medietas unius sit tertia alterius: uel quinta unius sit septima alterius. &c. Tunc enim illæ quantitates habebunt se sicut numeri, quorum omnium unitas est communis mensura: qua ratione sunt omnes commensurabiles. Cuius defectu (ut q. sequenti fiet notum) diameter, & si longior sit costa non est tamen ei commẽsurabilis. Igitur, q̃ circularis linea, & recta non sint commensurabiles indepatet, q̃ non est ambarum eadem mensura: nam rectarum ea lõgior est, cuius extrema magis distant circularium uerò illa, quæ maior est portio eiusdem

C circulorum: portio nanque diuersorum circulorum non est regula certa. Hinc ergo præter rationes textus colligitur, neque motus circularem, & rectum esse commensurabiles. Illa enim sunt commensurabilia, quæ eadem mensura metimur: circularis motus, atq; recti non est eadem mensura, ergo. Ad probationem minoris notandum est, uelocitatem circularis motus bifariam penes effectum pensari: uno modo, si uelocitas circumeundi confideretur: alio modo, si confideretur simpliciter uelocitas motus. Velocitas enim circulationis attenditur penes hoc (ut in quæstione sequenti recolemus) quòd in tanto tempore tales anguli describantur circa idem centrum. Exempli gratia. Si tria mobilia circumirent in eodem tẽ D

pore hos tres circulos, taliter, ut quo tẽpore infimũ mobile mouetur ab a. ad. b. medium percurrat à. c. ad. d. & supremũ ab e. ad. f. æqualiter circumirent, quia in eodem tempore æquales angulos describunt circa idem centrum. Omnes enim sex illi anguli descripti in tribus circulis sunt æquales, quippe quibus idem opponitur in centro: & ideo eodem tempore singula peragent hos E circulos. Sed tamen non mouentur æqualiter: quoniam uelociùs mouetur medium mobile, quàm infimum, multoq́ue celeriùs supremum quoniam bases illorum angulorum non sunt æquales: quapropter quantò per maiorem circulum eodem tempore unumquodque mouetur, tantò maiorem describit lineam. Itaque cœlestes omnes orbes æqualiter circumeunt: tamen tantò quisque pernitiùs, quantò aliis superior: uelocitas autẽ recti motus non attenditur, nisi simpliciter penes longitudinem descriptæ lineæ: non ergo sunt mensurabiles. Multò tamen perspicacius res elucebit, dum inter respõ F dendum ad argumenta euatur fallaciarum medulla.

¶Igitvr ad primum argumentum negatur, uelocitatem motuum ab effectu attẽdi in motu circulari penes lineã descriptam, sed attenditur penes descriptos angulos: ut dictum est & ideo argumentum Phi. non est fallax, sed hoc, quod contra ipsum intenditur. Et fallacia latet in exemplo de duobus æqualibus filis, quorum alterum extendatur in rectum, alterum contrahatur in circulum, nam cùm filum illud nõ sit linea mathematica, sed corpus, necesse est, ut quod in circulum concluditur, contrahat interiores partes, & extendat exteriores:

A teriores:& ideò manet prorsus forinsecus eiusdem lógitudinis. Linea autem mathematica,quæ sit in diuisibilis secú dùm latitudinem, non potest dari actu separata.Et hoc est,quod ait Commen. quòd non potest coextendi rectè, ut mensurentur. Quòd si dicas, Deus cognoscit peripheriam circuli, cui recta sit æqualis,damus hoc, uerumtamen si duo mobilia per lineas circularem & rectam æquales mouerentur eadem uelocitate, citiùs moueretur mobile, quod graderetur super rectam, quàm quod super circularem: & ideo motus non essent commensurabiles.Et hoc patet: quia si æquali uelocitate mouerentur, B semper in circuitione fieret maior mora.Demõstremus hoc in quadrato. Efformemus,inquam,lineam æqualem rectè in quadratum,tunc mobile,quod mouetur per quadratum,dum ad angulum peruenerit, profectò eadem uelocitate non pertransibit tantam portionem angularem, quantam aliud mobile,rectam: & eadem ratione si eadem linea disponatur in figuram plurium angulorum : eadem uelocitate non pertransibit totam eodem tempore. Quò fit,ut non sint hoc modo commensurabiles motus rectus,& circularis. ¶Et p hæc respõdetur ad secúdum principale argumentum.Concedimus namq; omnem lineam,cuiuscunque sit figuræ, es C se æqualem alteri, maioremue,aut minorem illa: sed hoc tamen negamus, quòd circulares,& recta sint proportionabiles proportione rationali (hoc est enim commensurari) quia non est ambarum una mensura:sicut cõtingit diametro, & costæ:ut quæstione proxima patebit,ubitermini isti innotescent,uel uti & in figuris, quamuis triangularis possit commensurari quadrãgulari, tamen area circuli non commensuratur quadratæ: licet sit maior, uel minor. Alia uerò demonstratio Euclidis: nẽpe inter figuras polygonias quarum periphæriæ sunt æquales : quanto quælibet plurium est angulorum, tantò aream complecti amplioré,próbat quidem,q D una figura diuersæ speciei maior est altera : non tamen quòd sit inter omnes proportio rationalis.Quin uerò ex illa sumitur demonstratio occultissima, q si duarum linearum æqualium una sit circularis,& alia recta,tunc eadem uelocitate non pertrãsibitur utraq; in eodem tempore:sed plus temporis consumetur in circulari.Et demonstratio est hæc.Si ex eadem linea fieret triãgulus, maiori tempore opus esset,ut eademce leritate percurreretur propter uersionem angulorum : ergo si ex eadẽ fieret quadratum,cum ex hypothesi modo facta,spatiosior esset area, longior esset circulatio: etsi fieret hexagona figura, E latior fieret area: & octogona adhuc latior:ergo si circularis,quæ omnium est capacissima, area esset amplior: ergo mobile,ut eandem lineam circularem pertranseat in eodem tempore,celeriori motu opus habet:siquidem aream circuit uastiorem.Fit ergo, ut motus circularis, & rectus non sint commensurabiles: Ad postremam autem cõfirmationem eiusdem secundi principalis, negatur, quòd circuli ad suam diametrum sit exactissima proportio triplesesqui altera,sed è paulò plùs minusue. Et quando esset illa iusta,non esset talis proportio inter motus super easdem lineas propter maiorem moram ambié F di,quàm recta incedendi,ut expositum est.¶Ad aliud,quod post adiecimus Aristotelis testimonium,quòd motus primi mobilis est inferiorum mensura,respondetur,q non intelligitur de mensura, qua sint omnes inter se motus commensurabiles,sed uult dicere,q quãtò aliquis motus illi accedit propriùs, est uelocior,ac simplicior.

Disgressio de proportionibus.

POstea quàm in genere de comparatione motuum,quantũ est satis,prægustauimus, ordo est, ut ad septem regulas Aristote. quæ in postremo capite expositæ sunt,in specie descẽdamus.

Cui

A Cui quidem tractationi, & examini substernere opus est aliquos canones proportionum, sine quorum degustatione adiri dispositio nequit de velocitate motus. ¶ Proportio ergo iuxta nominis etymologiam, idé est, quod portionum, seu partium habitudo. Cadit ab eo, quod est partior. At quia partibile est nihil, nisi ratione quãtitatis (ut cui proprium est, secundùm eam unũ quodq; diuidi: atq; adeo & æquale dici, & inæquale) significanter definitur proportio (ut est apud Boetium & Nicomacum) quod sit duarum quantitatum certa habitudo. Cum dicitur quãtitatum habitudo, subnotatur, quòd
B sit habitudo secũdum propriam rationem quantitatis: nempe æqualitatis, aut inæqualitatis. Nam relatio patris ad filiũ non censetur hic nomine proportionis. Atqui, duarũ, consultò adiectum est: quoniam proportio una, inter duo tantùm constituitur extrema. Genere quantitatis utranque exæquo complectimur speciem, tam discretã, quàm continuã. Inepti enim sunt qui aiunt, quãtitatum aut numerorum, id quidem falso opinati, quòd numerus non sit legitima species quantitatis. Quantitas uerò non hic constringitur ad eam duntaxat corpoream, quæ est in mole, sed accipitur, ut late ad omnia patet, quibus ulla inest ratio men-
C suræ ac proinde æqualitatis, & inæqualitatis, ut est in intensione accidentis, aut quauis alia perfectione. Non enim solùm cubiti ad palmum, & decem calculorum ad quinque est proportio, sed intensionis alboris niuis, ad eam, quæ est in papyro, & perfectionis uirtutis aut scientię angelicæ ad humanam.

Proportionis definit. iuxta nomen.

¶ Proportio autẽ (ut inter explicandã definitionem designabamus) primũ diuiditur in proportionẽ æqualitatis, & proportionẽ inæqualitatis. Proportio æqualitatis é proportio duarũ quantitatum, quarũ neutra alterã superat, ut pedis sinistri ad dextrũ, & quinarij digitorũ unius, ad quinariũ alterius. Non diximus, est habitudo, sed est
D proportio, quod est genus proximum ad proportionem æqualitatis. Neq; uerò subiecimus, quantitatũ æqualiũ, ne definitum in definitione poneremus. Proportio inæqualitatis, est proportio duarum quantitatum, quarũ altera alteram superat, ut cubiti ad palmum, & denarij digitorũ ad oculorũ binarium. ¶ Secunda diuisio est proportionis inæqualitatis in propottionem maioris inæqualitatis, & proportionem minoris inæqualitatis. Proportio maioris inæqualitatis est proportio quantitatis cecedentis ad eã, quę exceditur. Cuius sunt proximè exẽpla posita. Proportio
E uerò minoris inæqualitatis est proportio quantitatis, quæ exceditur ad excedentẽ, ut palmi ad cubitum, binarij ad quinariũ. Quemadmodũ etenim quãtitas maior respectu minoris dicitur: & minor, relatiuè ad maiorẽ, ita proportiones maioris & minoris inæqualitatis correlatiua sunt. Quod proportio relatio sit, nõ est, ut dubiũ reuocetur, siquidẽ esse illius, é esse ad aliud. An uerò relatio ita realiter distiguatur à fundamento, ut sint duę res numero, satis in prædicamentis disputatum à nobis est. Credo, enim non esse aliã numero rem, tametsi formaliter falsa sit hæc enunciatio, substantia uel qualitas est
F proportio. Quare multò minus credo, proportionem esse nomen collectiuũ, quod supponat ꝓ ambobus simul extremis, sed proportio maioris inæqualitatis est in extremo maiori: & minoris in minori. Quandoquidem prima, est habitudo maioris ad minus: & secunda est habitudo minoris ad maius. Membra hæc ambo per omnes subsequentes species peruagantur correlatiuè, ut pariter subdiuidatur utrunq;. Tertia ergo diuisio est, proportio alia rationalis, & alia irrationalis. Proportio rationalis est proportio duarum quantitatum, quibus eadem communis est pars aliquota, ut hominis ad cubitum, cubiti ad pedem, pedis ad palmum.

A palmum. Continet enim palmus quatuor digitos, pes autem quatuor palmos. Quare digitus est quarta pars palmi, & sextadecima pedis. Sesquipes autem, id est, pes unus cum dimidio, facit cubitū. Quò fit, ut palmus sit quarta pars pedis, sexta verò cubiti, & uigesima quarta totius hominis. Nā si naturalibus fides est, homo continet quater cubitum suum, & sexies pedē. Vbi ergo diximus, eadem pars aliquota, nō sensimus eiusdem denominationis, nā aliàs esset proportio æqualitatis. Aequalium .n. quantitatum quarta unius est quarta alterius, & tertia unius, est tertia alterius, & ita de cæteris. Sed ad

B rationalem proportionem satis est, ut quę est tertia unius, sit quarta, vel quinta, uel quomodocunq; aliquota alterius. Quapropter proportio æqualitatis non excluditur ab hac diuisione: nā includitur sub membro rationalis. Et ideo nō accepimus pro genere proportionem. Proportio verò irrationalis, per alterum extremum, est proportio duarum quantitatum, quibus non eadem communis est pars aliquota: ut proportio diametri ad costam eiusdē quadrati: de qua quæstione proxima recurret sermo.

Pars aliquo quid sit & quid non aliquota.

¶ Pars aliquota, est pars quantitatis, quæ aliquoties sumpta complet adæquate totum, ut tertia, & quarta &c. Pars verò non aliquota, est illa, quę nō

C aliquoties sumpta, reddit adæquate totum, ut pars imprimis quæcunque maior medietate: nam illa bis sumpta totum exuperat: & pars (uerbi gratia) cōtinui, quæ contineret duas quintas, quippe quæ bis sumpta, nō exequaret totum: & si ter multiplicētur, excelleret. Ex quo sequitur primo, quòd cùm numerus ex diuisione continui nascatur, & crescat (ut in prædicamentis capitulo de quantitate habetur) fit, ut partes aliquotæ perpetuò nuncupentur ordine numerorum, ut secunda (quæ est medietas) tertia, quarta, quinta &c. adeo, ut idem sit pars aliquota, quod pars ab aliquo certo numero de D nominata. Nisi, quòd hæc non est definitio, ueluti superior, eò quòd non explicat rationem, & causam definiti.

¶ Hinc sequitur secundò, quòd sicut in numeris descendēdo datur minimus, scilicet binarius, ita in continuo datur maxima pars aliquota: (quæ est medietas) tametsi nō detur maxima pars simpliciter (ut libro primo usum est) at quoniam ascendendo non datur numerus maximus, fit, ut neque in continuo detur minima pars aliquota. Tertiò consequitur, ut proportio omnis inter duos numeros sit rationalis: nam saltem unitas erit pars aliquota utriusque. Quamobrem (ut in subsequentibus apparebit) omnis proportio rationalis denominatur ab aliquo certo E numero, uel numerus, ut dupla, sesquitertia, superpartiens, &c. Quānis oratio hæc non sit habēda loco definitionis: (ut aliqui uolunt) utpote quæ nō explicat causam definiti. ¶ Semota nūc irrationabili proportione quarta diui- Diuisio 4.
sio est proportionis rationalis: cuius quinque sunt species, scilicet tres simplices, & duæ compositæ. Cùm iam loquimur de proportione rationali, sermo nobis est de proportione inæqualitatis: nam illam, quæ est æqualitatis, missam hinc fecimus. Et quamuis proportio maioris, & proportio minoris

F inæqualitatis easdem habeant sibi inuicem respondentes species, solùm tamen explicantur in proportione maioris inæqualitatis. Est ergo proportio rationalis, alia simplex, & alia composita. Simplex est, ubi maior quantitas continet, sine minorem aliquoties, sive partem, sive partes. Cuius proinde tres sunt species: utpotè multiplex, superparticularis, & superpatiens. Proportio multiplex est proportio duarū quantitatum, quarum vna continet aliquoties alteram adæquate, ut dupla, tripla &c. Vtpote duorum ad unum, trium ad unum &c. Proportio superparticularis est proportio duarū quantitatum,

A titatum; quarum una continet semel alteram, & unam eius partem aliquotam, ut trium ad duo est sesquialtera: & quatuor ad tria, sesquitertia &c. Proportio superpartiens est proportio duarum quantitatum, quarum vna cõtinet alteram semel, & aliquas eius partes aliquotas, ut quinque ad tria: nam 5. continet 3. & duas eius tertias: & ideo est superpartiens tertias. Cùm dico, partes, plane intelligitur, quæ nõ faciant partem aliquotam, nam aliàs recideret in proportionem superparticularem, ut. 6. ad. 4. est sesquialtera: quia numerus maior continet minorem, & duas quartas, quæ constituunt
B medietatem. Quò fit, ut proportio superpatiens duobus numeris nuncupetur, altero. (numerante partes, alterò uerò eas denominante. Exempla harum specierum in subiecta naturali serie numerorum facile pareſcunt. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. ut à quibus ex ordine numeris denominentur singulæ. Nam si singulos continenter numeros, cùm unitate conferas, resultabunt species proportionis multiplicis, quæ in infinitum creſcunt, ſicut numeri ipſi. 2. enim ad primam, est proportio dupla. 3. ad primam. tripla. 4. ad. 1. quadrupla, & ita progrediendo denominatur una quęque proportio multiplex ab eo nu
C mero, quoties maior quantitas continet minorem. Eadem ratione si pręter missa unitate unumquemlibet numerum retuleris ad proximè præcedentem, conficies infinitas species proportionis superparticularis. Quarũ quæque denominatur à parte aliquota, qua quantitas maior superat minorẽ, ut 3. ad secundam proportio est sesquialtera, quia maior quantitas continet minorem, & medietatẽ eius. Est enim sesquialterum, idem, quod alterum & semis ceu sesquipes. pes & semis. Quare non tam latine dicitur sesquitertia, nisi quod usu receptum est: ut sesquialtera dicatur totum, & altera pars, scilicet medietas. Et simili ratione. 4. ad ter tiam est proportio sesquitertia, quo- D
niam maior quantitas continet minorem, & tertiã partem eiusdem. Et. 5. ad. 4. sesquiquarta. Et ita deinceps. Quòd si eadem prætermissa unitate unũquenque imparem numerum ad proximè præcedentem imparem comparaueris creabis infinitas species superpartientis proportionis, percurrente eodẽ numero numerante & denominante crescente, ut. 5. ad. 3. est proportio superpartiens tertias, &. 7. ad. 5. superpatiẽs quintas: &. 9. ad. 7. superpartiens septimas. Quando uerò illæ partes reddũt alterum tantum, tunc proportio erit multiplex ſicuti quando faciunt partẽ aliquotam, erit superparticularis, ut. E
6. ad. 3. nõ appellatur proportio super tripartiens tertias: sed dupla. At. 7. ad. 4. proportio est supertripartiens quartas: atq; 8. ad. 5. supertripartiens quintas. Componitur autem multiplex, tũcum superparticulari, tum cum superpartiente. Vnde proportio multiplex superparticularis, est proportio duarũ quantitatum, quarum una cõtinet pluries alteram, & insuper partem eius aliquotam ut. 5. ad. 2. est dupla sesquialtera. Proportio uerò multiplex supertripartiens est proportio duarũ quantitatum, quarum una continet pluries alteram, & aliquas insuper partes aliquotas, ut. 8. ad. 3. est proportio dupla F
superbipartiens tertias. De speciebus autem proportionis rationalis minoris inæqualitatis nihil amplius est adnotatu necessarium, quàm quod illa proportio, quæ est maioris quantitatis ad minorem, supponitur viceuersa inter minorem & maiorem, ut. 1. ad. 2. est proportio subdupla: & 2. ad 3. subtripla &c. Pari modo. 2. ad. 3. est proportio subsesquialtera: & 3. ad. 4. subsesquitertia: & ita ascendendo. Aequa ratione. 3. ad. 5. est subbipartiens tertias: & 4. ad. 7. subtripartiens quartas. Nisi manis ineptè dicere, subsupertripartiens.

¶ Haud equidem existimauerim

operæ-

A operæpretium, regulas hic multiplicare huiusmodi ſpeciens infinitas generandi: cùm quòd non ſit locus hic Arithmeticè per ſuos omnes numeros deducere: tùm quòd per ſe quiſq; id poteſt ſpeculari, neque res adeo eſt utilis. Sed ne nihil prorſus de hoc admonemus, radix proportionis cuiuſq; ſunt termini minimi, atq; adeo primi, inter quos eſt talis proportio. Quo fit, ut proportionis multiplicis radix ſit unitas, & ille numerus, à quo talis proportio nominatur, ut radix proportionis duplę. 1. & 2. & triple. 1. & 3. & quadruplæ. 1. & 4. &c. Quòd ſi gignere lubet omnes duplas, duplando ſemper extrema primæ radicis id certò præſtabis, ut ſi. 2. ad. 1. eſt dupla. 4. ad. 2. eſt pariter dupla. & 8. ad. 4. & 16. ad. 8. ut ex hac ſerie liquet. 1. 2. 4. 8. 16. Eadem ratione ſi iuuat procreare triplas, triplicabis ſemper extrema primæ radicis, ut ſi. 3. ad. 1 eſt tripla. 9. etiam ad. 3. erit tripla: & 27. ad. 9. Et ſimili proportione utere in cæteris. Tripla. 1. 3. 9. 27. Quadrupla. 1. 4. 16. 64. Quintupla. 1. 5. 25. 125. &c. Prima uerò radix proportionis ſuperpartientis eſt numerus denominans partem cum proximo ſibi accreſcente. Vt prima radix ſeſquialteræ ſunt. 2. 3. & prima ſeſquitertię ſunt. 3. & 4. & ita aſcendendo. Species autē huius proportionis multiplicantur, ſi ſuperſcriptis in uno ordine omnibus numeris excedētibus ſe maiori numero radicis, ſubſcripſeris reſpondenter numeros excedentes ſe numero minori. Vt quia prima radix ſeſquialteræ ſunt. 2. & 3. duo hi ordines numerorum, collato ſuperiori charactere, cū eo, qui ſibi ſubicitur, indicabunt tibi omnes ſeſquialteras. 3. 6. 9. 12. 15. / 2. 4. 6. 8. 10. Et quia radix ſeſquitertiæ ſunt. 3. & 4. in his duobus ordinibus inſpicies omnes ſeſquitertias. 4. 8. 12. 16. 20. / 3. 6. 9. 12. 15. Et ſimili ratione operaberis i reliquis. Proportionis autem ſuperpartientis prima radix ſunt numerus denominās partes, & numerus excedens illum numero numerante. Atque eadem omnino arte multiplicatur, qua proportio ſuperparticularis, ſuperſcribendo numeros excedentes ſe maiori extremo, & ſubſcribendo numeros excedentes ſe minori, ut prima radix ſuperbipartientis tertias ſunt. 3. & 5. & prima ſupertripartientis quartas, ſunt. 4. & 7. Ecce ergo (ſi quemlibet ſupernum characterem cum eo contuleris, qui ſibi ſubiectus eſt) omnes ſuperbipartiens tertias. 5. 10. 15. 20. 25. 30. / 3. 6. 9. 12. 15. 18. Et hic patet omnes tripartientes quartas. 7. 14. 21. 28. / 4. 8. 12. 16. Regulæ enim huiuſmodi tenēt per locum à commutata proportione. Nempe quia ſicut ſe habent. 3. ad. 6. ita ſe habēt. 2. ad. 4. fit, ut ſicut ſe habent. 3. ad 2. ita ſe habent. 6. ad. 4 Et quia ſicut ſe habent. 5. ad. 10. ita ſe habeant. 3 ad. 6. fit, ut ſicut. 5. ad. 6. ita ſe habeant. 10. ad. 6. De proportione uerò rationali paulò etiam inferius plura.

B C D E

¶ His utcunque præiactis de proportione ſubſequitur, ut de proportionalitate parumper etiam dicentes immoremur: cuius ad materiam uelocitatis penes cauſam frequentior uſus eſt. Igitur quemadmodum proportio habitudo eſt inter duas quantitates, ita proportionalitas eſt proportio inter duas, pluresue proportiones. Quò palam fit, ut quemadmodum proportio inter duas tantum quantitates conſtituitur, ita non poſſit proportionalitas, niſi inter plures, quàm duas conſtitui; pro eo, quòd extrema proporuionalitas ſunt nimirum duæ proportiones, quarum utraque inter duas quantitates conſtituitur, & ideo aut ſunt quatuor, aut tres, ubi media bis ſumitur. Intereſt præterea inter proportionem & proportionalitatem, quòd licet proportio non poſſit eſſe, niſi habitudo inter duas quantitates: proportionalitas

F

A tas tamen est proportionum proportio, siue duarum, siue plurium proportionum: ut omnes istæ proportiones duplæ. 1. 2. 4. 8. 16. sunt una proportionalitas. Ex quo fit consequens, ut omnis proportionalitas proportio sit, sed non recurrit, ut omnis proportio sit proportionalitas.

Proportionalitas triplex.

¶ Antiqua diuisio proportionalitatis est in tria membra, quæ sunt proportionalitas Arithmetica, Geometrica, & Harmonica, seu Musica. Proportionalitas Arithmetica est habitudo inæqualium proportionum, quarum termini sese pariter continuò, vt numeri, excedũt. Nempe per unitates, aut pares excessus. Et dicitur Arithmetica ratione

B subiecti, quia non reperitur nisi in numeris, qui subiectum sunt Arithmeticæ. Exemplum est in naturali serie numerorum. 1. 2. 3. 4. &c. Quicunq; enim excedit proximè præcedentem unitatem, & tamen. 2. ad unum est proportio dupla. 3. ad. 2. est sesquialtera, & 4. ad. 3. est sesquitertia. Et ita quantò maior fuerit numerus, minor erit proportio ad sibi proximè præcedentem: quia minor erit pars aliquota. Idem est si omnes numeros pares conscribas. 4. 4. 6. &c. aut omnes impares, vt. 1. 3. 5. 7. &c. Aut si se excedant ternario, vt. 1. 4. 7. 10. &c. proportio geometrica

C est per oppositum habitudo plurium æqualium proportionum consequenter se habentium, quorum termini inæqualiter se excedunt, vt si constituas tres perpetuò, aut quatuor proportiones duplas. 1. 2. 4. 8. 16. aut triplas. 1. 3. 9. 27. &c. Et hæc dicitur geometrica, non quod non reperiatur in numeris: sed quia repertur quoque in quantitate continua ea ratione, qua est continua, & subiectum geometriæ, vt est inter figuras. Cuius exemplum paulò inferius subscribetur, vbi egerimus de proportione irrationali. Nã & si Arithmetica proportionalitas considerari possit in quantitate continua, illud fit, quando consideratur diuisa in plures unitates instar numeri. Vt si pedale

D diuisum cogites in sexdecim digitos, duæ se habebunt ad primum in proportione dupla, & tres ad duos priores in sesquialtera: & ita gradatim ascendendo, sicuti per numeros. Atqui proportionalitates istæ dicuntur æqualitates, seu medietates, nam inter tres terminos (vt. 1. 2. 3.) ille, qui quantò excessu excedit minimum, exceditur à maximo (vt puta. 2.) dicitur medium proportionale arithmeticum: Inter tres verò alios (vt. 1. 2. 4.) ille, qui, qua proportione excedit minimum, eadem exceditur à maximo, dicitur medium geometricum. Et illa quidem proportionalitas

E ab æqualitate excessus dicitur æqualitas, hæc verò ab æqualitate proportionum. Quòd si fuerint plures termini tribus continuo proportionabiles, quilibet erit medius inter duo proxima extrema præter duos extremos. Proportio autem Harmonica est habitudo inter duas proportiones inæquales terminorum itidem inæqualiter se excedentium, taliter tamen, vt qualis sit proportio maximi ad minimum, talis sit inter excessum, quo maximus excedit medium ad eum, quo medius excedit minimum. Vt. 6. 4. 3. Est enim ad. 3. proportio dupla: & talis est inter duo. (quibus. 6. ex-

F cedunt. 4. (& primò, quo. 4. excedunt. 3. Et dicitur Harmonica, quia in sonis Harmonicis usu venit, cuius nullam hic habituri sumus rationem: quoniam nihil ad rem attinet præsentem.

¶ Quod verò in præsentiarum usui est maximè, est dignoscere proportionem proportionum geometricarum: nempe propositis duabus proportionibus agnoscere, quanta sit inter eas proportio. Quod inde innotescet, si nouerimus quæque proportio, ex quibus proportionibus componatur, & in quas resoluatur. Enimuerò quemadmodum latitudo

A tudo quantitatis diuiditur in partes, quæ sunt in quantitates, ita & proportio diuiditur in partes, quæ sunt proportiones. Igitur ad hanc artem & methodum comparandam primùm noscere opus est, quænam proportio sit alia maior, quæ uè minor. Et quidè in simplicibus illa quidem est maior, cuius maius extremum pluries continet minus, aut maiorem eius portionem. Quò fit, ut quæuis proportio multiplex maior est quacunque superparticulari, & superpartiente. Quoniam ad minus continet bis tantum quò neutra aliarum ascendit, ut maior est proportio. 2. ad. 1. quàm. 6. ad. 4. uel. 7. ad.
B 4. Et inter multiplices illa, quæ à maiori numero denominatur, maior est tripla, quàm dupla. In superparticularibus autem, quæ à minori numero denominatur, maior est, ut sesquialtera, quàm sesquitertia, & sesquitertia, quàm sesquiquarta. Nam pars aliquota quantò minori numero denominatur, tantò est maior. Eadem ratione in superpartientibus: si idem sit numerus numerans, illa, cuius numerus denominans fuerit minor, est maior, ut maior est superbipartiens tertias, quàm superbipartiens quintas. At vbi numerus denominans fuerit idem, tunc quantò numerans fuerit maior, tantò propor
C tio est maior. Vt maior est supertripartiens quintas (qualis est. 8. ad. 5.) quàm superbipartiens quintas, uti. 7. ad. 5. Sed tamen quando comparatur superparticularis ad superpartientè, est maior difficultas. Quandoque enim sonitus ipse uocum explicat magnitudinẽ. Manifestum enim est superbipartientem tertias maiorem esse sesquialtera, quoniam duæ tertiæ maior portio totius est, quàm medietas. Sed nonnunquam est difficultas, ut si interrogeris, utra sit maior proportio, sesquitertia, an superbipartiẽs quintas. Opus enim tunc est videre, an sint maior portio totius, duæ quintæ, quàm una tertia. Id quod cognosces, multiplicando illos duos numeros denominantes, unum D per alterum: ut ter. 5. sunt. 15. cuius tertia est. 5. & duæ quintæ sunt. 6. Excedunt ergo duæ quintæ unam tertiam per unam quintam decimam, ob idq; maior est proportio superbipartiens quintas, quàm sesquitertia. Eadem methodo in superpartientibus, in quibus tam numerus numerans, quàm denominans sunt dispares, comperies, utra sit maior, ut maior est proportio super tripartiens quartas, quàm superbipartiens tertias. Quia si. 4. qui est denominans partes unius multiplices per. 3. qui est denominans partes alterius, cõficies. 12. cuius tres quartæ faciunt. 9. & duæ tertiæ faciunt. 8. unde constat E tres quartas excedere duas tertias eiusdem totius per unam dnodecimã. Per se quisque per pendere ex his ualebit, ut operandum sit in proportionibus compositis.

¶ Præposita igitur arte inuestigandi, Nota. quæ qua sit maior, minorque proportio, adnotandũ est præterea, quòd proportiones non se habent in hac parte, ut numeri, nam inter numeros inueniri non potest proportio, nisi rationalis (ut supra dictum est.) Attamen unius proportionis ad alteram proportionẽ quandoque est proportio rationalis, quandoque uerò non nisi irrationalis. Est igitur tertio adnotanda regula hoc iudicãdi. Propositis duabus quibusuis F proportionibus, inter quas conquiritur proportio, si sunt eiusdem denominationis, nulla est quæstio. Eadẽ enim proportio est. 2. ad. 1. quæ est. 20. ad. 10. eò quòd utraq; est dupla. At si fuerint inæquales, tunc constitue minorem in minimis eius terminis, puta in radice: & super eundem terminum minorem constitue maiorem quoque proportionem, & medium tunc proportionale indicabit. ibi, quæ sit inter eas proportio. Vt interrogatus, quæ proportio sit inter quadruplam, & duplam, respondebis, esse duplam. Idque demonstrabis constituta supra unitatem dupla,

A pla,& quadrupla, scilicet in his tribus terminis.1.2 4.in quibus liquidum est quadruplam cõstare ex duabus duplis, quæ sunt. 1. ad.2. &.2.ad. 4, Vnde fit hoc modo collectio. Quadrupla constat ex duabus duplis adæquatè:& omnes duplæ sunt æquales ergo utraq; est eius medietas:sed totius ad suam medietatè est proportio dupla:ergo quadrupla ad duplam est dupla.At uerò,si inde rursus intuleris, octuplam duplã esse ad quadruplam,eò quòd.8.duplus est numerus ad.4.fallaciam creas:quia octupla non constat ex duabus quadruplis,sed ex quadrupla,& dupla. Est enĩ
B octupla inter.1.&.8.quæ cõstat ex proportionibus.1.ad.4.&.4.ad.8. Namq; cum dicimus proportionem aliquam ex aliquibus componi, sentiendum illud est, tanquam non communicantibus. Constat enim octupla ex duabus quadruplis, scilicet. 1.ad.4. &.2.ad.8. sed communicant in illa dupla,quæ est 2.ad.4. Igitur cùm octupla adæquate constet ex quadrupla, & dupla: & dupla(ut proximè dictum est) sit medietas quadruplæ,sequitur, ut octupla sit sesquialtera ad quadruplã. Atq; adeo tripla ad duplam:quãdoquidem ex tribus componitur duplis scilicet.1.ad.2, 2.ad.4.&.4.ad.8. Nihil refert duplas
C explicari per subduplas.Sexdecupla verò dupla est ad quadruplã:ut quæ constat ex duabus quadruplis,scilicet.1.ad 4.&.4. ad. 16. At siquis exquirat proportionem duplæ ad sesquialterã,tunc quia ex suprapositа regula sesquialtera est minor,constituatur in suis minimis terminis,quæ sunt.2.&. 3. Et super. 2. cõstituatur dupla, vtpotè.2.ad.4. Qua ratione liquebit duplam confici ex sesquialtera,puta.2. ad.3. & sesquitertia, quę est.3.ad.4. Et cùm sesquialtera (ut præfatum est)sit maior, quàm sesquitertia,sit,ut neutra sit medietas duplæ. Nam quando totum componitur ex duabus partibus inæqualibus, maior superat medietatem, & minor est medietate minor.Quò tandem fit,ut dupla neque ad sesquialteram, neque ad D
sesquitertiam sit proportio rationalis, sed irrationalis:quia neutra est pars aliquota duplę,nec constans ex aliquotis duplæ. Quod requiritur, ut totum ad talem partem habeat rationalem proportionem.

¶ Cui autem libitum fuerit, proposita quacunq; proportione inuestigare aliam,cuius sit illa pars aliquota, constituat idem bis aut ter continue in numeris integris,& rem habebit explorata.Vt si delectat scire duplam ad sesquialteram quænam sit proportio,cõstruę duas cõtinue sesquialteras.Quod si nõ poteris super primos terminos, qui sunt.2.&.3.(eo quod super.3. non E
potest addi medietas, sine diuisione unitatis) tunc duplica semel numerũ minorem:accipe inquam.4.& super illum uumerum,prima sesquialtera erit 6.& secunda.9. Proportio ergo. 9. ad. 4. quæ est dupla sesquiquarta, est dupla ad sesquialteram. Et quia super. 9. non potest constitui tertia sesquialtera sine diuisione unitatis,duplica iterum, 4. & super. & super. 8. constitue tres sesquialteras:uidelicet ad.12.ad.18.ad 27. Proportio ergo.27.ad octo,quæ est tripla supertripartiens octauas, est tripla ad sesquialteram. Proportionabili modo si uis constituere duas sesquiF
tertias, quod facere nequis super primis terminis,uidelicet.3. &.4. (eo q. 4.non habet tertiam sine diuisione vnitatis) triplica semel terminum minorem,qui est.3.& super.9.facies duas sesquitertias,quæ sunt.ad.12.& ad.16.& comperies proportionem superseptẽpartientes nonas, quæ est.16.ad.9. esse duplam ad sesquitertiã. Hæc ex multis exempla pauca subiicienda duximus, in eorum gratiam, quibus ludus hic proportionum cordi fuerit.

¶ Ex his, quæ dicta sunt, clarius elucebit exemplum proportionis irrationalis diametri ad costam, quod supra relictum erat. Est enim supponendum ex Geometria, quòd quadratum

diametri

A diametri ad quadratum costæ habet proportionem duplam. Nomine quadrati intelligitur absolute æquilaterũ. De illo enim tãtùm intelligitur, quòd diametri ad costam sit proportio irrationalis. Duo autem quadrata tunc se habent, tãquàm quadratum diametri, & quadratum costæ, quando quælibet costa maioris est æqualis diametro minoris, ut in hac patet figura, ĩ qua sunt tria quadrata ita gradatim descripta, ut costa maximi, putà ab. sit diameter medij: & costa medij. a c. sit diameter minimi. Maximum ergo,



B quod, dicitur quadratum diametri respectu medij, habet duplam proportionem ad medium & eadem ratione medium ad minimum. Et est assertio de areis, non de costis. Hanc autem assertionem non est locus hic Mathematicè demonstrandi, sed satis est oculis exhiberi. Vides nanq; triangulum, ad b. qui est quarta pars quadrati maximi, esse medietatem quadrati medij: atq; ideo totum medium quadratum esse medietatem totius maximi. Hinc rursus patescit concluſi alia mathematica, uidelicet, proportio quadratorum

C est proportio costarum duplicata. nam qua ratione maximi ad mediũ est proportio dupla, colligitur medij quoque quadrati ad minimum, esse itidem duplam. Quoniam costa medij, scilicet a c. est diameter minimi. Et per consequens proportio maximi ad minimũ est quadrupla, siquidem constat ex duabus duplis, scilicet maximi ad mediũ, & medij ad minimum. Sicuti dictum est, in numeris proportionem quadruplam constare ex duabus duplis. Proportio autem costæ maximi ad costam minimi est dupla, ut ad oculum patet, nam medietas lineæ. a b. est costa quadrati minimi, a c. quadruplæ ad duplã (ut diximus) est proportio dupla igitur proportio quadratorum, est proportio costarum duplicata, id est du- D
pla ad proportionem, quæ est inter costas. Ex hoc demum retrocedendo cõcluditur, quod proportio diametri ad costã est irrationalis, hoc syllogismo. Proportio quadrati diametri ad quadratũ costę est dupla, ut maximi ad medium in præsenti figura: ergo proportio cuiuscunq; costę maximè (quoniã omnes sunt æquales) ad costam medij est medietas dupla, ut proxima conclusione monstratũ est. Duplæ uerò proportionis ad suã medietatẽ est proportio irrationalis: nã dictũ est supra portionem duplã non posse diuidi in duas medietates. Et per consequens medietas duplæ non potest denominari ab
E aliquo certo numero: componitur. n. dupla ex sesquialtera, & sesquitertia, quarũ prima est maior, & secunda minor medietate: ergo costę maximi quadrati, quæ est diameter medij (ut patet in linea a b.) ad costã eiusdem quadrati medij, est proportio irrationalis. Mittimus hic probationẽ Aristotelis, quàm refert Cãpanus apud Euclidẽ. lib. decimo propo. 6. Esse autẽ irrationalẽ proportionẽ hoc significat, q̃ nulla pars aliquota costæ est aliquota sui diametri. Reliqua de proportionibus uide latissimè apud Boetiũ, Nicomachũ, Euclidem, & reliquos. Præsenti enim negotio hæc sufficiunt, ni si forte plus sa-
F tis fuerint.

Quæstio Tertia.

VTRVM VELOCITAS motus ab effectu attendatur penes quantitatem spatij, quod pertransitur.

POSTQVAM de proportionibus ea præstruximus, quæ negotio præsenti subseruiunt, ad regulas subinde Aristotelis descendentes duas tantum quæstiones compendio tractabimus de

A de uelocitate motus: alteram penes effectum:& alteram penes causam. Nam sophismata calculatoria (ut uocant) quæ hic ineptissimè, simul ac barbarissimè plurimi inculcant, non est ut bonis ingeniis offundamus, sed exempla tantum pauca regulis Aristo. subijciemus. Et quidem tertia hæc quæstio libro præcedenti super tex. 11. sedem habebat propriam, sed consultò huc eã reiecimus, ut iuncta esset alteri, quę est penes causam. Arguitur ergo à parte negatiua si duo mobilia. a. bipedalis lõgitudinis, &. b. pedalis, moueantur eodem tempore ab uno pariete unius ulæ usque ad alterum è regione oppositum, taliter ut ambo, quæ à calce tangebant parietem primum, in fine motus eodem momento à fronte tangãt parietem alterum, tunc eodem tempore percurrunt idem spatium. Siquidé. a. perinde tangit utrunq; terminum, à quo, & ad quem atque, b. & tamen. b. uelocius uidetur moueri, eò q; quodlibet eius punctum maiorem lineam describit: nam punctum, quod est in anteriori superficie, respondebat, dum erant in termino à quo, puncto medio ipsius. a. & in fine motus respondet pũcto superficiei anterioris eiusdem. Et est par argumentum de quocunq; alio puncto.

B

C ¶ Deinde secunda ratione arguitur. Si duo grauia à turri caderent, unum per arcum & alterum per chordam, ita tamen ut quocunque momento motus æquè appropinquarent centro terræ, tunc uidentur ambo æquali uelocitate moueri, quandoquidem æqualiter descendunt, tamen non æqualia transmittunt spatia: est enim arcus maior chorda: ergo non attenditur uelocitas motus penes magnitudinem spatij.

¶ Tertiò denique arguitur sic. Velocitas motus circularis non attenditur penes spatium tali motu: ergo mensura non est certa. Probatur antecedens. Si id uerum esset, maximè quidem deberet attendi penes spatium descriptum à puncto uelocissimè moto, scilicet quod est in superficie conuexa, in quam sententiam meritò consentit maximus philosophorum numerus, quoniam spatium descriptum tali puncto, describatur à toto (categorematicé) mobili. Sed quòd hoc sit falsum, arguitur. Eadem deberet esse mensura in omni genere motuum, in motu autem alterationis, ubi calor uniformiter difformis extenditur per aliquod subiectum, ut (uerbi gratia) à non gradu, usque ad 8. non fit denominatio à summo gradu, sed à medio, puta ut. 4. cum ergo ĩ rota, quæ in orbem mouetur, uelocitas motus extendatur à centro ad circunferentiã uniformi difformitate (nã quantò punctum aliquod propius accedit centro, minorem facit circulum) fit, ut uelocitas motus totius rotæ debeat attendi penes punctum medium semidiametri, id est lineæ ductæ à centro ad circunferentiam. ¶ In contrarium ad partem affirmatiuam fuit authoritas Philosophi lib. 6. tex. 11. dicentis, id, quod uelocius mouetur, in æquali tempore transire maius & in minori æquale, & in minori plus.



D

E

¶ Circa titulum quæstionis, quam in duos partimur articulos, adnotandum est, quòd cùm duæ sint uiæ cognoscendi rem aliquam, quas in prologo huius adnotauit Aristoteles, Prima quò ad nos per effectum, quod est nosse: quia est, id est hoc esse hoc, ut uidentes ridere hominem, cognoscimus esse risibilem. Et secunda ordine naturæ per causam, quod est cognoscere propter quòd, in quo propriè consistit ratio scientiæ, præsenti quæstione scrutamur uiam ex effectu: tum quia prius tractata est ab Aristotele, tùm quòd cognitio nostra incipit à sensu per illam, & quæstione sequenti scrutabi-

F

A mur uiam, quæ est per causam. ¶ Et quoniam tẽpus (ut lib. 4. dicebamus) est mensura motus, illud est, quod nobis, eius uelocitatem ostendit. Est ergo sensus quæstionis. Vtrũ quòd hoc mobile uelocius moueatur altero, & qua proportione moueatur uelocius, attẽ datur penes proportionẽ spatij, quod ab hoc transmittitur ad spatium, quod eodem tempore percurritur ab altero. ¶ Motus autem est duplex, uniformis, & difformis. Et utraque differentia potest considerari respectu subiecti, & respectu temporis. Respectu subiecti motus uniformis est, cuius omnes partes æqua inter se velocitate mo

Motus uniformis. & difformis.

B uentur, ut est uidere in continuo rectè moto per planum. Si enim pedalem lapidem trahas superplanitiem, omnes eius partes mouentur æqualiter. Difformis uerò motus quò ad subiectum, est, quo nõ omnes partes mobilis mouentur æqualiter. Qui duplex est: uniformiter difformis, & difformiter difformis. Vniformiter ergo difformis, est motus subiecti ita difformiter moti, ut cuiuscunque portionis lineæ secundùm talem extensionem punctũ medium ea proportione exceditur ab extremo intensissimo talis portiuncu

C læ, qua excedit alterum eius extremũ remississimum. Qui quidem inter motus locales solùm conuenit circulariter motis, & illis omnibus: ut apparet in mola frumentaria. Cuius centrum indiuisibile immobile starer, si motus esset perfecte circularis: & si circunferentia moueretur, ut. 8. punctum medium inter ipsam, & centrum moueretur ut. 4. & medium inter circunferentiam, &. 4. moueretur, ut. 6. & medium inter 4. & centrum, moueretur, ut. 2. Alij definiũt, quòd sit motus subiecti, ita moti, ut quodcunque punctum, qua proportione plùs distat à cẽtro quàm alterum, uelocius mouetur. Hæc aũt definitio non conuenit sphæræ, nisi solidis usque ad centrum. Orbi namq; cœlesti (v.g.) lunæ, quòd ima

ginemus esse quadricubitum, cuius su D perficies concaua moueatur, ut. 4. conuexa uerò ut. 8. minime quadrat hæc definitio: nam punctum mediũ grossitiei, quòd est in termino secundi cubiti, in duplo plus distat à cõcauo, quàm punctum terminans primum cubitũ, & tñ non mouetur uelocius, nisi in sesquiquinto, qm̃ punctum terminans primum cubitũ, mouetur ut. 5. & terminans secundum, mouetur ut. 6. Posset tñ sustineri utcunq; definitio, loquendo de distantia, à puncto, quod fingeretur immotum, ut si sub concauo cogitatione adijcias alia quatuor cubita uniformia usq; ad non gradum. Sed fig mento nihil opus est, ubi altera suffi- E cit definitio. ¶ Motus difformiter difformis quò ad subiectum, est motus subiecti, ita difformiter moti, ut non cuiuscunq; portionis secundum talẽ extensionem punctum medium æqualiter excedit, & exceditur. Vt si quadrupedale ita in una hora alteretur, q̃ prima pedalitas accipiat calorem uniformiter, ut. 1. & secunda uniformiter, ut. 2. uel ut. 3 &c.

Nam punctum medium talis pedalitatis neque excedit unum extremũ, neque exceditur ab altero. Et licet de hac specie motus alterationis nihil ad præ- F sens negotium, subiecimus tñ hoc exẽplum idcirco, q̃ motus localis haud quaquam esse potest difformiter difformis quo ad subiectum. Quoniã rectus quidem nequit ullo modo difformis: omnes enim partes continui æqualiter mouentur: circularis uerò omnis, est uniformiter difformis. ¶ Eadem locũ habet diuisio respectu temporis. Motus igitur uniformis quò ad tempus, est ille, quo idem mobile æquis portionibus temporis, æquas itidem pertransit longitudines spatii, ut in regularissimo motu cœlorũ perspectum est. Spatij uidelicet, ueri uel imaginarij, ut secundum philosophos mouetur primũ

mobile,

A mobile, ſuper quod putant non extare locũ. Motus uerò difformis, quo ad tẽpus eſt ille, quo partibus æqualibus tẽporis inęqualia pertranſeũtur ſpatia: vel inæqualibus æqualia. Et ẽ, uti ſuperior, uel uniformiter difformis, uel difformiter diformis. Motus uniformiter difformis quò ad tempus, eſt motus ita difformis, ut ſi diuidatur ſecundum tẽpus (.ſ. ſecũdùm prius, & poſterius) cuiuſque partis punctum mediũ illa proportione excedit remiſiſſimum extremũ illius partis, qua exceditur ab intenſiſſimo. Hęc motus ſpecies propriè accidit naturaliter motis, & proiectis. Vbi enim moles ab alto cadit per me-

B dium uniforme, uelocius mouetur in fine, quàm in principio. Proiectorũ uerò motus remiſſior eſt in fine, quàm in principio: atq; adeo primus uniformiter difformiter intenditur, ſecundus uerò uniformiter difformiter remittitur. Motus uerò difformiter difformis quò ad tempus, eſt motus taliter difformis, vt ſi diuidatur ſecundum tempus non cuiuſcunq; partis mediũ ea proportione excedit unum extremum, quo exceditur ab alio: ut ſi ita res aliqua moueretur per horã, ut per aliquã partẽ uniformiter moueretur, vt. 1. & per aliam, ut. 2. uel. 3. &c. Vt eſt experiri in motibus progreſſiuis ani-

C malium. Quę quidẽ ſpecies motus crebro accidit in alteratione corporũ animalium, & poteſt forſan cõtingere in motu augmenti, & decremẽti. De quibus primo de generatione habendus eſt ſermo.

2. Conclu. ¶ His ergo præmiſſis diſtinctionibus, ad quæſtionem reſpondetur concluſionibus duabus: una in hoc primo articulo, de motu recto: altera in altero, de circulari. Prima uelocitas motus localis recti attenditur penes quãtitatem lineæ deſcriptæ. Ita, ꝙ ſi duo mobilia uelocitate conferantur, qualis fuerit proportio inter lineas eodẽ tempore tranſmiſſas, talis erit proportio inter uelocitates. Et eadẽ eſt ratio, ſi motus eiuſdem mobilis, quo uno tẽ D pore mouetur, comparetur ad eum, quo mouetur in alio. Vt ſi. a. mobile in una hora percurrat pedes quatuor, in quo. b. percurrat tria, mouebitur in ſeſquitertio uelocius, & ſi. b. percurrat. 2. mouebitur in duplo uelocius, & ſi tantum unum in triplo. ¶ Quò fit, ut ad indicium uelocitatis penes effectum non ſit neceſſarius uſus proportionalitatis. Nã etſi conſiderentur duæ proportiones .ſ. inter ſpatia, & inter uelocitates, ſunt tñ æquales, & ideo reputãtur eadem. Ariſtoteles quidẽ in textu citato lib. 6. tex. 11. nihil meminit proportionis: ſed tantum dixit, ꝙ uelocius in æquali tempore tranſit maius: Ε & in minori æquale & ĩ minori maius. Inde tñ manifeſte colligitur, talẽ eſſe proportionem uelocitatum, qualis eſt longitudinum pertranſitarum.

¶ Igitvr ad primum principale argumentum diſtinguitur, ꝙ talia mobilia eodem tẽpore ęqualia ſpatia confecerint: nempe ſecundum ſe tota, uerum eſt, ut argumento perſuaſum fit. Negatur tñ, ꝙ ſecundum idem punctũ reſpectiuè in utroq; deſignatũ, æquales deſcribãtur lineæ: & penes hoc debet attendi uelocitas motus. Quare cõceditur argumento, ꝙ. b. uelocius mouetur quàm a. nam punctũ eius mediũ longiorem lineam deſcribit, quàm pũ F ctum mediũ ipſius a. Idẽ eſt de puncto anteriori utriuſq;: idemq; de poſteriori, ſed propter dignitatem iudiciũ ſumitur penes medium. Sũt, qui dicant, neutrum tranſire totam longitudinẽ aulæ, licet ſecundum ſuperficiem poſteriorem tangant terminum à quo, & ſecundum anteriorem contingant terminum ad quem. Nam, ut pertranſirẽt totam lineam deberet (aiunt) idem pũctum mobilis tangere punctum termini à quo, & punctum termini ad quem. At non eſt cura, communi hominum ſenſu diſſentiamus. Conſentiunt enim omnes, cũ quis calcaribus à tergo primum tãgit parietem, & pectore poſt-

A modumattingit è regione oppositum, perambulasse totũ interuallũ. Quare sa tius est simpliciter concedere, ꝙ illa mobilia transeunt idẽ spatiũ: sed quia id non præstant secundũ idem punctũ non æqua mouentur agilitate. ¶ Ad se cundũ principale argumentũ concedi tur, illa, quorũ alterũ cadit ab alto per arcum, & alterũ per chordã, inęqualia spatia peragere. Refert.n. nihil lineam longiorem, quæ eodem tempore transitur, arcualem esse, an rectam, & ideo illa mobilia inæqualiter mouẽtur. Nec sequitur, Aequaliter descendunt: ergo æqualiter mouẽtur. Nam uelocitas descensus non attenditur penes descri-

B ptam lineam, sicuti uelocitas motus, sed penes accessum ad centrum terræ. ¶ Vnum hic tamen superest argumentum, quod malè Sophistas cõtorquet. Si enim (aiunt) Petrus & Paulus super duas pares lineas incipiant moueri, quas sunt una hora pariter emensuri: instanti autem terminatiuo horæ, quo punctum anterius pedis debet respondere puncto intrinseco terminatiuo li neæ, Petrus desinat esse per primũ non esse. Paulò seruato: tunc Petrus & Pau lus per totam horam æqualiter mouẽ tur: nam una qualibet parte horæ se cundùm illũ progressum æquales portiones lineæ demetiuntur (ut in prima

C medietate horæ primas medietates linearum, & in tertia quarta tertias quar tas, & ita deinceps) & tamẽ in tota hora non peragunt idem spatium: nã primo instãti, quo Paulus est in termino, Petrus non est superstes: si uerò tunc non est, nunquam fuit in termino, & per consequens nunquam pertransiuit totam lineam. Neq; tutum perfugium est, quo quis possit argumentum declinare, negando casum. Nam cùm motus (ut lib. c. disputatum est) per primum non esse cesset, nihil uetat, quin idem instans sit primum non esse animalis. Sed inter admittentes casum, mirabiles uersantur responsiones. Aliqui enim concedunt ambos homines æ-

qualiter moueri tota hora, licet non D
æqualia spatia pertransierint, sed satis est (aiunt) quòd Petrus tantundem trã sisset, si restaret in instãti terminatiuo motus. Est tamen hoc ridiculum, quoniam si Petrus aliquid non transisset il lius lineæ, id tantum fuisset punctum terminatiuum: illud autem est indiuisi bile, quod additum lineæ, non facit ma ius, neque est trãsibile per se: quare intelligibile non est, quamcunq; partem lineæ esse pertransitam, quin tota li nea categorematicè fuerit pertransita. Et confirmatur, quia Paulus, superstes illo instanti, quo primùm non est Petrus, nihil transit, neque mouetur: ergo Paulus non plus transit, quàm Pe E
trus: atque adeo nihil obstat, non esse tunc Petrus, quominus tantundẽ tran sierit quantum Paulus. Conceditur ergo æqualiter ambos moueri per totã horam: sed negatur in tota hora Petrũ non transiuisse tantam lineam, quantam Paulum. Et negatur consequentia. Petrus neq; fuit neq; est in termino ad quem: ergo non peregit totam lineam. Nam satis est, ꝙ attigerit usq; ad terminum ad quem per primum non esse: eò quòd punctum & linea nõ faciunt maius quàm lineam.

¶ In articulo secundo subditur cõ- Conclu. 2.
clusio secunda. Velocitas motus loca- F
lis uniformiter difformis. i. circularis (qui solus est uniformiter difformis) attenditur penes punctũ uelocissimè motum, puta penes punctũ superficiei conuexę. Cõclusio est Hẽtisberi, quam merito Philosophi recipiũt: & hac po tissimũ rõne fulcitur. Linea descripta à peripheria circuli describitur à toto circulari corpore: ergo tantũ mouetur corpus, quanta est illa linea Consequẽ tia nota est, quoniam in aliis dimẽsio nibus tam longa est res, quàm longis sima eius pars, & in motu recto tantũ res mouetur quantum attingit pars lõ gissima uersus terminum ad quem: er go penes illam lineã debet attendi ue locitas motus. Secundò ad idem argui

tur:

A tur: si non attenderetur penes illud punctum, deberet existimari, ut alij uolũt, penes punctum medium semidiametri à centro non moto usque ad circunferentiam ut si punctum circunferentiæ moueretur ut. 8. tota rota moueretur ut. 4. uti medium punctum. Hoc tamen primum omnium uerum esse nequit in sphæris concauis, quales sunt cœlestes, quoniam (ut supra dictum est) uniformitas non extenditur usque ad non gradum, Sed si detur (.v.g.) rota intus caua, quæ habeat grossitiem quadricubitam, cuius superficies concaua moueatur ut. 4. & conuexa ut. 8. necesse esset tunc dicere, ꝙ rota moue

B tur ut. 6. uelut punctũ medium. Nã dicere, ꝙ rota mouetur ut. 4. ac si esset solida usq; ad centrũ, ridiculũ esset. Primùm, quia cùm nullus sit verus gradus citra. 4. nullatenus. 4. est medium ueri motus. Et præterea, quoniam si adhuc cõcauitas fieret maior, ut non superesset nisi grossities bicubita extera, quæ est a. 6. usq; ad. 8. eadem ratione dicendum esset, tunc moueri, ut. 4. Quod tamen punctum non est in rota. Quòd si dicatur in sphæris, quæ non sunt perfectè solidæ, pensandam esse uelocitatem penes punctum medium inter superficies concauam & conuexam, reciditur in aliam peiorem absurditatẽ,

C nempe quòd ex duabus rotis eiusdem ambitus & magnitudinis circunferentiæ, quæ quidem utriusque circunferentiæ æqualiter mouerentur, illa, quę uersus centrum grossior esset, tardius moueretur. Etenim quæ (.v.g.) duos tantum haberet palmos latitudinis a. 6. usque ad. 8. moueretur ut. 7. quæ tamen haberet. 4. scilicet a. 4. usque ad. 8. moueretur duntaxat ut. 6. Adde, quòd si illa, quæ moueretur, ut. 6. continuo dum circulariter mouetur, simul rarefieret uersus centrum, continuo tardius moueretur circulariter. Nam cùm latitudo creſceret uersus non gradum, punctum medium etiam fieret propinquius non gradui. Et si alia grossior simul condensaret partes D internas uersus circunferentiam, intenderet uelocitatem. Nam punctum medium fieret distantius à non gradu. Consequens autem hoc absurdum est, supponimus enim circunferentias æquales esse, & æquali uelocitate circunferri. At primum certe argumentum satis est, quo conclusio persuadeatur: quare nihil opus plures huc ineptias congeri. Ex hac conclusione sequitur primò, quòd ubi sphæra, quæ mouetur, fuerit perfecta uersus omne punctũ, ad modum globi, quales sunt orbes cęlestes, uelocitas non est attenda penes quodcunque punctum superficiei cõuexę, sed penes medium E æquidistans a polis, ut uelocitas primi mobilis, penes lineam æquinoctialem, quæ consideratur in superficie conuexa. Nam illa est maxima linea, quæ describitur motu illius orbis. Sequitur secundò, quòd (ut de descensu dictum est) non penes idem attenditur uelocitas circularionis, & uelocitas motus, quæ fit per circulum. Velocitas enim circulationis attenditur penes magnitudinem angulorum, qui describitur circa centrum: id, quod quæstione præcedenti oculari figura monstratum est. Quare omnia puncta rotæ tonsoris, quæ considerentur in li

F nea semidiametri à centro ad circunferentiam, æqualiter circuneunt, nam eodem tempore complentomnia suos circulos: licet non faciant æquales circulos, & ideo inæqualiter moueantur: quia inæquales lineas describant, idem usu uenit cœlestibus orbibus: omnes enim planetæ æqualiter circũeunt, pręter parum illud spatium, quo unusquisque proprio motu retrouertitur. Nam eodem die omnes cõplent suos circulos ad motum primi mobilis: tametsi longè inæquales, & ideo quantò orbis est inferior, tantò motu diurno morosiùs fertur. Eadem ratione in eadem sphæra omnia puncta circuneunt æqualiter, licet quantò

A sunt propinquiora polo, tantò minori uelocitate mouentur.

¶ Ad tertium igitur principale argumentum negatur eandem esse rationem motus localis uniformiter diffor mis, quo ad subiectum, quæ est qualitatis. Cum enim qualitates contrariæ simul insint in eodem subiecto, necesse est, ut ubi est remissior calor, ibi sit frigiditas intensior. Et ideo si pedale subiectum à non gradu usque ad. 8. calidum, diceretur totum calidum, ut. 8. eadem ratione esset frigidum ut. 8. si quidem uice uersa esset etiam frigidũ à non gradu usque ad. 8. unde fieret, ut idem simul subiectũ contrariis in sum
B mo qualitatibus denominaretur. Quo circa penes punctũ medium debet illud accidens æstimari, taliter ut dicatur calidum ut. 4. & ut. 4. frigidum: uti primo de generatione dicturi sumus. At uerò motus locales contrarij non sunt in eodẽ subiecto: & ideo sicut tãtum est corpus, quantus est locus, ita tanta est eius uelocitas, quanta maximam in tãto tempore describit lineã. Eodẽ modo censenda est uelocitas motus illius, quod moueretur super aliquem circulũ. Vt si aliquis homo graderetur super arcum, aut super maximum globum, uelocitas illius motus non deberet censeri penes lineam, quã
C describit pedibus: sed penes illã, quam describit capite: ut quæ longissimè distat à centro. Motum autem super terram, quamuis physicè sit spherica, nõ iudicamus, nisi tanquam motum rectum: quoniam globositas non est perceptibilis, nisi in distantia maxima. Eodem modo, si baculum manu in orbẽ circunduxeris, uelocitas illius motus attenditur penes lineam descriptã ab extremo baculi plurimum à manu distante. Pergunt hic ridiculè ineptire, qui argumentãtur de rota infinita, aut de linea infinita uersus orientem, hic terminata, quæ uersus extremum infinitum moueretur in circulum. Tunc enim nõ posset iudicari uelocitas motus penes punctum uelocissimè motũ. D
Quoniam nullum est illic punctum terminans rotam: aut lineam, quod sit citissimè motũ. Isti, inquam, non uident demonstrationem Aris. lib. 3. tex. 48. & infra, qnam explicuimus. q. 3. uidelicet infinitum, uersus tale extremum, esse immobile. Et sunt itidẽ nugæ, quæ de linea gyratiua confingunt in colũna, cuius prima pars proportionalis, gyrans primam medietatem, moueatur ut. 1. & secunda gyrans tertiã quartam moueatur, ut duo, & ita crescendo, non dabitur punctum uelocissimè motum. Eodem enim lib. q. 4. aduersus illos commonstrauimus nullatenus talem lineam esse separabilem per ullam E
potentiam, sicut non est possibile, cõtinuum diuidi in omnem suam partẽ. Breuiter illic ostendimus, non esse possibilem motum infinitum. Sed alia uia posset aliquando apparentius fieri argumentum. Etenim si tempore circulationis rotæ cereæ simul eadem rarefieret, tunc non fieret perfecta circulatio: quoniam nullum punctum circunferentiæ rediret ad idem punctum loci, unde fuerat digressũ: sed ad aliud superius, scilicet distantius à centro: & per consequens nullum punctum faceret perfectum circulum, sed ad modũ conuoluti colubri. Quare nõ uidetur, quòd uelocitas Illic attenderetur, sicut in motu circulari. Respondetur ta F
men nihil referre, sed attendendam esse uelocitatẽ penes lineam, licet punctum illud à centro remotissimum descripserit. Et ideo si æqualibus partibus temporis rarefactionis integros circulos rota perageret, tunc semper uelocius, & uelocius moueretur, quoniam maiores & maiores fierent circuli. Quocirca motus ille utroq; modo esset informiter difformis, scilicet & quò ad tempus, & quò ad subiectũ. Et si pari modo condensaretur, remitteretur pariter uelocitas. ¶ Motus uniformiter difformis quò ad tempus eodem ferme modo regulatur, quo motus

tus

A tus uniformis: nempe si duo mobilia æquales lineas emetiantur in eodem tempore, quamuis unum uniformiter moueatur, & aliud quomodocunque difformiter, scilicet quod i prima quarta horę describat pedale, & in secunda duo pedalia, &c. dummodo in tota hora, tot iustæ pedalitates cõficiat, quot aliud mobile, quod per totam uniformiter mouetur, æqualiter mouebuntur. Sed unum est hic dubium, Vtrum uelocitas mobilis uniformiter difformiter moti sit denominanda à gradu uelocissimo, ut si graue decidat in una hora uelocitate à non gradu usque ad. 8. dicendus sit moueri ut. 8. Et uidetur
B pars affirmatiua uera, sane quia legem uidetur sequi motus uniformiter difformis quò ad subiectum. Respondetur nihilominus, uelocitatem motus uniformiter difformis quò ad tempus æstimari penes gradum medium, & ab eo denominari neq; esse parem rationẽ illi, quia est uniformiter difformis quò ad subiectũ. Nam ratio illic erat, quòd lineam, quam describit punctum uelocissimè motum, totum mobile ipsum describit: & ideo tã uelociter mouetur totum, quàm punctum illud. Attamen id, quod uniformiter difformiter mouetur quò ad tempus, non tantum spatium pertransit, quãtum per-
C trãsiret, si tanto tempore vniformiter moueretur ea uelocitate, i qua est gradus summus: ut per se est manifestum: & ideo coniicimus respondere gradui medio. Exempli gratia si a. mobile vna hora moueatur intendẽdo semper motum à non gradu usq; ad. 8. tantundem spatij trãsmittet, quantum. b. quod per simile spatium eodem tẽpore uniformiter moueretur, ut. 4. Hinc fit, quòd ubi motus mobilium fuerit difformis, reducẽdi sunt ad uniformitates (.v.g.) si. a. mobile in una hora moueatur per aliquod spatiũ taliter, vt in prima quarta horæ moueatur à non gradu usque ad. 4. & in reliquis tribus quartis a. 4. usq; ad. 8. b. uerò in primis tribus quartis horæ moueatur à non gradu usque D
ad. 4. & in ultima quarta à. 4. usque ad. 8. Tunc ambo mouentur in tota hora à non gradu usque ad. 8. & tamen longè mouentur inæqualiter. Velocius enim mouetur. a. maiusque pertransibit spatium, quàm. b. A. enim mouetur in prima. 4. uelocitate ut. 2. qui est gradus medius inter. 4. & non gradũ: & in tribus quartis uelocitate, ut. b. qui est medius inter. 4. & 8. Quocirca si in prima pedalitate (uerbi gratia) trãsit duas pedalitates, in tribus sequentibus transibit. 18. multiplicatis sex gradibus uelocitatis per tres quarras temporis. Quare in tota hora transibit. 20. pedalitates. b. uerò in primis tribus E
quartis mouetur uelocitate ut. 2. qui est gradus medius inter. 4. & non gradum, & ideo in quacunque. 4. transibit duas pedalitates. In postrema uerò. 4. mouebitur uelocitate ut. b. qui est gradus medius inter. 4. & 8. & idcirco trãsibit in illa sex pedalitates: atque adeo in tota hora transibit 12. Mouebitur ergo. a. uelocius quàm. b. in proportione super quadripartiente sextas qualis est proportio. 20. ad. 12. At subpudet hæc prolatare.

¶ Dubium hic tamen submoueri solitum, restat. Vtrum sit dabilis motus velocissimus: motusue tardissimus. Et quidem de uelocissimo facilè respon- F
detur duabus conclusionibus. Prima est. Motus primi mobilis est uelocissimus, qui potest esse per naturam. Siquidem (ut lib. 4. dictum est) omnium est mensura corporalium motuum. De spiritualibus enim (ut de actu cogitandi, & angelorum motionibus, qui non dependent à loco & tempore deq; motibus corporum glorificatorum, quia dore agilitatis eis competunt) nullus est hic nobis sermo. Secunda, si diuinam potentiam species, nullus est motus adeo citus, neque esse potest, quo non possit esse agilior. Hęc in propatulo est iis, qui norunt, non esse possibilem motum uelocitatis infinitæ, ut

A in.3.&.4.lib.dictum est. Illo namque, si modò possibilis esset, neutiquam esse posset pernicior. At citra illum, quocunque dato, cùm uirtus Dei sit infinita, potest eadem uirtute citius quippiã moueri. Nam quocunque tempore dato, quo res aliqua à certo in certũ punctum moueatur, poterit in parte illius temporis (quod absque fine est diuisibile) per idem spatium moueri. Quin, quacunque magnitudine data cœlestis orbis, poterit Deus maiorem orbem desuper creare, qui die naturali peragat circulum diurnũ. Qua ratione augeri infinitum syncategorematicè potest uelocitas motus. Res est dilucida,

B ueruntamen de motu tardissimo sunt quidam ita sentientes, ut credant, re uera esse in orbe cœlesti. Aiũt enim aliquam partem (verbi gratia) primi mobilis aliqua tarditate moueri: quod ne

Alber. Saxo. li.6. q. 7. mini dubium est, postquàm nulla est, quæ infinita uelocitate moueatur. Et quæ in duplo propinquior est polo, in duplo mouetur tardius: id, quod pariter concedimus, supposito, polum esse punctum immotum: quoniã in motu uniformiter difformi incipienti à non gradu, qua proportione punctum quodq; propius accedit non gradui, quàm alterum, tardius mouetur. At ue-

C rò cùm sic colligunt, hoc punctum tardè mouetur, & quod in duplo est propiquius polo, mouetur duplo tardiùs, & quod in quadruplo est propinquius, in quadruplo mouetur tardiùs: & sic in infinitum: ergo datur punctum tardissimè motum. Non solùm nulla est consequentia, uerum contraria prorsus infertur inde conclusio. Eò enim, quòd in infinitũ procedit illa diuisio, aliquod punctum mouetur tardè, & aliud in duplo tardius, & aliud in quadruplo, &c. sequitur quòd nullum dabitur tardissimè motum: sicut non dabitur ultima pars proportionalis mobilis uersus polum. Stat ergo sententia, quòd de potentia absoluta, ut non datur summa uelocitas motus, ita neque summa tarditas. Quin uerò hoc D amplius dicimus de tarditate, q̃ cùm actu nunc detur punctum uelocissimè motum per naturam (puta in æquinoctiali) nullum tñ est actu tardissimè motum uersus polũ. Sed satis ac super de uelocitate motus quò ad effectum.

Textus.xxxv. Quoniam autẽ mouens, &c.

Quæstio Quarta.

VTRVM VELOCITAS motus attendatur ex parte causæ penes proportionem proportionum, quæ sunt uelocitatum ad suas ipsarum resistentias. E

AD partem negatiuam arguitur, Deus monet celerius rẽ unam, quàm aliã in duplo, aut quauis alia proportione, & tamen uarietas illa accidere nequit ex diuersis proportionibus diuinæ uirtutis ad diuersas resistentias ut pote, quæ absque ulla proportione infinitum excedit uniuersas, ergo. Quod si responderis Deum coagere agentibus particularibus iuxta eorum uirtutem, ob idque penes eorum facultatẽ considerandam esse uelocitatem, restat F dubitatio, quòd Deus se solo peculiariter potest eodem modo mouere diuersa mobilia, inter cuius uirtutem & res illas nulla est proportio. Item intelligentia superioris orbis uelocius mouet, quàm intelligentia inferioris, cuius tamen in causa non est proportio diuersa super suas ipsarum resistentias: tum quia cœli non resistunt: tum quia nulla intelligentia mouere alium potest celerius aut remissiùs, quàm modò mouet: & ideo non potest habere diuersas proportiones ad diuersos orbes. Neque ubi mobilia diuersorum ponderum mouerentur per uacuum, posset attendi uelocitas penes

A nes proportionem proportionum ſuper reſiſtentias: cum nulla illic eſſet reſiſtentia. ¶Secundo arguitur de magnete,quæ eadem uelocitate attrahit ad ſe ferrum paruum & magnum, dummodo ſit ad utrunque mouendum efficax: & tamen non habet eandem proportionem ſuper utrunq;: cum uirtus eadem ſit,reſiſtentiæ uerò, impares. Et tertio arguitur. Et ſi Petrus iaciat lapidem à proportione dupla inter uim ſuam motricem, & lapidis reſiſtentiam, tamen lanam duplo leuiorem,ſuper,quam haber duplo maiorem proportionem,nõ mouebit duplo maiori uelocitate, ut experimento conſtat. Et confirmatur
B argumẽtum.Si regula eſſet uera, ſequeretur,quòd ſi Petrus aliquem lapidem iactaret per certum ſpatium,medietatem lapidis, ad quem haberet duplo maiorem proportionem, eodem tempore iactaret per duplum ſpatium, & quartam partem per quadruplũ: & ſic in infinitum:conſequens tamen eſt cõtra experientiam,quia non ſemper minor lapis iactatur ad maius ſpatium.In contrarium uidentur agere ſeptem regulæ Ariſto.quas poſtremo capite huius libri ſtatuendas curauit.

Quatuor ī motu cõſideranda.

C ¶ Prænotare imprimis in quæſtionis aditu opus eſt quatuor eſſe(ut ait Ariſtot.)conſideranda in motu,ſcilicet id,quod mouetur,& uirtutem,à qua,& tempus in quo,& ſpatium, per quod mouetur.Porro autẽ uirtus, idẽ eſt,quæ uirtus effectrix motus: ſed id, quod mouetur eſt reſiſtentia,quæ à uirtute motrice ſuperanda eſt.Eſt enim regula hic ſupponenda,ꝙ à proportione æqualitatis aut minoris inæqualitatis nulla fit actio,& ut lib.2.dicere cęperamus:nempe ubi reſiſtẽtia ſit æqua, aut maior quàm uirtus agentis,ſed ſolùm ubi proportio eſt maioris inæqualitatis agẽtis ad paſſum. Atque tam uirtus actiua, quàm quæ reſiſtit,eſſe pôt, aut internè inhærens mobili, aut extrinſecus adiacẽs,ut dũ graue cadit,grauitas ipſa eſt interna uirtus. Et ſi quis illud expellat,eſt extrinſeca. Item medium D ipſum,per quod cadit,ſeu aqua ſit, ſeu aer extrinſeca eſt reſiſtẽtia.In motibus itidem alterationis, & augmẽtationis exempla etiam ſunt, ſed quę non ſunt præſentis negotii.Præterea uirtus actiua eſſe poterit aut ſpiritualis, aut corporea:naturalis,aut libera:fatigabilis, & corruptibilis (ut in elementis & elementatis) atque infatigabilis & incorruptibilis,ut in corporibus cęleſtibus. Titulus ergo quæſtionis promiſcue cõ prædendit omnes ſpecies, tam uirtutis,quàm reſiſtentiæ. ¶Atqui uarietas dignoſcẽdi eiuſmodi uelocitatem motuum,quatuor poteſt modis æſtimari. Primò penes proportionem potentiarum motiuarum Secundò penes proportionem inter reſiſtentias. Tertiò penes proportionem inter exceſſus potẽtiarum ſuper ſuas reſiſtentias. Quartò penes proportionem proportionum agentium ſuper ſuas ipſarum reſiſtentias.Exempli gratia,ut ſi ſint.a.mouens ut 8.& b.mouens ut 4.mouentia pares reſiſtentias:ut 1.utrum.a. moueat iuxta primam regulam in duplo uelociùs quàm.b.propterea quòd actiuitas, ut 8.eſt duplo maior quàm 4. An iuxta tertiam in proportione dupla ſeſquitertia:propterea quòd exceſſus 8.ad 1. eſt 7.& 4.ad 1. eſt 3. & inter 7. & 3. eſt dupla ſeſquitertia : an uerò ſecundum quartam uelocius moueat ſolùm in F ſeſquialtero : ex eò quòd proportio octupla,quæ eſt inter 8.& 1. eſt ſeſquialtera ad quadruplã, quæ eſt 4.ad 1.ut in proportionibus expoſitum eſt.Simili modo ſi agens a.uirtutis ut 4. moueat reſiſtentiam ut 2.& b.eiuſdem uirtutis ut 4. moueat reſiſtentiam ut 3. utrum.a.iuxta ſecundam regulam moueat in ſeſquialtero uelocius quàm b. ideo quòd reſiſtentia ut 2.eſt in ſeſquialtero minor,quàm reſiſtentia ut 3.an ſecundùm tertiam in duplo uelociùs, propterea quòd exceſſus 4.ad 3.eſt duplus ad exceſſum 4.ad 3.an uero iuxta quartam pluſquàm in duplo uelociùs,

Quatuor modi de motus uelocitate.
E

A ciùs, idcirco quòd proportio dupla. 4. ad 2. est maior quàm dupla ad proportionem sesquitertiam, quæ est 4. ad 3. Porro autem in prima & in secunda regula, per quam tenuis est probabilitas: sed inter tertiam & quartam relinquitur discepratio, & tandem quinta est ex mente Aristotelis omnino amplectenda.

Conclu. 1. ¶ Respondetur ergo ad quæstionem quatuor conclusionibus. Prima est aduersus primam regulam. Velocitas motus non est attendenda penes proportionem uirtutis unius agentis ad uirtutem alterius. Conclusio in primis patet, quia ubi resistentiæ essent inæquales, nulla esset apparentia, solam

B esse expectandam proportionem inter uirtutes motrices. Quis enim diceret, quòd si uirtus ut 6. moueat resistentiam ut 1. & uirtus ut 4. resistentiam ut 2. nõ moueat uirtus ut 6. nisi in sesquialtero uelociùs (quæ est proportio, quam habet ad 4.) cùm ad suam resistentiam habeat sextuplam 4. uerò ad suam, non nisi duplam. Sed tamen, & ubi resistentia sit eadem, conclusio nihilominus est notissima: aliàs si uirtus ut 4. moueret resistentiam ut 3. aliqua uelocitate, uirtus ut 2. subdupla ad 4. moueret eandẽ resistentiam subdupla uelocitate: quod est impossibile, cùm à proportione mi-

C noris inæqualitatis nulla sit actio. Qua de causa ait Aristote. tex. 37. quod non quotiescunque aliqua uirtus moueat aliquam resistentiam in aliquo tempore, subdupla mouebit eandem in duplo tẽpore. Miror tamen quosdam scholæ nostræ, qui aiunt regulam primam, cõtrariam huius conclusionis ueram esse in uniuersum posita constantia potentiæ motiuæ. Quod est dicere, fixa eadem resistentia, quæ sit minor utraque potentia. Existimant enim idem esse tunc metiri uelocitates, aut penes primam regulam, aut certe penes quartam, id, quod est manifeste falsum. Nam si uirtus ut 8. moueat resistentiam ut 1. & uirtus ut 4. moueat eandem resistentiam, uelocitas motus prioris ad eam, quæ est posterioris, secundùm primam regulam habebit proportionem duplam, qualis est 8. ad 4. & secundùm quartam habebit tantùm sequialterã: qualis est octuplæ proportionis ad quadruplam, continet enim octupla quadruplam, & item duplam, quæ est medietas quadruplæ. ¶ Secunda conclusio contra secundam regulam. Neque uelocitas motus attendẽda est penes proportionem resistentiarum, quę quidem conclusio eisdem penitus rationibus constat, quibus secunda. Vbi nanque diuersæ sunt uirtutes actiuæ, palam peccat secunda regula. Nulla enim est apparentia, quòd ubi resistentia ut 2. mouetur à potentia ut 6. & resistentia ut 3. à potentia ut 4. non moueatur prima resistentia uelociùs quàm secunda, nisi in sesquialtero, qualis est proportio inter resistentias, sane cùm prima moueatur à proportione tripla, & secunda, non nisi à sesquitertia. Neque ubi uirtus est eadem, habet uerum, aliàs si resistentiã, ut 2. moueretur à uirtute ut 4. aliqua proportione, sequeretur, quòd resistẽtia ut 4. quæ est dupla, moueretur ab eadem uirtute subdupla uelocitate. Quod est falsum: eò quòd à proportione æqualitatis non sequitur actio. Neque si uirtus utranque uinceret resistentiam, certa esset regula. Nam si resistentia, ut 1. moueretur à uirtute ut 8. & resistentia ut. 4. ab eadẽ ipsa, tunc per secundam regulam uelocitas prioris motus deberet excellere uelocitatẽ posterioris quadrupla proportione, quæ est inter resistentias: & tamen secundùm quartam, quæ est omnium norma, non excellit nisi proportione tripla, qualis est octuplè proportionis (quam uirtus habet super priorem resistentiam) ad proportionem duplam: quam habet ad posteriorem. Componitur enim octupla proportio ex tribus duplis. ¶ Tertia conclusio aduersus tertiam regulam, in qua plusculum est difficultatis. Velocitas motus

Quorũdã error.

Cõclus. 2.

Conclu. 3.

ex

A ex parte causæ non attenditur penes proportionem arithmeticam, quæ est inter excessus uirtutum super suas singularum resistentias. Conclusio hæc demonstrationem sortitur ex quarta regula tertia huic conclusioni contraria ueridica esset, consequens fieret, ut si. 2. uirtus ut. 8. moueret resistentiam ut 4. & b. uirtus ut 2. moueret resistentiã ut 1. uelocitas primi motus esset uelocitate secũdi quadruplo maior, qualis est proportio excessus primæ potentię super suam resistentiam ad excessum secundæ super suam, scilicet 4. ad 1. cuius tamen contrarium astruit dicta regula Aristotelis quarta, quæ talis est. Si
B aliqua uirtus moueat aliquam resistentiam in aliquo tempore per aliquod spatium, subdupla uirtus mouebit subduplam resistentiam eodem tempore per idem spatium: & ita deinceps diuidendo uirtutem & resistentiam. Quò fit: ut uirtus ut 2. eadem uelocitate moueat resistentiam, ut 1. qua uirtus ut 8. resistentiam ut 4. Et huius causa, illud est, quòd utraque uirtus mouet suam resistentiam à proportione dupla.

Condu. 4. ¶Hinc manifestè colligitur quarta conclusio, qua stabilitur quinta regula. Velocitas motus penes causam attenditur penes proportioné proportionũ agentium super suas ipsorum resistentias.
C Quæ quidem proportio (ut tract. de proportionibus præfati sumus) dicitur proportionalitas geometrica. Conclusio est, quam Paulus Venet. Hentisber, & fermè enarratores Aristotelis consentienter affirmant. Nam & si nusquã fuerit ab Aristotele sub his terminis constituta, colligi eam tamen existimant ex suis regulis septem. Primum ex quarta manifestè (ut modò dicebamus (eò enim quòd qualis est proportio uirtutis cuiuspiam ad eam, quam superat, resistentiam, talis est medietas uirtutis ad medietatem resistentiæ, docet, eadem uelocitate mouere subduplam uirtutem, subduplam resistentiã, qua tota mouebat totam. Nanque ait eodem tempore per idem spatium eandem mouere. Sequitur item eadẽ quarta conclusio dilucidè ex septima regula. Nẽpe, quòd si duæ uirtutes seorsum moueãt aliquo uno tempore duas resistentias, uirtus compositã ex ambabus uirtutibus mouebit resistentiam compositam ex ambabus resistentiis eodẽ tempore per idem spatium, quod est dicere eadem uelocitate. Cuius profecto ratio est quam asserit quarta cõclusio. Nempe, quòd talis est proportio ambarum simul uirtutum ad ambas simul resistentias, qualis est alterutrius ad suam. Loquitur enim de uirtutibus habentibus easdem proportiones ad suas resistentias: siquidem ait mouere easdem eodem tempore. Etenim si uirtus ut 6. moueat resistentiam ut 4. & uirtus ut 3. resistentiam ut 2. tunc uirtus ut 9. quę constat ex 6. & 3. mouebit resistentiam ut 6. quæ constat ex 4. & 2. eadem uelocitate. Quoniam omnes sunt proportiones sesquialteræ. Et idem comperies in omni genere proportionis.

¶At uerò contra istam conclusionem, & pro examine regularũ Aristot. arguitur primò authoritate eiusdem Aristo. primo de cœlo cap. de infinito, existimantis uelocitatem motuum attendi penes excellẽtiam mouentis ad mobile. Et idem uidetur sentire Com. lib. 4. tex. 70 & lib. hoc 7. text. 35. His tamen
F locis facilè responsum dedimus, Arist. solum affirmare, quòd quantò excellentia erit maior, tantò motus erit celerior, nihil tamen loquitur de proportionibus, quòd qualis fuerit proportio excessus ad excessum, talis sit uelocitas ad uelocitatem. Et Commen. text. hic 36. uidetur se ipse exponere, utbenè agnouit Paulus, scilicet, quòd per excessum intelligebat proportionem. Et sic comparando inter se duo agentia, comparat proportionem unius excessus super suam resistentiam proportioni alterius supra suam. Sed aliter urgentiùs sic arguitur. Et si quarta nostra conclusio optimè consonet quartæ regulę Aristotelis:

A Aristotelis: reliquis uerò non similiter. Est nanque prima regula, quòd si aliqua uirtus moueat resistentiam in aliquo tempore per aliquod spatium, eadem uirtus eodem tempore mouebit subduplam resistentiam per duplũ spatium, id est, dupla uelocitate. Et quidem particulariter, ubi uirtus mouet resistentiam dupla proportione, consentit quarta conclusio. Etenim si uirtus ut 8. moueat resistentiam ut 4. aliquo tempore per aliquod spatium, eadem uirtus mouebit resistentiam, ut 2. in duplo uelociùs, quia quadrupla proportio quam 8. habet ad 2. est dupla ad duplam, quam habebat ad 4. Et
B per hoc item refutatur tertiò iam impugnata regula de excessibus. Qui si essent hic aspiciendi, solùm excederet uelocitas in sesquialtero: qualis est proportio excessus, quo 8. excedit 2. ad excessum, quo excedit 4. At uerò non subinde sequitur (salua quarta conclusione) quòd eadem uirtus eodem tempore moueat subquadruplam resistentiam per quadruplum spatium, id est, quadrupla uelocitate, sed solùm mouebit in triplo uelociùs: qualis est proportio octuplæ, scilicet 8. ad 1. ad duplam puta 8. ad 4. Qua ratione colligit uidetur, quòd uel quinta nostra conclusio est falsa, uel prima regula Aristotelis.
C Respondebitur forsan, quòd regula Aristotelis solùm loquitur de medietate resistentiæ, non tamen subinde procedit ad minores partes. Sed & contra hoc etiam nunc pugnat apertè replica. Si uirtus motiua, ut 6. moueat in aliquo tempore resistentiam, ut 4. eadem uirtus non mouebit medietatem (iuxta quartam conclusionem) eodem tempore per duplum præcisè spatium: quia non mouebit solùm duplo maiori uelocitate: ergo. Quarta conclusio repugnat Aristoteli. Probatur antecedens 6. ad 2. est proportio tripla, ad quatuor uerò est sesquialtera, tripla autem ad sesquialteram est maior, quàm dupla. Constat enim ex duabus sesquialteris, & una sesquitertia, ut tripla, quæ D
est 12. ad 4. constat ex sesquitertia, quę est 12. ad 9. & sesquialtera, quæ est 9. ad 6. & sesquialtera, quæ est 6. ad 4. ergo uirtus ut 6. plusquam duplo uelociùs mouebit resistentiam ut 2. quàm resistẽtiam ut 4. Quinimmò est regula generalis, quòd quandocunque uirtus excellit resistentiam minori proportione, quàm dupla, eadem uirtus habebit ad medietatem resistentiæ maiorem proportionem, quàm duplam: & per consequens mouebit eam plusquam duplo uelociùs. Et è conuerso quando que uirtus exuperat resistentiam maiori proportione, quàm dupla, excedit
E medietatem resistentiæ minori quàm dupla, ut si uirtus ut 6. moueat resistentiam ut 2. aliqua uelocitate, non mouebit resistentiam ut 1. duplo maiori, sed citra. Quoniam 6. ad 1. habet proportionem sextuplam, ad 2. uerò triplam, & sextupla ad triplam est minus quàm dupla. Constat enim ex dupla & tripla: quare dupla non est eius medietas. Eodem omnino modo patescit, eandem conclusionem quartam non in uniuersum consentire cum 2. regula Aristotelis, quæ uenit in idem cum prima, ui delicet, si aliqua uirtus mouet resistentiam in aliquo tempore per aliquod spatium, eadem uirtus mouebit subduplam resistentiam per idem spatium F
subduplo tempore: quod pariter est dicere, dupla uelocitate. Quare si quartam conclusionem sustineas, nequibis uerificare regulam, nisi ubi uirtutis ad resistentiam fuerit iustè proportio dupla. Tertia uerò, & quinta, & sexta regulæ Aristo. nihil habent hic peculiaris difficultatis. ¶ Ad hæc igitur argumenta fermè calculatores nihil aliud respõdent, quàm quòd prima & secunda regula duntaxat habet uerum, ubi uirtutis ad resistentiam est proportio dupla, neque maior, neque minor. Nam tunc ad medietatem erit quadrupla, quæ est dupla ad duplam. Et certe ita necessarium est dicere. Nam in aliis proportionibus, Argumentorum solutio.

A nibus, neque si uelocitas attendatur penes proportionem proportionum, ut dicit quarta conclusio, & multò minùs si attendatur penes proportionem inter excessus, possunt defensari eius∫mo di regulæ. Attamen ne Aristo. uideatur tam mancus, qui in solo casu particulari constituerit regulas. Et prȩterea, ut quarta nostra conclusio sit uniuersalis, interpretandæ sunt dictæ regulæ, quòd nomine medietatis resistentiȩ intelligit illam generaliter, ad quam uirtus habet duplam proportionem, ad proportionem, quam habet ad totam resistentiam: ut si uirtus ut 6. moueat resistentiam ut 4. aliqua uelocitate, eadem
B uirtus mouebit sub duplam resistentiã, id est, illam, super quam habebit proportionem duplam ad sesquialteram dupla uelocitate: & per consequens eodem tempore per duplum spatium, aut per idem spatium, sub duplo tempore. Proportio autem dupla ad sesquialteram est maior, quàm dupla, puta dupla sesquiquarta, qualis est 9. ad 4. Et pari ratione eadem uirtus mouebit tertiam partem resistentiæ (id est, illam, super quam uirtus habet super totam resistentiam) uelocitate triplo maiorem. Huiusmodi arte parere cuicunque potest uia dignoscendi ue-
C locitates motus.

Ad primũ. ¶Ad primum igitur principale argumentum scitè responsum est, quòd loquimur de agentibus particularibus, cum quibus Deus generaliter concurrit suo ipsorum modo. Quod si se solo moueret duo mobilia, tunc certè id non faceret secundùm totam uirtutem infinitam: aliàs moueret infinita uelocitate. Qua ratione (ut lib. proximo dicturi sumus) nihil Deus agere potest secundùm totam suam uirtutem, sicuti agentia naturalia: aliàs produceret infinita, & infinities infinita, sed agit per intellectum & uoluntatem iudicio suo, & arbitrio. Et ideo uelocitas motus tunc attenderetur secundùm hanc uel illam applicationẽ uirtutis eius. Eodem in modo dicendum D de duobus hominibus, quorum robustior lentiùs ac pro libito segniùs mouet, non enim est tunc attendenda uelocitas motus penes proportionem uirtutum simpliciter super resistentias, sed penes proportionem uirtutum, quas pro sua quisque uoluntate applicat. Ad id autem, quod de intelligentiis obiectum est, respondetur, illic etiam habere uerũ, ꝙ qualis est proportio uirtutis superioris intelligentiæ ad uirtutem inferioris, talis est proportio uelocitatis motus sui orbis ad uelocitatem E inferioris. Non tamen propriè dicitur proportio uirturis super resistentias, quoniam cȩli non propriè resistũt motui, sed quantum quisquam suapte natura est mobilis, tantæ uirtutis applicata est intelligentia. Quare non diceretur inepte, quòd maior moles maior est quodammodo resistentia. At uerò regula Aristotelis de proportionata diuisione uirtutis motiuæ & resistentiæ locum nõ habent (ut ait tex. 35.) in intelligentiis & cȩlestibus orbibus. Quoniam uirtutes illæ sunt spirituales, atq; adeo indiuisibiles, sed dicitur una maior quàm alia: sicuti angelus superioris speciei est perfectior angelo inferiori. Quapropter intelligentia, uerbi gratia, F quæ mouet primum mobile, non potest orbem alium celeriùs morosiùsue ciere: tametsi possit unus Angelus mouere lapidem pro suo arbitrio citiùs, ac lentiùs. Sed hoc non est præsentis negotii. In motu uerò grauium aut leuium per uacuum, ubi nulla est resistentia, supposita ueritate illa, quam lib. 4. credimus demonstrasse: nempe quòd tunc etiam mouebuntur in tempore propter finitam uirtutem: arbitror locum habere primam illam nostram conclusionem supra impugnatam. o Nempe quòd attendenda sit tunc uelocitas penes proportionẽ uirtutis motiuæ ad aliam uirtutem motiuam, eò quòd illic nulla sit resistentia.

¶Ad secundum principale argumentũ Ad 2. prin.

de

A de magnete, præmisso eo, quod diximus lib. secundo, & in hoc quæst. 1. uidelicet, quòd magnes attrahit ferrum per uirtutem, quam illi imprimit, respondendum est, quòd illic habet quoque uerum quarta cõclusio de proportione proportionum. Nam & si ferrum per illam qualitatem admoueatur magneti, motui tamen resistit, tum medium, tum etiam (nisi sit simplex descẽsus) grauitas ipsa ferri. Cuius signum est, quòd si ferrum sit, aut nimis magnum, aut ualde distans à magnete, non submouebitur. Quare unus magnes tanto uelocius mouebit, quàm alius: quanta fuerit proportio proportionum uirtutum ad resistentias.

¶ Ad tertium denique & postremum argumentum respondetur, quòd non semper, ubi Petrus iactauerit lapidem per aliquod spatium, medietatem iactabit duplo maiori uelocitate neque per duplum spatium. Primum quoniã leuiori iaculo plus medium resistit: & ideo tardiùs mouetur lana quàm lapis. Deinde, quòd distantia, ad quam homo potest iaculari, est finita, & limitata: & ideo ultra illam nihil poterit iactare. Fateor hæc non esse adeo digna philosophorum nomine. Sed postquã Aristote. hanc tetigit chordam, boni consulat lector, si huiusmodi nugis tantillum negotii & temporis concesserimus. B Ad 3. prin.

Finis Septimi Physicorum.

DOMINICI SOTO,

SEGOBIENSIS,

Theologi, ordinis Prędicatorum, super Octauum Physicorum Aristotelis Quæstiones.

A QVAMQVAM Philosophi contextus satis sit fuse per commenta explicatus, nihilo secius operæpreciũ est nõnullas de more quęstiones adhibere, per quas rei ueritas patentior fiat: atque eas primum, quæ de creatione mundi inter philosophos theologosque disputantur, in quibus Aristoteles bis per omnia dissat à catholica professione. Sit ergo prima quæstio, tum circa prima duo capitula, ubi constituit semper fuisse motũ, semperque futurum, tùm & circa septimum, octauum, & nonum: in quibus iudicio suo demonstrat, circularem motum esse perpetuum.

B

Quæstio Prima.

VTRVM MVNDVM fuisse in temporis initio creatum, sit articulus fidei.

EXISTIT enim protinus argumentum à parte negatiua ex ipsa conditione fidei. Catholica enim fides naturam non auersatur, sed perficit, quia utraque est opus Dei: igitur, quod naturæ luce impossibile demonstratur, id fides non affirmat, demonstrare hinc uerò uidetur Philosophus motum atque mundum fuisse semper, ut prima 20. textibus, & ferè per totum librum uidere est: ergo contrarium non est articulus fidei; Parti autem affirmatiuę attestatur catholicum Symbolum, cuius una cõfessio est, Deum esse omnipotentem, creatorem cœli, & terræ, uisibilium, omnium & inuisibilium. C

¶DISPVTATIONIS de creatione mundi tres dignoscuntur gradus. Primus de re, Vtrum fuerit æternus, an uerò in initio temporis conditus, idque usque adeo constet, ut sit confessio fidei. Secundus de necessitate. Vtrum fuerit necessarium fuisse ab æterno, ita ut pars hęc affirmatiua sit naturali lumine demonstrabilis. Tertius de possibilitate. Vtrum fuerit possibile fuisse ab æterno, an contra impossibile: ut sit per alterum extremum demõstrabilis pars negatiua. Quòd si possibile fuit extitisse ab æterno, restabit quarto loco inquirere, quidnam potiùs conueniret, ut in tempore fieret, quam ab æterno. At quoniam fides, norma est, ad quam res naturales exigendæ sunt, sub priori fidei titulo respõdebimus ad duas priores quæstiones tribus conclusionibus: & de tertia cum sua accessoria adhibebimus secundam quæstionem. ¶ Sit igitur conclusio prima. Mũdus fuit fabricatus in initio temporis. Hęc, cum cõstat D

Conclu. 1.

A sistat in facto, quòd non à natura, sed à diuina uoluntate pendet, non aliter cõ stabiliri potest, quã authoritate, quæ ir refragabilis est, reuelatæ scripturæ, per quã diuina uoluntas nobis innotescit, in cuius statim capite ait Moses in principio creauit Deus cælum, & terrã. Vbi licet nomine principii alia præterea scrutentur doctores, publica tamen, cõpertissimaque significatio est de initio tẽporis. Vnde Greg. super Eze. Homi. 1. Prophetauit inquit Moses de præterito dicens. In principio creauit &c. in quo nouitas mundi traditur. Vbi edocet Greg. solo spiritu prophetico per reuelationem posse ineuitabiliter con

B firmari hanc ueritatem. Accedit & illud Ioã. 1. Omnia per ipsum facta sunt, & c. 17. Clarifica me pater apud temetipsum claritate, quã habui priusquàm mundus fieret. Et prouer. 8. Dominus possedit me in initio uiarũ suarum, antequàm quicquàm faceret à principio.

Potest nihilominus præterea magna rationum pobabilitate eadem conclusio elucidari: ut patebit inter disputandum de possibilitate & congruitate e-

Conclu. 2. ius. ¶ Secunda conclusio. Mundum fuisse in temporis initio creatum, est articulus fidei, expresè credendus, & cuicunque Christiano confitendus. Patet, quia nõ solùm est ueritas asserta in scri

C ptura, quam proceres tenentur nosse, uerum est relata inter arculos Symboli, quos totus Christiani smus figillatim profitetur: ut iam citatum est. Sed contra. Illi tantũ obligamur credere mundum esse creatum à Deo: non autem repugnat fuisse creatũ ab æterno, ut paulò post liquebit: ergo ex ui articuli non perstringimur credere esse creatum cũ tempore. Respondetur, ecclesiam articulum hunc non constituisse de nouo quasi elicitũ ex sacra Scriptura, in qua implicitùs delitescebat, sed proposuisset tanquàm in illa expressum: quare in eodem sensu obligat, quæ per superiores authoritates explicitus est: nempe quòd omnia in tẽpore creauerit Deus & Angelos quoq;, de quibus olim dubitatum fuit, propterea quòd in capite D legis non fit illorum creationis peculiaris mentio. Adde quod nondum, ut iacet, fuisse ab æterno, mõstrabitur impossibile, obidque cõfessio, quòd fuit creatus, infert fuisse creatum in tempore. ¶ Ex his fit consequens tertia cõclu Conclu. 3. sio. Nulla, neque omnes simul argumẽtationes Arist. quas in hoc libro de æternitate mundi concessit, quicquam ueritatis concludunt: tantum abest, ut sint pro demonstrationibus habendæ. Quin uerò omnes sunt hæreticæ, ut ait S. Thom. 2. sent. q. 1. quamuis rationes eius aliquantò plus habeant probabilitates, quàm aliorum philosophorum E commenta.

¶ At nè ortodoxorũ ecclesia ethnicis appareat impossibilia profiteri, respondebimus suis argumentis, utraq; simul adiungemus rationes possibilitatis confessionis nostræ. Et primum nõdum quicquàm comperti habemus, an Arist. rationes suas pro demonstrationibus duxerit. Ait enim S. Th. 1. q. 46. ar. 1. rationes eius non esse demonstrationes simpliciter, sed secundùm quid ad contradicendum antiquis, docentibus inchoationem mundi modis impossibilibus. Et insinuat neque eundẽ Arist. æstimasse illas demonstrationum pretio: quam primo (inquit) lib. Cop. inter F problemata dialectica) de quibus rationes non habemus, & hoc connumerat. Vtrum mundus fuerit ab æterno. Quãuis secundo contra Gene. c. 81. dicat eum expresè posuisse mundi æternitatem. At uerò Albertus Magnus hoc li. tracta. 1. c. 4. ait Arist. in lib. suo de nat. Deorum (qui aliter inscribitur de substantiis separatis) asseruisse mundum à Deo opificè fuisse creatum. At forsan intellexit (nam non uisus est iam ille libellus) creatum ab æterno, in hoc sensu quod habet causam, ut creatio non dicat inceptionem nouam, sed emanationem: & conseruationem quemadmodum ait & Auicenna in sua metaphysica:

A physica: de quo quæstio. 2. Verum ramé quicquid senserit Arist. qui, cum Deus non fuerit (ut ait idem Albertus eodem tract. cap. 14.) errare potuit, monstratur eius principia nullum habuisse robur. Primum omnium fuit illud, quod ait 1. phy. textu 33. fuisse commune omnium dogma. Ex nihilo nihil fit. Illum autem communem sensum inde conceperunt, quòd experiebantur in naturalibus actionib. nõ quodlibet fieri ex quolibet, vt illic subditur tex. 43. Haud enim homo fit ex quolibet non homine, puta ex ligno, uel accidente, quæ negatiuè sunt non homi
B nes, sed ex priuatione hominis, puta ex embrione, ubi est ultima dispositio ad hominem. Neque album fit ex musico p se, sed ex nigro, uel ex medio colore affecto. Hac utique ratione constituebant, principia generationis esse contraria, puta priuationem & formam: indeque adeo colligebant necessariũ esse subiectum, puta materiam, quæ utrique successiuè termino substerneretur: quæ quidem per dispositionem effectricis causæ destinaretur coaptaretúrque ad generationem huius rei, potiusquàm alrerius: ex cuius denique potentia educeretur forma. Qua de causa Comment. com. 4. ob id asseuerat ex nihilo nihil posse generari, q
C nihil non est magis determinatum ad unam formam, quàm ad aliam. Quare neque ex nuda materia, si daretur absque omni accidẽte, quicquã gigneretur: eò q indifferés esset tunc ad omnem formã. Et subdit opiniones Saracenorũ, puta nostram, ortum habuisse ex uulgi errore, quod sensu decipitur. Vbi enim, inquit, uidet aliqua generari ex re: quam non præuidebat, iudicat aliquid fieri ex nihilo: ut dum ex aere à sole inflãmato gignitur ignis. Sic Saracenus ille deridebat nostram fidem. Sed multò est certiùs opinionem suam & talium philosophorum fuisse plusquàm vulgarem rem & sensualem: ut pote qui de pro-

D ductione totius entis iudicium petebant à sensualibus generationibus particularium rerum. Cùm tamen debuissent intellectu assurgere ad naturã primæ causæ, quę sic se habet ad creationem totius entis, uti equus ad procreandum equum, & ignis ad generationẽ ignis. ¶ Sit ergo prima ratio nostra. Deus est per se ens, ut quod à nemine potest recipere, ut sit (hoc quippe sonat nomen Dei) atq; ideo causa est uniuersalis omnium entium, & cuiusq; rationis entis: utpote qui eminẽter omnia continet, quinimmo qui eminenter est oĩa: hoc. n. est esse infinitum: q nec sua substantia sit limitata E ad certum genus, nec proinde sua uirtus ad certũ effectũ. ergo sicuti calidũ est causa particularis faciendi calidũ, & equus generandi equum, ita Deus est causa totius entis. Id aũt, quod ignitum est nõ facit calidum ex calido: ut citatum est ex Arist. sed ex non calido, nam quod est, non fit: supponit autem subiectũ caloris. Nec ignis facit ignẽ ex igne, aut equus ex equo: supponit autem materiam, in qua recipiatur forma ergo simili analogia, si Deus est causa entis, omnisq; rationis eius, non facit illud ex ente, sed simpliciter ex non ente: nã sicut generationi equi non subijcitur equus ita, neque gene F rationi entis ullum substernitur ens. Hac itaq; ratione concluditur, Deum esse creatorẽ omniũ, atq; adeo primæ materię. Ratio est S. Th. 1. p. q. 45. Quę si tibi appareat metaphysica, considerat creationem non esse rem physicam, cum non competat causis particularibus, sed soli per se primę causæ, quatenus ratio est totius entis, cuius ideo contemplatio ad solum pertinet metaphysicum. Concedimus ergo philosopho materiam esse ingenerabilem propriè & incorruptibilẽ, quia fieri nequit ex alia cępit esse, tamen ex nihilo per creationẽ. Vnde argumentum illud nullum est, quod philosophi nobis tale obijciũt. Oẽ quod

Ex nihilo nihil fit.

Ratio 1.

A fit, possibile ante fuit fieri: possibilitas autē illa nō est nisi in materia, ex cuius potētia educitur forma: ergo omni factioni præsupponitur materia. Negatur enim prior assumpta, si de physica possibilitate intelligatur: satis enim est, ꝙ fuerit Deo possibile rē gignere, uel creare. De quo adhuc alterum uerbum adhibebimus quæstione sequenti.

Ratio 2. ¶Secunda ratio sumitur ex infinita Dei potentia. Deus est infinitæ uirtutis: ergo nullatenus limitatur in modo agendi: neque ab aliqua ulla causa pendet in agendo: nam cum uirtus agentis non modo de substantia facti, sed de modo agendi perpendatur uirtus infinita, quę

B eadem est, quæ illimitata, à nulla alia re in agendo coarctatur: ergo quamuis ignis, exempli gratia, & æquus, & causæ aliæ particulares, eò quòd tales illis limites à natura præscripti sunt, neutiquam possint formas producere, nisi educendo de potentia materiæ, poterit nihilominus Deus totum ens sine præuio subiecto suo nutu condere absque motu: aliàs constrictus esset, ac limitatus, ac si esset causa finita. Et quòd Deus sit infinitæ uirtutis, patet, quia est infinitæ essentiæ & perfectionis: ut potequi à nullo dependet, sed omnia ab ipso, tāquam à perenni fonte rerū: non solùm, quæ sunt, sed quæ esse pos-

C sunt absque ullo termino, dicere nāq; ꝙ sit infinitæ essentiæ & perfectionis, sed non infiniti uigoris, non est philosophi hominis: q ex infinitate & illimitatione essentię prouenit, ut omnia sint in ipso infinita, scilicet, duratio, scientia, potētia, &c. Quod si Deus est uigoris infiniti, cùm nō possit facere infinitum (ut 3. physi. latissimè demonstrauimus) non potuit eandē uirtutē splendiùs demonstrare, quàm ex modo hoc agēdi infinito. Quòd si nobis obiicias argumentum Scoti. 4. distin. 1. neque hunc modum agendi satis patefacere infinitam potētiam Dei. Nam maximè id inde argueretur, quòd inter nihil & ens creatum esse infinita distantia, quæ à sola potentia infinita posset per- D transiri: hoc tamē est falsum: nam inter nihil & lapidem (v.g.) non est maior distātia quàm est latitudo perfectionis lapidis, quæ finita est. Respondetur, nō esse hanc causam. Haud enim imaginamur interuallum infinitum inter nihil & ens, sicuti in spatio infinito: aliàs neque à potentia infinita posset pertransiri, ut inquit S. Thom. 1. p. q. 45. artic. 2. Sed (ut ait illi artic. 5.) arguitur potentia infinita hoc modo. Educere formā de potentia materiæ est alicuius uirtutis, ergo quantò aliqua causa rem extraxerit de minori potentia, erit maioris uirtutis, atq; adeo, qui eduxerit ex E nihilo, erit infinitè. Etenim creari non est solùm produci formam extra subiectum: nam animā creatur in subiecto, sed produci ex nulla potentia subiecti. Quamobrem creatura non potest creare. Vnde cùm dicimus creari ex nihilo præpositio, ex, designat causam materialem, ut ens creari ex nihilo, sit creari non ex aliquo. Vbi fieri nondicit mutationem, sed simplicem incæptionem uirtute alterius. Per hæc deregitur falsitas Commentatoris commen. 4. negantis minorem esse uirtutem agentis præsupponentis subiectum, quàm non præsupponentis, eò quòd putabat hoc esse impossibile. Quinimmò Arist. for- F te inuitur creationem admisit. Ait nan- Arist. creationem admisit. que 2. de genere animalium cap. 3. animam humanam, qua parte est intelligens, non educi de potētia materię, sed aduenire de foris: quod intelligitur uel de intellectu separato ab anima ad sensum Commentatoris, qui ait unicum esse intellectum in uniuersis hominibus. eúdemq; perpetuum, uel de singulis animabus, quæ creantur, dum homines gignuntur: sensus autem Commentatoris indignus est, quia uiro Philosopho, ne dicam ab homine mentis compote, audiatur: ergo necessarius est alter de creatione animarum. At quia non est proprius hic locus dicendi de creatione, hæc satis sint. Igitur ad illud argumentum

A gumentum Aristo,text.4.Omne quod mouetur prȩxistit motui,& tunc uel illud erat corruptibile uel non. &c. Respõdetur,interempto primo antecedẽte,si intelligatur de prȩexistentia temporali. Cȩlum namq; creatum fuit mouens,sicuti sol illuminãs.Et ideo ut sol natura tantum prior fuit lumine suo, ita & cȩlũ suo motu.Quocirca ad illud ꝙ subditur,uel mouens & mobile erãt generabilia,uel perpetua respondetur, mouens tantum fuisse perpetuum,mobilium uerò nullum.Et quamuis aliqua eorum,quæ primo facta sunt(ut elemẽta)fuissent generabilia,non tamẽ fuerunt edita per generationem : sed per
B creationem,quæ neq; est motus , neq; illum supponit,Est hic tamen animaduertendum,quemadmodum Deus dignificatur naturȩ ea prȩcisȩ creauit , quæ aliter edere nequiuerat, ut cȩlos, angelos,& animam,atq; elementa , eò ꝙ materiã sine forma creare, uel nõ decebat,uel certe nõ poterat.Mista uerò, quia necessariũ non erat ut crearet ex materia , instar propemodum naturæ, produxit ut hominem de limo terræ: mulierẽ de costa uiri. lignaq; & animalia de terra.Quamuis nõ de seminibus: siquidẽ lignis & animalibus dedit uirtotem seminandi. Etenim simpliciter ens in actu(ut animal , & arbor)prius est ente in potẽtia:quale est semẽ.Quo circa necessariũ fuit prius fuisse aues,
C quàm oua.¶Secundum prȩcipuum argumentum contra nos Philosophi extruerẽt à diuino modo agendi.Deus agit per modum naturæ: ergo quamuis res omnes ab ipso dimanent,eas tamẽ ab æterno protulit, & nõ ex tempore. Consequentia nota est:quoniam si agit permodum naturȩ,non fuit in suo arbitrio res cõdere ut luberet, sed determinato id fecit modo:ergo, uti sol quandiu fuit protulit lumẽ, ita & Deus res. Et quia nemo,quem uiderim,exploratum habet,quid de hoc senserit Arist. uerbum de hoc unum subiiciã.Notandum ergo primum,ipsum non negasse Deum agere per intellectum.Ait quippe 11.metaphysi.cap.6.Diuinam scientiam esse principium primum & principium maxime,nimirum uniuersi.Neque negasset agere per uoluntatem.Docet siquidem 9.metaphy.tex.10. Intellectum,ut qui indifferẽs est ad utramq; partem contradictionis, per appetitũ & electionem applicari ad opus . Et 2. Phy.text.50.Docet Deum & naturam agere propter finẽ.Et 12. metaph.text. 52.naturam uniuersi esse optimũquiddam,ordinatum in finem:puta in Deũ, sicuti exercitus ordinem habet ad ducem.Quæ omnia, documentum sunt, Aristotelem haud ignorasse Deum agere per intellectum,& uoluntatem.Sed E
tamen sicuti nos confitemur filium in diuinis procedere per intellectum , & spiritum sanctum à patre & filio per uoluntarem,nihilominus utrunque ex necessitate naturæ,ita Arist. affirmaret promanare uniuersum à Deo.Quarhic de causa tex.15.& metaphy.text.4.ait ȩternorum causam esse necessariã. Ita que sicuti hominem esse animal rationale causa est ut sit risibilis, nihilosecius effectus hic suam sequitur ex necessitate causam,ita arbitraretur deuniuerso respectu Dei.Atq; adeo diceret, Deum ex se omnia protulisse,uoluntate quidem complacentiæ, haud tamen F
contradictionis libertate, ut potuisset non facere.At qui causa huius potissima est,sua ipsius Dei immobilitas . Id quod in comment. 53. adnotauimus. Nam postquàm tex.44.constitutum reliquisset,primum motorem esse immobilem,post text.53.docere perrexit,necessarium esse, & ideo primum quoq; mobile,esse perpetuum,unde uarietas ac diuersitas horum inferiorum proueniret. Nam id, inquit, quod immobile est,nempe Deus,uno semper motu mouebie,cum ipsum non mutetur.Itaque uultarguere, ꝙ si Deus est immobilis, inde fit consequens, ut permodum naturæ agat certo præfinitoque ordine. Quapropter tex.15.ait , quod infinito

A tempore quiescere motorem, & mobile, & tunc, potius quã, prius inchoare motum, non est naturæ opus. Vbi Commen. ait rationabilius nos christicolas, quam Anaxagoram loqui: ut qui hanc causam non in naturam referimus, sed in diuinã uoluntatem. At nihilominus & ipossibilia nos dicere existimat: nam (ut Commen. 8. prænotauerat) nõ potest, inquit, antiquos motor nunc facere, quod antea nõ fecerat, per uoluntatem, nisi in ipso mouente aliqua fit noua concupiscentia faciendi, per quam motor ipse mutetur: id quod motori primo repugnat. Et August. 11. de ciui. capit. 4. hanc causam insinuat
B obstitisse Philosophis, ne crederẽt Deũ in tempore creasse mundũ: quia inde putabant consequi, diuinam uoluntatẽ fuisse mutatam. Hæc adduxim, ut mentem exercrem Aristot. qui Deum credidit agere per modũ naturę, cuius causam commentus fuit ob eius immobilitatem. ¶ At ex ipsis nihilosecius naturæ uiscribus depromuntur argumenta in contrarium. Primum. Infinita Dei omnipotentis uirtus non definitur, coarctaturque ad unum, uno ue determinato modo agendi: ergo non agit extra se per modum naturæ. Antecedens palam est, quoniam agens naturale ex eo limitatur ad faciendum rem
C hanc, & hoc modo, quia unumquodque agit ut procreet sibi simile, Deus autẽ nequit sibi simile extra se producere: ergo nulla est causa cur eius præscribatur uirtus. Et præterea, quia (ut supra diximus) in hoc consistit, ut sit infinitus, quòd neque genere certo prædicamenti concluditur in essendo, neque ullis adeo in agẽdo ambitur terminis, non ergo agit per modum naturæ. Item tertio (ut iam citatum est. 2. Physi. &. 12. metaphysi.) natura agit propter finem, res autem sine cognitione referre se nequeũt in finẽ: quia hoc est sapientis opus, cognoscentis ordinẽ ad finem: ergo reduci debent ad unum primum, à quo dirigantur in suos fines, manifestum ergo est primum motorem singula destinasse in suos cuiusque fines proprios, atque omnia in se ipsum: hoc autem est proprium intellectus, & uoluntatis: opus ergo non per modum naturæ, sed per has potentias agit. Ac perinde sicut agit, quæ uult, ita & quando uult. Quòd si Philo. responderit, se non negare, quod agat per intellectum & uoluntatem, sed tamen affirmare, uoluntatem eius de necessitate uelle ea, quæ sunt perpetua: atque adeo ab æterno illa perfecisse, arguitur & contra hoc. uoluntas non fertur de necessitate nisi in illud
E bonum, quod secum habet proportionem, ut ipsam expleat: sola autem diuina bonitas æquatur eius uoluntati, quia utraque est infinita: ergo de necessitate Deus suam tantũ amat bonitatem, per quam absque ullo externo bono est in se omnino beatus, neque omnes res mundi ullam accessionem faciũt ad eius internam perfectionem, quippe in qua omnia sunt eminenter. Præterea Deus est finis omnium, ut de mente etiam Philosophi citatum iam à nobis est. 12. metaphy. concupiscentia autem, electioq; ordinatorũ in finem non sequitur necessariò ex uoluntate finis, nisi quãdo illa sunt media ad ipsum necessaria: rerũ autẽ creatarũ
F uniuersitas nullatenus necessaria ẽ, uel ad esse, uel ad felicitatem Dei: ergo ob sui amorem nõ necessario Deus optat res extra se existere. Item cùm multæ sint aliæ res, rerũq; species, quas Deus cũ potuit producere, nõ tamẽ fecit, signũ est nihil uelle de necessitate, sed sicuti ꝓphetauit Dauid, omnia quæcũq; uoluit fecit. Aliàs omnia quæcũq; posset, fecisset, sicuti ignis, & id genus naturales causę. Adde ꝙ cũ libertas agẽdi ꝓfectionẽ dicat in creaturis, cęcitas esset id Deo denegare. In súma, Deus ĩ rerũ ꝓductione fuit sicut artifex, q̃ per ideas ĩ se æternas extruxit, ornauit, depinxitq; orbẽ: fecit id ergo q̃do sibi placuit. Vndead argm̃ d̃ mẽte Ari. etcõmẽ

tatoris

A tatoris obiectum negatur ex hoc sequi, ut sit mutabilis, nã ab æterno proposuit tali tempore mundum creare, & per æternam illam conceptionem, quæ sua est essentia, eum fecit sine sui mutatione. Ob idq; creatio nihil quic quàm noui dicit in Deo, præter solam rationis relationem ad nouum mundum, sed potestas ipsa æterna creandi ab æterno decernês creare dicitur, dũ res condit, ob solam illam relationem actio. Sed de hoc Theologilatius.

¶ Illud autem, quod Aristo. subdit tex. 10. & 11. de nunc tẽporis. Omne, quod fit, fit in aliquo nunc temporis: omne autem nunc est continuatiuũ præce-

B dentis partis temporis & subsequẽtis: ergo ante illud instans fuit tempus & motus, atque adeo tunc non incepit mundus. Illud, inquam, planè solutum est in commentis per interemptionẽ minoris. Eiusmodi quippe argumenta (ut illic monstrauimus) non probant, sed falso supponunt æternitatem temporis: quam quia Anaxagoras admittebat, in ipsum militabant. Nos autem dicimus mundum incæpisse potiùs cum tempore (ut ait. 11. de ciui. August. (quàm in tempore: uel incepisse in initio temporis, puta in instanti, quod nihil præcessit tempo-

C ris. Respondetur ergo, quòd uoluntatis Dei, quę omnium est causa, nulla est causa: & ideo nulla reddẽda est, cur potius tunc, quàm antea creauit, & quanuolũtatis Dei nulla est causa. uis causam finalem bene habuit creandi mundum. Fecit enim eum propter hominem: hominem autem propter suam ipsius beatitudinem, cur autem non antea ipsum produxerit, cùm plures forsan potuissent beari, iam hoc prædestinationem eius attingit, cuius nulla fuit causa.

¶ Quod autem Aristo. lib. 4. monstrauit, non esse possibile uacuum, nequaquam nos oppugnat, ut qui ante mũdi creationem, nec locũ fuisse dicimus, nec subinde uacuum: siquidem uacuũ (ut illic habetur. tex. 60) est locus non repletus corpore, aptus repleri. D

¶ Nec uerò id, quod de motu circulari præsenti libro tex. 73. & infra demõstrat, ullius uigoris est contra ueritatẽ fidei: nam rationes illæ non tam ostendunt motum circularẽ esse perpetuũ, quàm id non repugnare figurę & progressui eiusmodi motus: quod non interim, admittimus: quamuis quęstione sequenti examinabimus de præterito, an aliunde monstretur impossibilitas talis motus ab æterno. ¶ Postremum igitur argumentum sit, quod habetur. 1. cęli tex. 109. contra Platonicos, quorum (ut fertur) professio erat mũdum habuisse initium, haud tamen habiturum finem. Nulluũ eorum, quæ suapte E natura uirtutem habent, ut sint semper, quandoque est, & quandoque non est, sed cęli, & intelligentiæ uirtutẽ habent, ut sint semper, sunt enim natura sua res incorruptibiles, ergo falsum est, illa aliquando, aut tempore imaginario, non fuisse: qua enim uirtute perpetua sunt in posterum, sunt & in præteritum. Respondetur imprimis, quòd sub iudice est, quænam fuerit de hac re sententia Platonis, Arist. quippe hic tex. 10. hanc notam inussit ei, quòd cęlum eum tẽpore docuerit fuisse exortum, atque adeo neutrum eorum fuisse sempiternum: & idem adnotat Cõmen. eodem com. & com. 17. idemque F fere interprætes tex. citato. 1. cœli. Platonici uerò nõnulli (ut retulimus eodem. com. 10.) alter suum interprætãtur magistrum, uidelicet, quòd docuisset tempus & cœlum esse factum, atq; adeo mundum, eò præcise sensu, quòd habuerunt causam, ab æterno tamen: sicuti Aristo. ipse concedit tex. 15. de æternis, quæ nihilominus à prima causa d manant. Cuius fidem potissimum facit August. 10. de ciui. Dei. c. 31. ubi ait, secundùm Platonem mundum fuisse factum, non quidem secundùm temporis, sed secundum institutionis initium. Veluti si pes ex æternitate semper fuisset in puluere, semper

A ci subesset uestigium, quod tamen uestigiũ à calcante factũ nemo dubitat? hæc Augustinus. His ueruntamen non obstantibus, haud dubium, quin sententia Platonis fuerit ea, quam Ambrosius ex Basilio & Græcis desumptam affert in exordio Hexameron: nempe Deum, & idæam, atque hylem, hoc est materiam, fuisse perpetuam, ex qua quidem Deus materia id idçarum exemplar constituit cum tempore cœlum & reliquum mundum: non quidem uoluntatis arbitrio, sed ex ipsa idæarum materiæque necessitate. Præter angelos, quos immateriales faciebat. Nec uerò præteribo Commentatoris uerba. 12. metaph. Commen. 44. de Platone. Id enim, inquit, quod Plato dixerat obscuris uerbis, quòd Deus intelligentias manufecit: quibus præcepit, ut mortalia illæ facerent, ut ipse requiesceret, dixit causa sabbati positi in lege filiorum Israel. Hæc Commen. ubi allusit ad illud Gene. de Deo, Requieuit die sabbati. Constat enim Platonem commertium habuisse cum Iudæis. Exultauit quippe (ut ait Diogenes) apud Chaldæos, & peregrinatus est in Aegyptum: ubi multa nostræ legis ab Israelitis doctus est. Sed quia percipere nondum ualuit creationem materiæ, credidit quidem initium mundi, nunquàm tamen planè iuxta catholicam ueritatem. ¶ Restat ergo, ut ad argumentum hoc pacto respondeamus. Res neutiquam à se ipsis habere possunt perpetuitatem essendi, nisi & ipsum esse habeant à se ipsis: quæ autem ab alio naturam ipsam receperunt, ab eodem simul receperunt esse, iuxta suas singulorum naturas. Deus ergo seipso perpetuus est, quia non aliunde recepit esse: cętera uerò ab illo procreantur. Attamen partim ut contingentia sint, partim altiori genere, ut sint suapte natura necessaria. Simili modo, quo in scientiis ex uno necessario principio alia consequuntur necessario, & alia non necessario. Fecit ergo Deus intelligentias & rationalem animam, substantias immateriales, atque ideo ingenerabiles & incorruptibiles: & præterea cœlos, quorum nec materia appetitum habet alterius formę, nec forma contrarium ullum. Et ideo quamuis in initio temporis talem receperint naturam, sunt nihilominus omnia ex se incorruptibilia, sicuti ingenerabilia. Obidquè sicut non potuerunt incipere nisi per creationem solo Deo authore, ita nec possunt esse desinere, nisi eodem annihilante, hoc est suspendente generalem concursum. Nec tamen digni sunt, qui inter Philosophos recipiantur authores quidam, nullam aliam naturalem perpetuitatem in angelis & cœlis perscrutantes, quàm uoluntatem Dei, cui placet illa perpetuò conseruare, non autem hæc inferiora. Est enim natura sublunarium omnium, corruptibilis, tam ratione materiæ, quàm ui contrarietatis: illæ uerò cœlestes substantiæ minimè. Quocirca si Deus me perpetuò conseruaret, id quidem per miraculum faceret super naturam, speciali cõcursu: quòd uerò cœlos & intelligentias perpetuò seruet, natura est ipsarum rerum, id quod citra miraculum concursu perficit generali. Immò uerò si illa annihilaret, illud planè esset miraculum. Igitur ad formam argumenti, si id, quod ais, ea quæ suapte natura uirtutem habent ut sint semper, nunquàm possenõ esse, intelligeres de uirtute simpliciter, quæ à nullo alio pendet, concederetur quidem, sed tamen talis uirtus non est extra Deum. Si illud tamen intelligas de uirtute Physica aliunde pendente, negatur omnino: nam licet sic in angelis talis uirtus perpetuitatis, possunt nihilosecius per Dei nutum & potentiam non esse, quippe à quo eandem cum tempore susceperunt uirtutem.

Sententia Platonis.

B

C

D

E

F

Quæstio

A

Quæstio Secunda.

VTRVM MVNDVM fuisse ab æterno fuerit possibile.

FERTVR nanque statim in foribus argumẽtum primũ à parte negatiua ex ipsa rerum natura, quam præcipui Philosophi confessi sunt. Mundus habet effectricem causam, à qua dependet: ergo est factus. Antecedens est omnium consensus de natura loquentiũ. Non enim illi tantùm, qui mundum fecerunt, ut Anaxagoras, Empedocles &
B reliqui, causas illi tribuerũt, seu mentem, seu litem (ut lib. 1. & in hoc 8. frequenter refert Phi.) uerum ipse, cuius iudicio mundus fuit æternus, generationes omnes, & motus refert ad unũ primum motorem, in quo demostrando lib. hoc uersatur. Cõsequentia autẽ uidetur per se manifesta. Nã si mundus dependens est à Deo, uix potest intellectu aliud capi, quàm q̃ sit eius effectus atq; adeo factus ab illo. Quod si factus
C est, consequitur, ut habuerit esse post nõ esse, ac perinde non fuerit æternus. Nam pro manifesto habet hic Arist. tex. 69. id, quod fit, non esse. Sed nihilominus pars affirmatiua inde colligitur, q̃ non est impossibile apud Deum omne uerbum, quod est dicere, omne, quod est factu possibile: putà quicquid non implicat cõtradictionem, nihil autem est in natura rerũ, quæ Deo est obedientissima, cui repugnet creari, quandocunque illi placuisset, etiam in æternitate, ut inter respondendum ad contraria argumenta liquebit: potuit ergo mundus ab æterno fieri. Quæstio hæc non simplici, sed duplici (ut arbitror) resp̃sione opus habet. Etenim, ut sunt aliquæ mundi partes, quibus nihil obstare uidetur, quominus condi potuissent ab æterno, ita orbem uniuersum secundùm totam naturam suam consideratum æternum fuisse, apparet impossibile. Sit ergo prima cõclusio, qua sensus quæstionis exponatur sic. Mundum fuisse æternum, ut neque à Deo factus sit, nõ solùm impossibile est, uerùm qui dicerẽt fuisse possibile, impietatis morbo insanirent. Conclusio est Augus. 11. de ciuit. Dei. c. 4. Haud enim solæ propheticæ uoces, uerùm & mundus ipse ornatissima sua mutabilitate, & uisibilium omnium pulcherrima specie tacitus, se factum esse à Deo proclamat, uniuersaq; eius membra psallunt) quod ait Prophera) ipse fecit nos, & non ipsi nos. Ob idq; cæli enarrant gloriã Dei, & ignis, grando, nix, glacies, faciunt uerbum eius tanquàm ipsorum conditoris. Et Arist. præterquã lib. præsenti, ubi constituit unum primum motorem 12. quoq; metaph. tex. 24. ait primam causam esse omnium causam. Et 1. de cœl. tex. 100. ait ab illa cæteris rebus, aliis quidem exactius, aliis uerò offuscatius ipsum esse uiuereq̃ue dependere. Et tex. hic 6. & 2. metaph. tex. 4. (ut est iam citatum) ait æternorum esse causam necessariam. Verum est tamẽ non esse absque ambiguitate, quid in huiusmodi loci senserit Phi. de emanatione mundi à prima causa: id quod paulò inferius adnotauimus. Est nihilominus conclusio nostra omni procul dubitatione constitutissima. Et ratio eius naturalis, est illa quam superiori quæstione faciebamus. Nempe, quòd solus Deus per se est. Nam cùm excogitari non possit, ut ab alio esse habeat, (aliàs non esset summum ens) si per se ipse natura sua non subsisteret, nullatenus posset existere. Cùm ergo sit per se ens, fit, ut fons sit & origo totius entis, hoc est uniuersorum, quæ ullam participant rationem entis: sicuti quod est per se calidũ, causa est omnium calorem participatium. At uerò an possibile fuerit ab æterno fuisse mũdum factũ à Deo, id ascisitur in quæstionem. De hoc ergo, cùm triplices sint orbis partes, puta incorruptibiles, & corruptibiles, quarũ aliq̃ sunt per-

Conclu. 1.
D
E
F

A manentes,& alię succeſſiuè,de quibus uel ſecundũ indiuidua loqui poſſumus uel ſecundum ſpecies,ſtatuitur ſecunda concluſio. Deus potuit mundum ab æterno condere,quantùm ad illas partes attinet,quas ſuperiori quæſtione aſtruximus, eſſe ſuapte natura incorruptibiles,ut potè angelos,rationales animas,cœlos. Concluſionem hanc probat ratio illa ſecundo loco quæſtionis. Nam quicquid ex parte rerum non implicat contradictionem, poteſt omnipotens efficere:hoc autem nullam implicare uidetur:ergo. Fit autem ſic apertior hæc ratio. Deus(ut in quæſt. ſuperiori dicebamus) liberè agit quicquid B extra ſe profert,& quia infinitus eſt,nullatenus à tempore pendet in agendo, quippe cui nihil pôt uirtutis accreſcere, nec iuuamenti. ergo ſicut potuit, quo libuiſſet tempore,res condere uniuerſas, ita & in ęternitate, illas, quarum naturæ id non repugnaret. Alias ſe quereretur Deum per infinitum tempus fuiſſe neceſſario prępeditum,nec quicquàm extra ſe proderet:nam ſi non potuit id facere niſi in tempore:cũ quodcunque temporis momentum anteceſſerit æternitas,ſit per infinitum imaginarium tempus toto illo cogitato ſpatio,Deum fuiſſe coercitũ,neq; illi fuiſſe poſſibile gloriam ſuam expandere. Præterea id confirmatur. Si Deus ex ne C ceſſitate naturæ ageret,produxiſſet mũdum ab æterno(ut Philoſophus autumat)ſicuti ſol aut ignis (ut ait 6.de tri. Augu.)ſi fuiſſet æternus,ab ęterno illuminaſſet,& ſemp calefeciſſet, alioqui, cùm non eſſet tunc de uno tępore maior ratio,quàm de alio, nullum poſſet deſignari per imaginationem tempus, quo illum produxiſſet:at libertate agere,ampliorem arguit uirtutem, quàm agere ex neceſſitate: ergo idem potuit efficere liberè. Nec ullo modo abſtitiſſet hoc, quod qui agit liberè, agit per electionem præcedentem opus:quia licet electio in nobis antecedat operi,eò quòd tępore conſultantes iudicamus, tamen in Deo eſt æterna abſque motu, D cui ideo potuit opus fuiſſe coæternũ. At quoniam de potentia Dei nemo hę ſitat, ſed tota uis eſt, ut demonſtretur non eſſe à parte ipſarum repugnantia, id demonſtremus ſoluendo argumenta contraria.

Conclu.2.

¶ Ad illud ergo,quod in fronte quęſtionis opponebamus, reſpondentes concedimus primùm nullatenus potuiſſe mundum exiſtere,niſi à Deo fuiſſet factus,negaretur ueruntamen cõſequentia ab his, qui defenderent mundũ fuiſſe ab æterno,cum infertur, quòd ſi factus eſt,habuit eſſe poſt non eſſe. Et Ariſto.tex.69.ubi ait,id quod fit,non eſſe,ſolùm loquitur de iis,quæ fiunt intẽpore per generationem. Secus enim in E iis,quæ eſſent æterna: nam cũ creatio, nec motum dicat,nec ſucceſſionẽ, ſed momentaneam productionem, ſequitur,ut id,quod creatur, non priùs fiat, quàm factum ſit,ſed fit per primum ſui eſſe ſecundùm ſe totum. Et ideo ſi fiat ex tempore (ut facta eſt creatio mũdi) concedimus quidem fieri poſt nõ eſſe: non tamen uerum eſt, quòd dum fit, non eſt. Nec uerò eſt neceſſarium ex natura creationis,ut res fiat,poſtquàm non fuit:ſed poteſt res creata eſſe coæterna ſuæ cauſæ: ſicuti eſt lumen coæuum ſoli,& Dei filius coæternus patri. Tamet ſi hic nulla ſit ratio uel cauſæ uel effectus. Quod ſi arguas, Si mundus fuit F ab æterno, fuit creatus ex nihilo: ergo poſt non eſſe. Negatur hæc poſtrema conſequentia: quoniam creari ex nihilo,non dicit ordinem termini à quo, ſicuti dicimus hominem gigni ex non homine, ſed ſolam negationem ſubiecti ex quo. Quando uerò creatio fit in inſtanti temporis tunc fit poſt non eſſe. Et ſi iterum arguas. Ad minus, non eſſe, in rebus creatis priùs natura eſt, quam eſſe, quia hoc uidetur ſonare nomen creaturæ: aliàs æquipararetur Deo. Quod ſi uerum ſit, arguitur hoc modo. Non eſſe rei, & eſſe eiuſdem,non poſſunt eſſe ſimul tẽpore:

Ad primũ pricipale.

Creare ex nihilo qd importet.

ergo

A ergo cum, non esse, sit priùs natura, debet etiam tempore antecedere. Respõdetur peremptο primo assumpto Nullum enim necessarium ordinem naturæ deprehendere mente possum inter, non esse & esse. Immò sicuti in Deo nullus est talis ordo, ita nec uidetur necessarius in creatura: sed huic accidit, quia producitur in tempore. Et esset præterea necessarius, si produceretur per generationem: nam tũc antequàm res esset, necessarius fuisset motus. Nisi quis dicat in hoc sensu conuenire creaturæ priùs natura non esse, quia de se, à Deo destituta, in nihilum abiret: ueruntamen hoc solum ostendit creaturam non posse à se ipsa sola existere, non tamen quòd naturæ suæ natiuum sit atq; priùs natura, non esse. Per hoc ergo respondetur ad consequentiã illam, qua inferebatur, quòd si admitteretur sempiterna creatura, illa adæquaretur Deo. Nulla enim est illatio. Primũ, quia æternitas essentialis est Deo ex sua natura, creaturæ uerò accidentaria: ut quæ non potest non semper esse ab ipso dependens. Et præterea neq; in propria natura æternitatis par esset ei, ut ait Boeti. in fine de consol. nam æternitas propriè consistit in hoc, q̃ res æterna sit tota simul absque successione prioris & posterioris, quod soli Deo conuenit.

Nullus ordo inter esse, & non esse.

B

Differt inter eternã creaturã atq; Deũ.

C

Corollarium. ¶ Hinc fit primùm, quòd Deus potuit nullum compositum ab æterno producere productione successiua (v.g.) creando ab æterno materiam, quam successiuè disponeret ad productionẽ rei, ut pote lapidis. Nam si talis successio (exempli gratia) fuisset horaria, tũc fieret consequens, ut uel lapis fuisset ab æterno, quem tamen materia antecessisset per horam, atq; adeo duarum durationem infinitarum altera fuisset maior; uersus illud extremum infinitũ. Item daretur prima hora durationis infinitæ, quorum utrumq; est impossibile. Vel si lapidem non admisseris fuisse ab æterno, tunc æterna materia non antecessisset temporalem lapidem, nisi per horam. Fit ergo, ut illa successiua productio deberet fieri per infinitum tempus contra generationis naturam.

D

¶ Per hæc utique aperiri mens poterit Aristo. quæ uix dum comperta est de hac rerum perpetuarũ productione, putà cœlorum, & angelorum: nam de animabus post dicemus. Extant enim ex una parte testimonia superiùs allata, quibus asserit res sempiternas, habere causam, putà primum motorem: ex altera uerò parte est argumentum, quòd illa non potuerunt produci per generationem, sed per creationem, ex nihilo, quam ipse nusquam agnouit. Et ideo aliqui dicunt illum nusquam sensisse mundum fuisse factum, licet actiones rerum ab illo pendeant. Et re uera cum nunquam fuerit speculatus, quid mundo acciderit, si actio primæ causæ cessaret (quia hoc est supernaturale) sed crediderit, Deũ agere ex necessitate naturæ, nil mirũ, si ignoauerit legitimam dependentiã mundi, qua scilicet ratione & modo ab illo dimanauerit, ut tertia hæc nostra subsequens cõclusio uirgentius demonstrabit. ¶ Globus hic sublunaris mundi, ex partibus generabilibus ac corruptibilibus constans, nullatenus potuit ab æterno per Dei potentiam creari, neque uero ulla eius pars, si sub deinde relinqueretur naturæ. Potuit, inquam, Deus ab æterno hominem, & quod uis aliud corruptibile edere, si illud infinito tempore sustentaret, quod supra naturã ẽ talis corruptibilis creaturæ: alias uerò nequaquã. Conclusionẽ hãc Phi. uulgus de muliere prægnãte adstruit, quam aiunt neutiquam ab æterno creari potuisse, nisi prægnãs esset infinito tẽpore. Nam si nono pareret mẽse, tunc uel illius partus ætas infinita esset, aut finita: si infinita tũc vnũ infinitum esset alio maius uersus extremum infinitum: nam mater esset partu senior per nouem menses: quæ tamen implicatio est contradictionis: esset. n.

E

Mens Aristotele.

Ignorauit Phi. legitimum modum emanationis rerum à Deo.

Tertia Conclu.

F

tunc

A tunc concedendum, quòd infinitum illud tempus, ex quo peperit antecessissent nouem menses, quibus uterum gestauit. Si autem dederis ætatem illam filij esse finitam, tunc & matris ætas erit finita, postquàm non exuperat, nisi per nouem mẽses, uel necesse est, ut infinito tempore fuerit prægnans. At uerò non opus est in particulari conclusionem constituere: est enim ratio pari iure uniuersalis in omnibus corruptibilibus. Enimuerò si concesseris, elementum, uel mistum quodlibet ab æterno creatum, percunctabor statim, quo tempore fuit corruptum: si respõderis post mille annos à sua creatione,

B idem recurrit argumentum, quòd modò formatum est: nam uel post corruptionem transiuit huc usq; tempus infinitum, & tunc alterum creationis infinitum erit eo maius: uel finitum, & tunc sequitur, quòd non fuit creatum ab æterno. Nisi dederis, quod infinito tempore creatio rei præcesserit eius

Corollarium. corruptionem: quod est supra naturã rei corruptibilis. Ex hac consequitur conclusione, quòd lumine naturali nemo potuit Philo. opinari, indiuiduum aliquod corruptibile, fuisse ab æterno: nam quod corruptibile est, non potuit

C suapte natura durare infinito tempore. Ex his deniq; uidere ego mihi uideor exili iudicio meo contra Aristo.

Contra Aristote. hanc uerè affirmare conclusionem, q̃ in lumine naturali, neque debuit, neq; uerò potuit, uel concedere, uel opinari ullam specierum rerum corruptibilium, quæ species, indiuiduorum successione perpetuatur, fuisse ab æterno. Et ratio mea est hæc. Species (.v.g.) humana uel æquina existere non potuit à Deo per ullam ab eo productionem, nisi eadem species in aliquo indiuiduo uel indiuiduis produceretur: huiusmodi autem indiuidua, ut mõstratum est, salua eorum natura & duratione finita, esse non potuerunt ab æterno: & q̃ supra naturam quodpiam eorum conseruaretur, non est Philoso. admittendũ: ergo lumine naturali constat, hanc D specierum fabricam non fuisse ab æterno. Profectò tantam uim habet Physica hæc demonstratio, ut Aristo. cauillare eam non posset, nisi dicẽdo, quòd huiusmodi species non fuerunt productæ à Deo, licet fuerint quodammodo ab eo pendentes. Attamẽ neque responsio hæc lumini intellectus naturali satisfacit. Nam quod filius in diuinis ab æterno processerit à patre, facilè intelligimus, eò quòd nullatenus à Patre dependeat, sed est illa simplex emanatio. Et quòd una res, puta cœlum, uel angelus ab æterno exierit à Deo sicuti lux à sole, utcunque etiam mente cernimus: sed tamen quòd existant species E ulla, quæ in indiuiduis dimanauerit à Deo ab æterno, & quòd Deus non cognoscat, quodnam fuerit illud indiuiduum, quod ab ipso ab æterno dimanauerit, fateor me intelligere nequaquam posse. Illo autem admisso, militat argumentum nostrum. Sed ais: Nũquid non S. Tho. 1. p. q. 46. arti. 2. simile argumentum soluit de diebus infinitis, si mundus fuerit ab æterno? Ait enim nullatenus repugnare infinitos dies fuisse eran factos: quoniã illud infinitum non clauditur inter duo puncta: quod est dicere, illam dierum multitudinem nunquam incæpisse: nam quod ab æterno est, nunquam incæpit. F Pari ergo modo, ais, dissolui potest & argumentum nostrum. Respondetur nihilominus, multò plus uigoris inesse huic nostro argumento: nam tẽpus est continuum: & ideo quod ab æterno fuerit productum, sicut celum non est cogitatu impossibile. Haud enim se, tanquam impossibile effert, quòd cœlum fuerit ab æterno creatum, idemq; creari mouens: cuius ideo motus fuerit ab æterno cõtinuus, atque adeo tempus, qnod est eius mẽsura. Species autem humana & æquina non est continua, quin uerò cõstat ex diuersis indiuiduis. Neque nos uim facimus in eo, quòd cæperit, necne, sed in hoc, q̃ non

A nõ potuerit à Deo dimanare, nisi in aliquo eius indiuiduo, quod Deus nouit: & ideo si durauit illud per infinitum tempus, non fuit conseruatum naturali modo. Si autem durauit tantum finitò, non potuit esse ab æterno: aliàs ab æterno etiam fuisset corruptum, quod nihilominus ante sui corruptionem præcessisset finitis annis durationis. Hoc autem intellectus non potest comprehendere. Igitur licet intelligibile sit, motum cœli, qui continuus est, fuisse ab æterno, cuius ideo nulla fuerit prima circulatio, non tamen sic potest intelligi, speciem humanam infinitorum successiuè indiuiduorum fuisse ab æterno: quia non est intelligibile, quin fuerit aliquod eius primum, uel aliqua indiuidua. ¶ Quarta conclusio, De specie humana est peculiare, idemque insigne (atque ut reor) insolubile argumentum, quod non potuerit esse ab æterno. Argumentum est triuiale, sed tamen cuius nunquàm fuit hactenus audita solutio cui intellectus acquiescat. Et nititur immortalitate animarum. Etenim cum animæ sint immortales, si species humana fuisset ab æterno, infinitę nunc essent superstites animæ: infinito autem natura sua repugnat, ut fit per ullam potentiam producibile. Hoc argumentum uno triũ modorum deluditur, potius quàm soluitur: sunt enim primùm, qui negãt, animas esse immortales, quod tamen neque Aristo. usquam negauit, neque uerò à Philosophis naturalibus audiendi sunt, nedum à Christianis, qui id negauerint: id quod. 3. lib. de anima pluribus demonstrabitur. Alij uerò suffugere conantur ad illam Pythagoricorum dementiam, de commigratione animarum in diuersa corpora, ut per illud figmentum sustineant homines vixisse infinitos, cum certo animarum numero. Hæc autem sententia, tum Christianis hæresis est tum etiam Philosophis ludrica opinio: ut super epistolam ad Roma. disputatum à nobis est. Tertia igitur responsio est, eorum, qui Auicennam, & Algazelem auscultant, uidelicet, quòd multitudo per se infinita sit naturæ repugnans, non tamen multitudo per acidens infinita. Multitudo per se idem est, quòd concursus per se causarum, ut ad generationem animalis concurrit animal subalternatum cœlo, & cœlum subalternatũ intelligentiæ, &c. hæc enim multitudo si infinita esset, nullus unquam sequeretur effectus, ut sæpe repetit Aristo. Multitudo autem per accidens, est in causis per accidens. Accidit quippe fabro, ut uno, uel pluribus, uel infinitis martellis gladium cudat. At uerò contra hoc est argumentum, quod infinitum, non solùm est repugnans in causis, sed per se in rebus ipsis creatis. Secus de infinita essentia, & uirtute Dei. Etenim ut impossibile est esse infinitum continuum, ita & infinitã multitudinem actu, quæ resultat ex diuisione continui: quòniam infinita multitudo non solùm est impossibilis quantũ ad id, quod est fieri ex continuo, quod non potest diuidi in omnem suam partem, uerùm & sua ipsius forma numeri, qui non potest esse actu infinitus. Et licet animarum nõ sit numerus resultans ex continuo, est tamen uerè numerus, qui si esset infinitus, careret specie, & intentione agentis. Deus autem nihil scit facere, nisi numero, & pondere, & mensura. Et re uera plerique argumentorum, quæ contra existẽtiam infiniti lib. 3. orditi sumus, eadem ui pugnant aduersus infinitã animarum multitudinem, qua aduersus aliam quamcunque. Quocirca S. Tho. q. modò citata hoc argumento conuictus, meritò desistere uidetur ab opinione Aristo. in uniuersum defensanda. Sed ait, quòd licet possit sustineri mundum fuisse æternum quò ad aliquas eius partes, non tamen quò ad omnes. Atqui demirandum est cum Aristo. tanta inculcatione disputauerit, mundum fuisse ab æterno, neque uerò

B

Conclu. 4. de animabus.

C

D

E

Infinitũ omnino impossibile.

F

A uerò infinitum ullo pacto admisserit, cur nusquam animarum meminerit, quas ipse proculdubio credidit esse immortales. Profecto non apparet modus, quo se hinc ualuisset extricare. Quin uerò hoc dicere ausim, quod nunquam ei fuit satis compertum de animarum productione: & ideo nulli bi perspicuè de hoc definitam protulit sententiam. Visus quippe est ex una parte in illo perstitisse antiquorũ axiomate. Ex nihilo nihil fit, atq; adeo creationem ignorasse. At ex altera parte (ut. 3. de anima patebit) ueritate ipsa deiunctus, concedere renuit, animam educi de potentia materiæ. Ex quo fie-
B bat illi protinus consequés, illam creari. Sed de his nunc satis.

¶ Restat ergo ad argumentum partis affirmatiue quæstionis respondere, q̃ quamuis nulla appareat contradictio, cœlum cum suo motu, atque adeo tẽpus, & præterea intelligentias & animas rationales sub finito numero, fuisse ab æterno creatas, nihilominus species rerum corruptibilium successione indiuiduorum defluentium repugnantia est, quam explicuimus, potuisse ab æterno condi.

Tex. xxviij. Est maxima moueri ab eo, quod mouetur, &c.

C

Quæstio Tertia.

VTRVM OMNE, QVOD mouetur, moueatur ab alio.

APARTE negatiua sunt argumenta omnium prima illa, quæ Philo. ipse sibi obijcit. Primum arguitur de grauibus & leuibus. Lapis, dũ cadit, & ignis, dum ascendit, mouentur: & nõ ab alio, siquidem nullo cogente suapte natura feruntur. Ergo. ¶ Secundò arguitur de proiectis, sagitta & globus ardenti sulfure eiectus mouentur: & non ab alio: quia maximè à proiiciente, quod tamẽ D
potest priùs perire, quàm cesset motus uel ab aere deferẽte proiectum, ut tex. 82. docere uidetur Aristo. quæ tamen opinio ægre probatur, & ægrius creditur: ergo. ¶ Et confirmatur. Dum proiecta occurrunt resistenti, recurrant motu reflexo: & quòd illo motu non moueantur ab alio, probatur. Vel affirmas proiectum in puncto reflexionis quiescere, uel negas. Si negas, contradicis Aristoteli tex. 70. si uerò idcum illo affirmas, tunc non mouetur à proiiciente, postquàm eius iam motus cessauit: neque ab obstaculo: immobilis paries non uidetur pilam recutere.

¶ Tertiò arguitur de uiuẽtibus, & præ E
sertim de animalibus. Hæc enim mouentur, & non ab alio, ut patet in motu deambulationis: ergo à seipsis. Quòd si cum Philoso. respõderis, tex. 28. & tex. 40. in animali designari partem per se motam ab illa, quæ per se mouetur, hoc non est explicatu facile: quoniam si pars per se mouens affirmetur anima, illud est falsum: quia nõ mouet nisi per intellectum, qui etiam mouetur per species ab obiecto. Neq; uerò materia est per se mota: tum quia accidentia non recipiunt nisi in toto cõposito: eò tum maximè, quòd actiones F
sunt suppositorum: & ideo neque anima deambulat, sed totum: neque lassitudo recipitur in materia, sed in toto.

¶ Quartò deniq; arguitur: si omne, qd̃ mouetur, ab alio moueretur, tũc vel esset processus in infinitũ, quod est contra Phi. tex. 34. uel deueniendum esset ad unum primum mobile, quod seipsum mouet, ut colligere ipse uidetur tex. 50. hoc autem secundum membrũ est creditu durissimum: nam tunc sequeretur, primum mobile esse animal.

¶ In contrarium stat sententia Philosophi.

¶ TITVLVM quæstionis non expressimus uerbis Aristo. Ipse enim nõ ait (ut comment. 28. adnotauimus) nisi, omne, quod mouetur. ab aliquo moueri:

A uerì:nam moueri ab alio apud ipsum, idem est, quod ab alio supposito moueri:at uerò, quia dum ait, ab aliquo, intelligit,ab aliquo,uel supposito alieno,vel saltè distincto principio,quod sit intrinsecũ rei,quæ mouetur,citra præuaricationé textus responderi pôt,omne,quod mouetur,moueri ab alio. Est aũt præmittenda distinctio,quam ipse tex.27.præiecit: uidelicet tã id, quod mouet,q̃ id,quod mouetur, bifariam moueri.ſ.per ſe,& p accidẽs. Muſicus .n.per accidẽs ſanat,& ſanatur:accidit quippe tã medico,q̃ ęgroto, eſſe muſicũ. Quamuis & moueri per accidẽs, fit etiam moueri ad motum alterius:
B ueluti uehitur remiger ad motum nauis,quam cogit ipſe. Per ſe autem contingit & dupliciter: nam eſt quod mouet per ſe primò, id eſt neque ratione accidentis,neque ratione partis,ſed ſe toto,ut Deus,dum res ex nihilo condidit, ſed eſt aliud, quod mouet, per ſe quidem,quia non per accidens,ſed tamen non per ſe primo,quia per partẽ, ut animal pedibus mouet pectus, & corde reliquum corporis. Rurſus notandum eſt duplicem eſſe motum:alterum Phyſicum, hoc eſt corporeum & materialem:alterum ſpiritualem,quales ſunt intellectus & uoluntatis actus.
C Et quamuis Ariſ.ſermo de ſolo ſit Phyſico inſtitutus,ueritas tamen uniuerſalius patet ad omnem motum,atque in ſenſu uniuerſali neceſſaria eſt, ut per eam perueniatur in notitiã primi motoris immobilis.Nam intelligentiæ cęlorum motrices mouentur quidẽ,non autem motu Phyſico. At uerò netot multiplicentur quæſtiones, quot eſſe poſſent difficultates,ſeptem concluſionibus ad hanc reſpondebitur, quibus ad uniuerſa fiat ſatis.Prima eſt, eadem q̃ue uniuerſalis. Omne, quod mouetur,ab alio mouetur.Ab alio inquam, uel externo ſupposito, uel principio intrinſeco à re diſtincto, quæ mouetur. Concluſio fuit Ariſt. in fronte.7.libri, quã repetit in hoc. 8.tex.28. & 24. In cuius confirmatione uerſatur uſq; ad tex.30.Eſt autem cõcluſio hæc in Phyſica, veluti dignitas.Cuius ratio ſtatim in promptu eſt,eademq́; tex.40.ex definitione motus,quam ſtatuerat lib.3. tex.8.&.9.colligit talem Phil. Nihil ſe ipſum ſecundùm ſeipſum totum primò mouet: ergo quicquid mouetur, mouetur ab alio. Exponatur antecedens. Poteſt quidpiam ſeipſum per accidens mouere:ut de remigero diximus, & de anima patet, quæ dum hominem mouet, mouetur. Et poteſt ſe res per partem mouere, ut homo corde mouet corpus, ſed tamen, quod ſe primò totum non poſſit mouere,patet
E quoniã nihil mouet, niſi quatenus eſt in actu,hoc eſt actu habet formã, quã in paſſum traducit: nihil enim calefacit,niſi dum actu eſt calidum.Nihil autem mouetur ad aliquam formam,niſi,qua caret,eſt ſiquidem motus,actus entis in potentia:unde cùm mobile recipit totam agentis formam,ceſſat motus. Idem autem ſecundùm ſe totum non poteſt ſimul eſſe in actu & potentia: ergo nihil ſecundum ſe totũ eſt ſimul mouens & motum:& ideo neque eſt aliquid, quod ſeipſum primò moueat,ſubditur etiam exemplum in ſpiritualibus. Nihil enim docẽs docetur, nam qui docet,iam eſt ſciens, qui autem docetur,caret ſcientia. At contra
F rationẽ hanc arguitur. Agens aliquod poteſt in ſe habere uirtutem producẽdi formam, qua caret: ergo poterit ſe ad illam formam mouere. Exẽpli gratia,ſol uirtute eſt calidus,non autẽ formaliter: ergo ſi eſſet formalis caloris capax per uirtutẽ,quam habet, ſe formaliter calefaceret.Et intellectus dormientis poteſt,dum expergiſcitur,per ſpecies ſe reducere in actum intelligẽdi.Et aqua, dũ ſe ex calore reuocat in ſuam temperiẽ,mouet ſe. Reſpondet ad primũ,q̃ ſol non habet virtutẽ calefaciẽdi ſe,ſicuti neq; angelus. Si tñ res eſſet caloris formalis capax, qui calor nõ eſſet illi naturalis, tũc nõ moueret

ad

D

A ad calorem, nisi dum esset extra suam naturalem dispositionem. Quare illa reductio nõ attribueretur virtuti propriæ, sed generanti. Sicuti aqua, dum ad frigiditatem reducitur, uirtutem generantis mouetur, cuius intẽtio est illam in sua naturali dispositione constituere. Sol autem, eò quòd est ingenerabilis & incorruptibilis, non est passibilis huiusmodi accidentium. Alias si uirtute se propria calefaceret, iugiter id semperque efficeret. Intellectus uerò nõ à seipso mouetur, sed ab obiecto, à quo ministerio sensuum species recipit. Aliquando homo exercitatur à somno, iã docuit Arist. tex. 20. quo-
B modo motus ille prouenit à se dictis humoribus. Et dum quis uigilans de aliqua re incipit meminisse, ille motus euenit ab aliquo incidẽti euentu eiusmodi species commouente.

¶ Clarescit autem magis conclusio responsionibus per argumentorum responsa. Ad quorum primum Arist. respondet tex. 32. quòd grauia, & leuia per accidens mouentur à remouente prohibens: per se autem à generante. Quam quidem responsionẽ bona ex parte dilucidauimus. lib. 2. q. 1. Etenim qui de rebus iudicant secundùm sensum, cùm uideant graue sublato impedimento nullo mouente cade-
C re, nec persuadere sibi possint, ut res, quæ non adest, moueat, colligũt enim graue, & leue non moueri à generãte. Et ideo diuersa excogitant hic mouẽtia. Alij fingunt, moueri à cælo per expulsionem: alij à suis locis naturalibus per attractionem. Itaq; centrum attrahit ad se graue sicuti magnes ferrum. Alij fingunt, medium, puta aerem, uel aquam illa mouere. Sed sunt hæc omnia adeo ridicula, ut nihil opus sit in eius refutatione tempus ullum terere. Grego. ista persequitur. 2. senten. dist. 6. q. 1. ipse autem & Scotus eodẽ lib. dist. 2. q. 10. arbitrantur hæc corpora à se ipsis moueri. Hęc autem opinio apertissimè imprimis cum Philos. pugnat, ut primum patet tex. 27. ubi inter ea, quæ per se & naturaliter mouẽtur, distinguit, quòd animalia à se ipsis mouentur, grauia uerò & leuia mouẽtur ab alio. Et deinde tex. 28. tanquàm de re abscondita dicit, dubitationem afferre, à quo hæc moueantur. Et si à se ipsis mouerentur, profecto nulla esset dubitatio. Et tex. 29. & 30. quatuor rationibus probat, moueri ab alio: & tandem tex. 33. aperte concludit, ꝙ per se mouentur à generante. Neque uerò authoritas Aristo. licet sit in hac re grauissima, tanti est ponderis, quanti illa prima ratio, quam affert tex. 29. nempe rem mouere se ipsam, esse proprium officium uitæ: hoc est, esse uiuẽ E tibus peculiare, atque adeo per quod distinguuntur à non uiuẽtibus. Quod quidem non fuit tantum assertum Aristo. vt hic patet, & latiùs primo de anima, sed fuit indubitata confessio omniũ Phi. ut in Phædro uidere est apud Platonem. Vbi nullum aliud discrimẽ inter uiuentia, & res in animas constituit, quàm quòd uiuentia habent internum motorem, res uerò inanimæ, nonnisi externum. Et usque adeo hoc fuit semper constitutissimum, ut qui dicebant orbes cœlestes à se ipsis moueri, effugere non poterant, quin ineluctabili consequentia protinus con-
F cederent, esse animalia. Et re uera illis, qui profitentur grauia & leuia moueri à se ipsis, nullum relinquitur interstitium, quo possint uiuentia à non uiuentibus discernere. Nam quod ait Grego. differentiam esse, quòd uiuentia sic mouent se, ut possint se ponere in illo loco, unde possint rursus moueri: sed non uiuentia, cum non moueantur, nisi quando sunt extra locum naturalem, non possunt moueri, nisi ponantur in eo loco extraneo, unde moueantur ad naturalem: hoc inquã commentum Grego. est imprimis contra Aristo. qui non adducit hoc tanquàm differentiam inter duos modos, quibus res mouent se, sed tanquam testi-

monium

A monium ad concludendum, quòd illa, quæ sic se ponunt in quocunque loco mouẽt se localiter: alia uerò minime. Et præterea in sua ipsius ratione deberet inspicere Greg. quare grauia & leuia non mouent se. Ex eo, inquam, q̃ non mouentur in suo loco naturali, sed ad ipsum, deberet colligere perfectionem supremam grauis non consistere in moueri, sed i quiescere & ideo motus ille, quo feruntur ad sua loca naturalia, non attribui ipsis, sed generãti. Neque responsio Scoti satisfacit. Ait enim animalia mouere se ipsa per cognitionem: non uiuentia uerò minime. Nam si hoc tantum discrimen Ari
B sto. cogitasset, facillimè se expediuisset ab hac dubitatione: cum tamen graue dubium existimet, à quo grauia mouẽtur. Neq; uerò inquirit, quomodo mouentur, hoc est, per cognitionem necne, sed à quo mouentur. Et præterea plantæ etiam mouent se (nutriuntur quippe, & augentur à principio intrinseco) licet non per cognitionem. In summa Aristo. prætendit, quòd nihil se moueat à loco in locum, nisi per cognitionem. Alia uerò differentia, quã alij fingunt, nempe quòd uiuentia mouent se ad omnem differentiam positionis: non uiuentia uerò, nonnisi ad unam, profecto accidentaria est, & ex-
C tra rem: quoniam licet planta non augeretur nisi solùm sursum, aut solùm deorsum, se ipsam nihilominus moueret. Potissima ergo, quin tota ratio, cur compulsi sunt Phi. dicere grauia & leuia moueri à generante, fuit, ne vitam illis tribuerent. Mens igitur Aris. est, quòd principium naturalis motus elementorum est duplex aliud quo, & aliud quod, principium quo, principale est forma ipsa substantialis: minus autem principale & instrumentale, est grauitas & leuitas: principium autem quod, est generans. Et ideo ait, quòd habent in se principium sui motus, non actiuum, sed passiuum. Inepte enim loquuntur illi, qui dicunt principium quod mouẽs, esse formam, & id, quod D
mouetur, esse materiã. Nam cùm actiones sint suppositorum, id, quod mouetur, non est, nisi totum compositum. Et præterea contra hoc arguitur. In illo, quod mouet se, distingueda est pars mouens à parte mota, non solùm tanquàm forma & materia, vt statim in solutione ad tertium patebit, uerùm tanquàm distinctæ partes integrales, & organicæ, quæ quidem in rebus inanimis dignosci non possunt: ergo id, quod mouet, non est intrinsecum graui. Respondetur ergo ad argumẽtum, quòd grauia, & leuia mouẽtur à generante, etiam tunc quando non est præsens re: satis enim est, quòd sit præsens uirtu- E
te: sicut filius gignitur à patre, quando animatur, tunc enim propriè gignitur, licet tunc pater sit mortuus, manet in uirtute seminis. Quòd si percunctaris, cur ergo animal non mouetur à generante, dum ambulat, postquàm id agit uirtute generantis? Responsum à nobis est lib. 2. q. 1. ubi & hanc rem tractauimus, quòd cum perfectio uiuentis consistat in moueri: tãdiu quippe uiuit, quandiu mouetur: & intentio generantis cessat, quando genitum cõstituit in sua perfectione, ille motus animalis attribuitur ipsi genito: sed quia perfectio & finis leuis & grauis consistit in quiescere in proprio loco, F
intentio generantis est illud illic sistere: & ideo omnis motus quoadusque illuc perueniat, attribuitur generanti: Et per hoc soluitur aliud argumentũ, quod nonnullos malè torquet, neque uerò respondent ad rem. Argumentũ est, quòd tunc sequeretur, dum ignis calefacit, aut comburit lignum, illam actionem transcribendam esse generãti, quin uerò primo creato igni, qui quinque milibus annorum antecessit: nam iste ignis suscepit uirtutẽ ab alio, & ille ab alio, &c. Illatio tamen nulla est: interest enim plurimũ. Nam ignẽ calefacere, est propria perfectio & finis ignis: & ideo dum generans dedit

illam

A illam uirtutem genito, tunc cessauit eius intentio: quapropter motus, quo ignis calefacit extremum passum, attribuitur ipsi igni calefacienti, qua ratione deambulatio attribuitur animali. Et per hoc rursus respondetur Scoto, qui arbitratur Aristo. censere, quòd graue mouetur à seipso. Ait quippe tex. 32. quòd sicut sciens habitu per seipsum potest actu considerare, nisi impediatur, ita ignis, postquàm formam substantialem habet, statim comburit, nisi impediatur, & pariter leue, postq̃ habet talem formam, statim ascendit, nisi impediatur, quia natura eius est esse sursum, unde colligit Scotus, quòd

B sicut ignis per se calefacit, ita & à seipso mouetur sursum. At deceptio, uel sua, uel mea, est, quòd non mediatè cõsiderauit uerbum Philosoph. Dicens enim, quòd natura ignis é esse sursum, sicut ipsum calefacere, docuit discrimen, quòd motus ille sursum, quoadusque fit in loco naturali, nõ est effectus ignis geniti, sed generantis, constituentis genitum in sua perfectione: calefactio autem, quia in ipsa actione consistit suprema perfectio ignis, adscribitur calefacienti. ¶ Ad secundum principale argumentum respondet Philos. tex. 82. quòd proiectum mouetur ab aere circunstante, qui à proiiciente propellitur. Nõ quidem ab aere retro-

C percutiente, ut nonnulli cogitant: nã dum iacio ego manu lapidem, non fe rio aerem intercluſum inter manũ & lapidem: quippe cùm uel nullus sit, uel perquàm tenuissimus, sed ab aere circunstãte subtus & ad latera proiectus: qui quidẽ percussus, ipsum secum rapit. Et q̃ moueatur per antiparistasin, iam super textum iuxta mentem Phi. reprobauimus. At uerò sunt plerique multi, qui vix sibi possunt hanc opinionem Philosoph. persuadere. Primum, quia non uident tantam uirtutem impingi posse aeri à proiiciente, ut possit sagittam, uel aliud ponderosius iaculũ mouere. Secundò, quia aer, neque unciam plumbi sustinere in altum potest: D quomodo ergo poterit ingentem globum tanta uelocitate, perque tantum spatium, nõ modò sustinere, sed & mouere? Et præterea experimur, ualidissimum uentum nonnunquam agitari, qui tamen non ualet lapidẽ seipso mouere, quem quidem nos iactatum mouemus: nõ ergo motus aeris causa est, quæ proiectum mouet, sed iaculator immò impetus. Et confirmatur hęc ratio. Si motus aeris esset in causa, uelocius raperet, ac moueret plumam uel lanam, quàm lapidẽ, aut ferrum: eius nos tamen contrarium experientia docet. Tertiò arguitur. Dum impetuosus aer contra te perflat, si contra eius im E petum lapidem eiicias, uidetur aer tũc non posse à te retropelli, & nihilominus lapis mouetur cõtra eius cursum, ergo tunc lapis non mouetur ab aere, sed à proiiciente duntaxat. Item est argumentum de rota barbitonsoris, quę si postquàm semel fuerit in circulum pulsa, dimittatur, mouebitur in circulum, & tamen aer non apparet sic circulariter moueri: nam à quo moueretur? Tunc maximè, quomodo impulsus non fit in circunferentia rotæ, ubi aer circũstans tangatur à pulsore, sed F in axe, qui est in medio. His, & huiusmodi argumentis multi deuicti docẽt motum proiectorum non fieri ab aere, sed ab impetu impresso ipsi eidem proiecto à proiiciente, uel ab eius machina, in ipso proiectionis momento. Atqui istorum quidam aiunt, non docuisse hoc loco Aristo. suam ipsius opinionem, sed alienam retulisse. At profecto nulla possunt probabilitate sic Arist. illudere: tum quia recitata priori opinione subdit necesse esse sic dicere: tum etiã, quoniam inde infert motum proiecto rum non esse continuũ. Ex quoad considerationem ascendit continui cœlorum motus. Videtur ergo suam affirmare sententiam. Alij uerò nihil formidant eum negare. Sed neq; isti tam ualidum habent argumẽtum,

Ad secũdũ princ. de proiectis.

A tum, ut ei contradicere deberent.
¶ Possumus ergo hisce cõclusionibus litem hanc componere. Prima. Negari non debet, quin iaculator, aut machina, mouendo proiectum, una commoueat & aerem, ut experientia constat, in aqua circulariter ad iactum lapidis commota. Idq; potissimè uerum ostẽditur in sulfureis machinis, ex quibus aer unà cum globo impetuosissimè excluditur. Ob idq; Phi. cùm paulò ante definisset grauia & leuia à solo generante moueri per grauitatem illi impressam, non satis existimauit dicere, quòd proiectum à solo proiiciẽte moueatur: nã cùm proiiciens sit præsens,
B intellexit unà cum proiecto aerem ẽt ab ipso cõmoueri: quod in motu grauium dicere non poterat: cùm generans tunc non adsit ad uerberandum
Conclu. 2. aerem. Secunda conclusio: non solus aer est causa, quæ mouet proiectum, uerum & proiiciens ipse per impetum proiecto impressum. Neque Arist. credendus est hoc dubitasse, sed pro comperto reliquisse ex analogia grauium & leuium, quæ est prima ratio affirmãdi huiusmodi impetum. Nempe, quòd sicut generans graue tribuit illi naturalem qualitatem, quę est grauitas, qua illud permouet usque ad centrum, sic & proiiciens impingat impetum proC iecto, quo ipsum eminus moueat. Vnde & S. Tho. mentis Arist. sedulus exS. Thomæ sedulí exploratoris Aristotelis placiti sententia. plorator. q. 3. de potentia. ar. 11. Et. q. de anima. ar. ibidem. 11. palàm fatetur huiusmodi impetus impressionem in proiecto. Sed scisciteris, nũquid satius est dicere proiectum moueri ab impetu effectiue, quàm à proiicienre remotissimo? Re uera non: quoniam (ut tex. 33. uisum est) ea, quæ non se ipsa mouent, necesse habent moueri à supposito distincto: impetus ergo, quia nõ est suppositũ, non agit, sed est uirtus agentis, putà motoris quinverò passiua, nõ actiua, uerum est uirtus infixa rei motæ: sicuti & de grauitate mõstrauimus. Et confirmatur hæc eadem conclusio ex uerbis Phi. Ait quippe profectorẽ D dare aeri, ut moueatur, & ut moueat. Concedit ergo aeri imprimi uirtutẽ motricem per motum: nam dicit, ꝙ priùs definit moueri, quàm mouere (id quod super textum expositum est) ergo maiori ratione imprimitur uirtus ipsi proiecto, quandoquidem proprius vehementiusque pellitur, quàm aer. Nam si aerẽ, nihil de manu eiiciendo, uerberarem, non tam ipsum mouerem, quàm lapidem, quem eiicio. Secundò in fauorem huius secundæ conclusionis de impetu extant experientiæ inter modò argumentũ allatæ. Prima, quòd si solus aer moueret, nõ moueretur iaculum contra ingentem aeE ris flatum. Secunda de motu rotæ post uiolẽtum tactum axis dimissæ: ubi aer non apparet moueri. Et præterea tertia de proiecta pluma, quæ si à solo aere veheretur, celeriùs quàm sagitta volaret. Est ueruntamen alia experiẽtia, quę attestatur, aerẽ ẽt in causa esse motus. Exgerimur enim sagittam non tanta uehementia ferire obiectũ propinquius, quàm aliquantò remotius: qua propter Arist. 2. cœli tex. 35. dicit, ꝙ motus naturalis intensior est in fine: motus uerò proiectorũ, neque in principio, neque in fine, sed in medio. Huius autem causam inde quidã eliciũr, quòd impetus sagittæ non subitò totF us imprimitur, sed post, uel intendi tur, uel extenditur per sagittam, ut urgentius moueat. Hoc tamẽ non est intellectu facile: quoniam non apparet, elongata sagitta à ballista, à quo impetus intendatur, nam à seipso nõ potest accidens intendi. Et præterea cùm sagitta sit quodam cõtinuum, toti simul impingitur impetus: nõ ergo post extenditur. Et ideo Sanctus Thom. super eundem tex. 2. cœli experientiam hãc meritò tribuit multitudini aeris commoti. Nam cùm una eius portio aliam concitet, atque alia subinde aliam, augetur causa motus. Et eodem tendit mens Alberti, hoc loco dicẽtis, quòd

Nota perpulchrã ac materiã Angelici Doct. Aquinatis rationem de intẽtione motus naturalis ĩ fine, & proiectorũ in medio.

A impetus aeris quantò est in latiori materia, fortius mouet. Quamuis S. Tho. 12.q.75.ar.6. alteram quoque probe adhibeat causam, uidelicet, quòd cùm res quæque appetat se conseruari, fit: ut quo maiori obuiat resistentiæ (dum modo uincere possit) magis. intẽditur eius uirtus: & ideo impetus ipse fugit tæ à contrarietate resistẽtiæ potest intendi: sed quia est ab extrinseco peregrinus, statim incipit debilitari. Et hìc possumus causam colligere, cur uehementius & ad maiorem distantiã proijciamus iaculum proportionatum uiribus nostris, quàm exiguũ lapillũ. Causa inquam est, quod ubi nõ est tãta resi

B stẽtia, nõ est capacitas tãta imprimẽdi impetus, ptopter ea q̃ uires nõ habẽt, in quod se obiectũ satis effundant. Atque hæc etiam est causa, cur pluma nõ tanto impetu uolat. Et præterea quia non est tam apta ad secandum aerem. De motu autem rotę, quamuis referẽdus potissimum sit ad eius ipsius impetum, nihilominus & aer non est negandus rapi una cum rota in circulum: licet forsan (ut alij dicunt) non intellexerit Aristo. circularem motum uiolentum fieri ab aere, sed illũ penitus, qui fit in directum. Motus autem anci

C pitis trepidationis, dũ rota antequàm quiescat ultro citroque uertitur & reuertitur, tribuendus est difformi, inæqualique ponderi partium: nam cùm iam languente impetu, cesset motus, non potest rota sic se fixa sistere, quin partes illuc usq; ascendentes recidant, aliasque alterius lateris eleuent, ac rursus, dum aliæ relabuntur, aliàs subleuant, quoadusque ponderosiores omnes confidant in parte infima. Si autẽ admitteretur tam uniformis rota, ut nulla ex parte præpõderaret, arbitror, ubi uis cessaret impetus, cessaret unà & motus. Nisi (ut alij comminiscũtur) diceres, quòd cùm partes aeris in fronte ad quam tendit motus, condensentur, extincto impetu rotæ, rarefiunt, eamque repellunt ad partem posterio

rem: & iterum alter aer ad anteriorẽ: D quoadusque sit debita aeris rarefactio. Concludamus ergo tam à proijciente per impetum, quàm etiam ab aere moueri proiecta. Id autem, quod Aristotel. subiicit, nempe ob motum aeris motum proiecti non esse continuum, profectò ęgerrime est persuasibile. Equis enim credat sagittam, aut globũ bombardæ motum illum pernicissimum interrumpere. Nisi dicamus sic non esse continuum, quod forsan non est uniformis: cùm portiones aeris (licet nobis insensibiliter) aliis, ac subinde alijs pulsionibus moueantur, uti apparet in undis aquæ.

¶ Veruntamen nonnulla restant dubio E la de huiusmodi impetu. Primum est, an distinguatur à suo subiecto. Ad quod libentius respondebo, quòd sit qualitas distincta, sicuti grauitas, & leuitas: quandoquidem uirtus quædam est agentis præter motum, nam est uirtus, quam mobile mouetur. Hæc enim locutio non esset adeo propria, nisi impetus esset qualitas. Neque propriè diceretur impressio. Est autem in illa specie qualitatis, quæ est habitus, uel dispositio, estque intensibilis, ac remissibilis: contrarietatem habens cum grauitate proiecti: ab illa quippe remittitur: licet altera sit naturalis, altera uerò ab extrinseco. Et ideo nul- F lam præfefert apparentiam argumentum Pauli Veneti: quo vult inferre, si impetus sit ponendus, motum proiectorum esse naturalem: nam tunc passum conferret uim per qualitatem sibi inhærentem. Responsio enim est, quòd passum non confert uim motui per quodcunque principium, quod sibi inhæreat, nisi sit à natura sibi ingenitum: impetus autẽ forinsecus illi adiacet contra eius naturam.

¶ Ad confirmationem de quiete in Ad confir. puncto reflexionis Arist. respõdet, esse necessariam, ut patet à tex. 64. usq; 70. Quod si experientia contra obiiciatur de pila uehementissimè proiecta, quæ

tactu

A tactũ parietis retrouertitur absque ulla perceptibili quiete: respondetur, sensum non percipere subitaneam quietem, nihilominus argumentum est, illic quiescere, quòd si pila esset rubro tincta, intingeret parietẽ, quæ tinctio in instanti fieri nequiuit. Longe tamen pugnantius argumentum est, si sagittæ sursum emissæ occurrat magna moles cadens. Tunc enim palam est, sagittam recidere sub illa mole absque ulla quiete: nam qui admiserit in púcto, quo magnum cadentem lapidem tangit, quiescere, necesse est, ut concedat & molarem illũ lapidem tunc quoq; quiescere, quod non solùm experientia dene-

B gat, uerum & ratio ahborret. Respõdẽt quidã, antequam sagitta pertingat ad lapidem, detineri tantisper ab aere, qui impetu coactus descendit sub lapide. Neque obstat aliorum argumentum, videlicet, ꝙ sagitta infigeretur in corpus quod cadit, sic esset lignum. Nã respõderent alij, quòd infigitur cùm cadens lignum tangit quiscentem sagittam. Attamen si ponatur tunc incipere descensum lapidis, quando sagitta deberet quiescere, non potest dici, quòd ab aere, qui nondum mouetur, detineatur. Igitur cui hęc non satisfacit solutio, necesse est respondeat cum Egi-

C dio super tex. 65. (quem plerique hoc loco sequuntur, sicut & ipse alios se antiquiores) quòd cũ Aristote. docet, id quod mouetur in púcto reflexionis quiescere, intelligit quod per se quiescit, hoc est, quando deficiente impetu, sequitur motus naturalis, aut quando graue caderet motu naturali, & repercuteretur à terra quiescente, quando uerò per accidẽs reflectitur ad motum alterius superiori uirtute occurrentis, nunc non est necesse quiescere quiete propria, imò idem numero instans extrinsecè terminat utrumque motum. Est, inquam, primum quo non ascendit, & primum quo non descendit. Itaque usque ad illud extrinsecum instans ascendebat, & inde etiã extrinsecè descendit. Haud quippe do ultimum instans esse ascensus: nam alias, cum illic motus rumpatur, daretur ultimum instans esse motus, quod lib. 5. demonstratum est impossibile. Illa ergo non potest dici quies, sed instantanea motus incisio. Et hoc satis est ad propositum Aristo. constituentis, nullum motum rectum posse esse perpetuum. ¶ In tex. autem. 69. ad hoc propositum miscuit sermonem de generatione, nempe quicquid generatur, incipere esse per primũ sui esse, & quicquid corrumpitur, desinere per primum non esse: quæ quidem non sunt duo, sed unum instans, sicuti modo diximus de instanti, quo intersecantur ascensus & descensus. Huius autem examen ad primũ de generatione spectat. ¶ Subsequitur, ut ad tertium principale argumentum respõdeatur, quæ Ad 3. prin. responsio ex positionem requirit sententiæ Aristo. qua ait, tum tex. 20. tum etiam & 40. id, quod seipsum mouet, diuidi in partem per se mouentem, & partem per se motam, propterea ꝙ cùm mouere, dicat actum per formã, quæ iam habetur, moueri autem receptionẽ formæ, qua res caret, quæ duo inter se ex diametro pugnant, fieri nequit, ut res aliqua secundũ se totã moueat & moueat. Supponamus ergo ex F tex. 20. & ex. 50. animalia esse, quæ se ipsa mouent. Sunt autẽ multi, qui arbitrãtur partẽ per se mouẽté esse animã, partẽ uerò per se motã esse materiam: quod si ita nudè intelligat, à uera Phi. est alienũ. Notandũ ergo est, id, qđ mouet propriè, & mouetur, neq; esse formã, neq; materiã, neq; uerò partiũ ullã, sed totũ cõpositũ: nam actiones inquit Aris. 1. de aĩa tex. 64. non sunt nisi suppositorum. Anima enim non texit, aut ędificat, sed homo. Neque materia primò augetur, aut calefit, sed homo. Et ratio est, quia, agere, nascitur ex eo quod est esse: & ideo res, quæ propriè existit, illa est, quæ propriè agit & patitur. forma autẽ inexistit materia ve-

A rò subſtat formæ. Atqui accidentia ſecundùm Ariſtotelem non in materia prima, uerùm in toto compoſito recipiuntur. Igitur cùm quærimus partem per ſe mouentem, non intelligimus, illam mouere, ut, quod, tanquàm ſuppoſitum, ſed ut, quo tanquàm primũ principium, quo fit motus. Et quando inquirimus partem per ſe motum, non quærimus id quod mouetur, ut, quod, ſed quod eſt patiendi ratio. Reſpõdetur ergo ad quæſtionem, quæ in replica tangitur per tres cõcluſiones.

Conclu. 1. Prima pars per ſe mouens tanquàm primum principium quo, non ſolùm in animali, uerùm in omni uiuenti,

B (ut plantas etiam comprehendamus) eſt anima, qua ratione eſt actus corporis Phyſici: Concluſio eſt nota, quia mouere dicit actum: actus autem ſubſequitur eſſe rei: ergo per id, per quod res actu ſit & conſtruitur in ſua ſpecie, habet & operari: illud autem eſt anima: ergo. Quin verò ideo anima dicitur actus corporis Phyſici organici. &c. (ut habetur 2. de anima text. 4.) quia eſt pars per ſe agens. Secunda

Conclu. 2. cõcluſio. Pars per ſe mota eſt corpus, putà materia, non quatenus nuda cõſideratur abſque forma, ſed quatenus eſſe recipit corporeum à forma, aut uegetabile, aut ſenſibile. Illi, qui

C multiplicant plures formas in compoſito, dicerent, quòd per uegetatiuam mouetur corpus Phyſicum motu argumentationis: per ſenſitiuam uerò motu ſenſitiuo. At uerò quoniam reuera una eſt tantum ſimplex forma in uiuente, quæ dat illi corporeum & uegetatiuum, ut plantæ: & præter hos, ſenſitiuum, ut bruto: & præterea rationale, ut homini, dicendum eſt, q̃ ab eadem mouetur omnibus motibus. Eſt igitur in uiuentibus conſiderare plura motum genera. Primum eſt elementorum, ut calefieri, frigefieri, &c. & illorum poſtquàm omnino ſunt ab extrinſeco aere, quibus ideo animal nõ ſe ipſum mouet, ſed tantũ ab alio mouetur, non opus eſt ſcrutari partẽ per

D ſe mouentem: quia totum patitur. Alij ſunt motus uegetatiui, in quibus pars per ſe mouens eſt anima, quatenus uegetatiua. Et pars tunc per ſe mota eſt materia, quatenus organizata capax ẽ uitæ uegetatiuæ. unde in illa definitione. 2 de anima. Anima eſt actus corporis Phyſici organici potentia vitam habentis, uiſus eſt mihi ſemper Ariſ. ocultiſſimè deſignaſſe, ac decreuiſſe partem per ſe mouentem, & partem per ſe motam. Sed ſunt præterea in anima li perfecto alij motus naturales, in quibus eorum uita conſiſtit: ut actio calidi in humidum, palpitatio cordis, in-

E ſpiratio & reſpiratio. Et iſti quodammodo tribuuntur generanti. Etenim ſicut ignis natura ſua fertur ſurſum & graue deorſum, ſic & natura ſua animal mouetur his motibus. At quia perfectio animalis non in quiete, ſicut perfectio elementorum, ſed in his motibus conſiſtit, his etiam motibus mouet ſeipſum animal ſicuti & motu nutritionis & augmentationis: & ideo etiam in his anima eſt pars per ſe mouẽs, & corpus (ut dictum eſt) pars per ſe mota. Sunt præterea & motus ſenſuum in quibus animalia, quatenus eſt ſenſitiua, eſt pars per ſe mouens, & corpus ſenſibile, putà materia quatenus

F habet eſſe organicum & uitam ſenſitiuam, eſt pars per ſe mota. Et qua parte eſt appetitiua, eſt pars per ſe mouens in motu locali, qui fit per appetitum, & pars per ſe mota eſt corpus, inquantum organis uiget aptis ad eiuſmodi motum. At uerò ſecundùm quod eſt anima intellectiua, quia poteſt ſeparari à corpore, & abſque eius dependentia intelligere, non dicitur pars per ſe mouens reſpectu corporis: niſi ea ratione, qua per intellectum & uoluntatem unà cùm apprehenſione ſenſus mouet corpus ad motum aliquem & negotium particulare. Per hæc clarescit mens Philo. qui. 1. de anima conſtanter diſputat contra Platonem, &

alios

A Phi. qui docebant animam seipsam per se moueri, propterea quòd mouet: credentes quòd nulla res posset mouere, nisi per se priùs mota. Cõtra quos docuit Aristote. non esse necessarium, ut quicquid mouet, moueatur: ut patet de primo motore. Quocirca anima non per se mouetur, sed per accidens ad motum totius, uel motum locali uel augmentationis, & alterationis, &c. Quò fit ut neque affectionibus spiritualibus moueatur per se anima, sed totum: ut gaudio, mœrore, iracundia, misericordia, &c. Omnes enim huiusmodi affectus fiunt cum aliquo motu corporali sanguinis ad cor, uel
B corde: & ideo sunt passiones non tantùm animæ, sed totius coniuncti. De similibus autem effectibus, qui sunt in anima separata, alia est ratio. Possumus autem hic adhibere tertiam conclusionem. Si loquamur de principio motus, quod ueluti organum, pars per se primo mouẽs integralis, est cor secũdùm Arist. ubi spiritus uitales generantur. Quod si rem altiùs cõtemplari lubet, in anima etiam ipsa intellectiua quodammodo distinguitur pars per se mouens à parte per se mota: quæ quidem distinctio sumitur in eadem anima secundum diuersas potentias & actus. Vt anima per intellectum mouet se ad amãdum & per appetitum ad de-
C præcandum, & per appetitionem finis mouet se ad uestiganda media, unde in consultatione primum figitur intentio finis, & inde proceditur ad conquirenda media. Sed hæc iam lineam Physicorum egrediuntur. Vide apud S. Thom. 1.p.q.18.artic.3. quinque gradus mouentium seipsa. Ad replicam ergo respondeatur negãdo partem per se, mouentem esse animam, aut partem per se motam esse mate-
Ad 4. pri. riam. ¶ Argumentum quartum duplicem tangit materiam. Prior est: an sit processus in infinitum in motricibus causis, de qua in quæstione proximè sequenti. Posterior, utrũ esto nõ sit processus in infinitum, deueniendũ sit ad D
unũ primũ mobile, quod seipsum moueat, an uerò ipsum primũ mobile nõ moueatur nisi à mouente, q̃ sit immobile. Tetigimus autẽ particulam huius dubitationis lib. 2. q. 1. quã & S. Tho. 1. p. q. 70. art. 3. refert nempe an Ari. fuerit illius mẽtis, q̃ cælũ moueat seipsũ. Et punctũ in hoc consistit, quod mouere seipsum, nõ põt nisi id, quod cõpositũ sit ex materia & forma, quę qui dẽ forma sit principiũ actiuũ motus ipsius, ita ut inhæreat mobili, sicuti anima uiuenti, unde quicunque hoc dixerit, dicere subsequenter uincitur cœlũ esse animal. Et quidẽ adeo uiguit Athe-
E nis placitum hoc, ut, referente Augu. 8. de ciui. Dei, factus reus fuerit in senatu Anaxagoras, eò q̃ negauerit, solem esse animantẽ. Et ut illic refert S. Tho. Platonici fuerunt in eadem sententia. Quin uerò Augu. super genesin & in enchiridio dubius mansit. Et Hieron. y. in partem affirmatiuam inclinauit. At uerò nullo est pacto credibile (ut illic optimè docet doctor Sanctus) q̃ uel Plato, uel Arist. & multo minus Hieron. uel Augus. senserint, spirituales substantias cœlorum motrices, sic informare cœlestia corpora, ut animalium formas, ita ut essent propriè animalia. Sed Comment. in de substantia orbis,
F & 12. meta. com. 41. nescio quam cõmentus unionem intelligentiæ cum cœlo, ansam exhibuit, ut hæc nota inurereꝛ Arist. Qua de causa apud multos malè audit. eò q̃ dixerit cœlum esse animal. Est enim hoc non solùm cõtrarium nostræ fidei: quare neque suspicandum est id cogitasse, nec Hieron. nec Augustinum uerum nec Phi. naturales. De fide non est dubiũ, quin duas tantum doceat naturas: puta humanam & angelicam à materia separatã capaces gloriæ: anima ergo cœli non posset esse intellectualis: alias esset uisionis Dei capax: dicere autem, quòd tales animæ essent irrationales, imprimis est contra Aristote. qui eas censet

A substantias esse intelligibiles. Et præterea ex diametro pugnat cum ratione naturali: nam cùm cælum ab omnibus asseratur esse ꝑpetuũ, esset tũc animal immortale, idéq; brutum. Et præterea cùm neq; cælũ neq; astra (ut. 1. de cæ. tex. 50. docet Aris.) nulla habeãt, organa motus, neq; verò ulla vgeãt anima lis figura, aut sensu, quisnam delirus il-la asserat esse animalia. Haud ergo ullo est modo, uel secundùm fidem, uel secundum Physicam scientiam de hac re hæsitandum: sed omni proculdubio confitendum, nullum cœlorũ esse animal. Immo uerò neq; de Arist neq; de sapientium ullo arbitrandum est in ea

B fuisse opinione. Et de Arist. sunt inelu ctabilia testimonia. Ait enim. 12. meta. tex. 36. quòd primum mouens mouet sicut intelligibile & concupiscibile: nempe sicut obiecta, quæ nullatenus ipsa mota, mouẽt potentias. Et addit, quòd neque est mobile per se, neq; per accidens. Et in toto hoc lib. 8. hoc per seuerauit docere, quòd primũ mouẽs est immobile per se, & per accidens: sic, ut neq; sicuti anima moueatur per accidens ad motũ sui mobilis: id quod expresse affirmat tex. 46. & tex. 83. Nã aliud moueri per accidens planetarũ explicuimus comment. 52. Et quod de primo mouente affirmat, id & de cæte

C ris motricibus intelligẽtijs docet, quarum singulas singulis orbibus accommodat: ut patet eodem loco. 12. meta. tex. 43. At uerò si intelligentiæ informarent cœlestia corpora tanquam animæ, impossibile esset, quin mouerẽtur per accidens ad motum cœlorum. Præterea eodem. 12. meta. motrices causas cælorum appellat substantias separatas aperte docens, non esse actus corporum. Et præterea arguitur, cùm cœlo nullus alius competat motus, quàm localis, neq; aliud prorsus opus uitæ, nulla ẽ necessitas Physica, ut causa mouens inhæreat illi, sed satis est ei applicari contactu uirtutis motricis ueluti angelus applicat̃ loco. In summa Aris. hic tex. 29. ait, mouere seipsum, pro- D prium esse animaliũ, in quã sententiã citat eum S. Tho. 3. p. q. 32. artic. 4. Faciunt tñ dubiam eius mentẽ nonnulla loca sua, ubi uidetur astruere, primum mobile mouere se ipsum. Imprimis in hoc lib. tex. 34. proponit ordinem mobilium reducere ad unum, quod seipsum mouet: ꝙ esse nequit aliud, quàm primum mobile. Et tex. 50. concludit in processu mouentium, quæ mouentur, deueniendum esse ad primum mobile, ꝙ se ipsum mouet: licet simpliciter in ordine mouentium sit deuenien dum ad primum motorem immobilẽ. Idq; repetit tex. 60. Et. 2. de cælo tex. 13. apertè ait cælum esse animatũ: idemq; E & tex. 61. resumit dicens, ꝙ cœlũ participat uita: estq; uiuens. Ad hæc autẽ respondendum est cum S. Thom. loco supra citato. 1. p. q. 70. ꝙ Aristo. nihil aliud uoluit, quàm ꝙ cœli non mouẽtur à suis motoribus ueluti grauia & leuia à generante: nam hæc mouentur à re absente per uirtutem ipsius insua ipsarum generatione impressam: cœlestia uerò corpora mouentur à causis intellectu apprehendentibus rationẽ mouendi, uolentibusq; mouere: quæ idcirco causæ ideo mouent præsentes tangẽtesq; sua uirtute mobilia, ob id que quodammodo mouent, sicuti ani F mæ. Et ideo tex. 43. (ut illic notabimus) dixit, ꝙ mouentis se ipsum pars mouens & pars mota uel debẽt se inuicem tangere, dum ambæ sunt corpora, uel una alteram, propter cælũ quod intelligentia tangit: non aũt ab eo tangitur: quia spirituale nõ tangitur à materiali. Atq; hac ratione ait. 3. de trini. Augu. corpora oĩa administrari à Deo per spiritũ uitæ. Et sic glossaudus ipse est, & pariter Hiero. ficubi usi fuerint uitã tribuere cœlo. Nã de Platone nulla est ambiguitas, qñquidem ipse nusquã asseruit cælũ se ipsum mouere: sed animã cæli astruebat esse primũ se ipsum mouẽs, mõ expositio super tex. 34. ut in Phœdone cõpertũ est: ubi nullũ

diuisi-

A diuisibile ponit se ipsum mouere. Qui uerò inde infert aïam esse indiuisibilẽ & æternã, ꝙ se ipsam mouet inde pendenter à corpore. Neq; uerò censebat motorẽ informare cœlũ, tanquàm aniмã: sed moueread modũ animæ. Opinabatur.n. animã per se moueri, & eò modo, quo se intelligendo mouet, puta circulariter uel rectè, sic mouere ꝙ priũ corpus. De qua re fuit ab illo dissentiens Arist. ut proximè dicebamus. Quin negauit aïam moueri per se, sed aiebat tm moueri per accidens ad motũ corporis: quia nõ mouet illud per nudã intellectionẽ, quæ propriè nõ est motus, uerũ per appetitũ sensitiuũ, &
B corporea organa. Qua itidẽ rõne primus motor oino est immobilis. Quin verò i omni gñe motus primũ mouẽs ẽ immobile, ea spẽ motus, qua mouet: quod perdoctè cõsiderauit S. Th. 3. p. q. 22. ar. 4. Nã sol illuminãs, nõ illuminatur: neq; ignis calefaciẽs calefit. Hoc igitur pacto itelligẽda sunt Arist. loca, quæ uideatur contraria. Præsertim ꝙ loco illo citato. 2. cçl. tex. 61. legitimus tex. non habet, ꝙ corpora cçlestia sint viuẽtia, sed ꝙ oportet ea existimare, ac si participarent actione & uita. Et tex. 13. ob id dũtaxat uocabit ea animalia, ꝙ sicut in animalibus dextra pars est,
C unde incipit motus, ita dextrũ cçli est oriẽs, unde, si cœlorũ motus cessaret, inciperent rursus moueri. Ex his ergo colligitur, ꝙ mẽs Arist. nunq; fuit reducere ordinẽ eorũ, quæ dũ mouent, moueantur, ad unũ primũ, quod se ipsum moueat: sed hoc dixit secũdũ Platonẽ, qui dicebat motorẽ cœli seipsum moueret. Et ideo tex. 50. post hæc uerba in animalibus tm & animatis exẽpla eorũ posuit, q̃ mouẽt se ipsa. Igitur cũ duo possint cogitari ordines: alter eorũ, q̃ mota mouẽt alter eorũ, q̃ simpliciter mouẽt, prior reducitur ad unũ primũ mobile, quod mouetur ab alio, qđ est ꝑ se propriè immobile motu Physico posterior uerò ad unum primum mouentem simpliciter immobilem.

Tex. xliij. Manifestũ est igitur ex his, quod D
est primum mouens immobile.

Quæstio Quarta.

VTRVM PRIMVM MOuens sit immobile, idemq; unũ.

PARTE negatiua prioris membri quęstionis est argumentum, Deum esse mobilem: quia qñ mundum creauit, cœpit esse in loco, ubi antea nõ erat: cælũ enim, inquit, & terrã ego impleo Hie. 23. incipere autẽ esse in loco nouo, est rẽ moueri: ergo Deus mo E
uetur Secundũ argm̃ est, ꝙ saltem per accidens moueatur. Est enim Aristot. Axioma. 2. Topico. ꝙ motis nobis, moueantur omnia, quæ in nobis sunt, ut moto corpore moueatur anima: Deus aũt est in cçlo, quod mouet, fit ergo, vt moueatur & ipse. Tertio arguitur. Si Deus esset immobilis, secundũ locũ esset maxime, qa est spiritus: sed angeli, qui spiritus sunt, mouentur secundum locũ: leguntur enim angeli crebro cælitùs ad terrã missi, ut ad Abrahã, & ad virginẽ Mariam: ergo uel uetat substantiam spiritualem uerè moueri. Quarto F
arguitur ex commentatore, qui com. hic tenet contra Christianos Deũ moueri secundùm intellectũ & volũtatẽ. Deus suam primus essentiã cognoscit, & per eã res creatas ergo est in eo aliqua discursus imago: discursus autem, motus quidam est: ergo mutatur secũdum intellectum. Et de uoluntate adhibetur. Quintum argumentum. Voluntas eius est omnipotens, cuius nutui parent uniuersa: ergo quando res est, tunc vult esse, & quando non est, tunc non vult eam esse (.v.g.) quando dixit fiat lux & facta est lux, tunc uoluit eam esse, quam antea esse noluerat. Et pariter quando ego scribo, uult me scribere, & quando cessо, non uult me ampliùs scribere: qui autem vult aliquid, quod antea

A nolebat, habet uoluntatem mutabilé, unde quoniam hæc omnia inferiora eius sapientia fiunt, ac disponuntur, quæ tamen inferiora in continuo sunt motu, dicitur de eadem ipsa sapientia Sapien. 7. quòd est mobilior omnibus mobilibus. Contra secundum mẽbrum quæstionis arguitur postremò. Vnum est principium numeri: in Deo autem nullus est propriè numerus, ut pote in quo nulla est quantitas molis, ex cuius diuisione enascitur numerus: ergo si dicas, esse illic unum, quòd cũ ente conuertitur, arguitur cõtra, quia illa unitas dicit priuationem indiuisibilitatis: in Deo autem nulla est priua-
B tio: ergo. In contrarium est Arist. qui tex. 44. & 45. concludit primum motorem esse immobilem: & ex. 48. esse unum.

¶ Cvm liber hic circa mobilia & mouentia versetur, & de mobilibus & motu, tres iam quæstiones dederimus absolutas, cõuenit ut & de primo motore duas præterea adhibeamus. Quinque etenim definit in hoc octauo libro Aristoteles de natura primi motoris, uidelicet quod sit immobilis, perpetuus, unus, & infinitus, & ideo indiuisibilis. Primum & Tertium breuitatis gratia propter eorum affinitatem disputabimus in hac quæstione:
C tria uerò reliqua, quæ pariter sunt cõnexa, in quæstione sequenti. At uerò de Deo duplici methodo disputatur, uidelicet, & naturali, & supra naturali. Atqui posterior hic ad theologorũ spectat facultatem. Prior autem est etiam bipartitus nam exacta Dei cognitio à Metaphysica scientia perenda est, in cuius 12. libro absolutius atque luculentius ediserit Philosophus de eius unitate, deque eius altissimis atque innacessis attributis. Ad materiam ergo huius octaui Physicorum illa rei sola pertinet cognitio, quæ per motum haberi potest. Haud tamen possumus unam tantum uiarum ingredi, quin reliquas obiter attingamus. Duo ergo sunt huius quæstionis articuli: ad quorum priorem respondetur unica conclusione. Deus est omnino immobilis. Quod autem dico, omnino, omnem, quæ excogitari potest speciem, quin uerò effigiem motus excludit. Itaq; nec est mobilis generatione ulla, aut alteratione, aut quapiam localis motus specie earum, quæ lib. 7. tex. 10. recensitæ sunt. Nec uerò mouetur per se, aut per accidens. De motu enim tãtùm corporeo locutus est hic Aristoteles. Sed, ut accessionem nos ad ipsum faciamus, neque ullo spirituali motu secũdùm intellectum aut uoluntatem mutabilis est. Demonstrationem autem Aristot. huius conclusionis ex solo motu loca-
E li extruit. Suppositã. basi illa in principio septimi & text. hic 28. omne, quod mouetur, ab aliquo mouetur: hunc construit syllogismum. Experimur in hoc mundo multa moueri: igitur uel omne, quod mouetur, mouetur à se, uel ab alio: non à se omnino: ergo ab alio. Minorem autem eleganter sane probat tex. 40. & deinceps: nam id, quod mouetur, necesse est esse in potentia, hoc est, carere illa forma, aut loco, ad quem mouetur: res autem, quæ mouet, necesse est esse in actu: nihil n. calefaceret, nisi, uel re, uel uirtute calidum esset: actus uerò & potentia ex
F diametro repugnat, neq; esse possunt in eodem subiecto: ergo idem secundum se totum non potest unà esse moues & motũ: ob idq; oportet, ut quod se ipsum mouet, duas contineat partes, quarum una sit mouens, & altera mota: sit ergo, ut quicquid mouetur, moueatur ab alio à se distincto, uel secundum rationem suppositi, uel secũdum partis. Tunc sic. Si omne, quod mouetur, mouetur ab alio, uel illud aliud mouetur ab alio, & aliud rursus ab alio, & sic fiet processus in infinitũ, processus autem in infinitum est omnino repugnans motui, nam cùm in essentialiter subordinatis primũ magis moueat, quàm reliqua (ut ait tex 33.

D 1. Concl.

fit,

A fit, ut primo non mouente, nullus sequatur motus: infinitorũ aũt nullũ est primum (ut ait tex. 34.) ergo admisso processu in infinitũ, nullus fieret motus. Hoc igitur syllogismo concludit deueniendũ esse ad primũ, quod non mouetur ab alio, sed uel à se, uel à nullo. Si autem dederis à se moueri, tunc necesse ẽ (ut dicebamus) assignare partem per se mouentem distinctam ab illa, quæ mouetur: & tandẽ deueniendũ est ad unã, quæ sit purus actus. Etenim si a. (v.g.) pars est mouens, uel illa rursus secatur in mouẽtem & mobilem', uel non, si secundũ dederis concedis illam esse purum actum si primũ, quæ-
B ram rursus de illa parte mouente, quoadusque perueniam ad purũ actũ. Quã doquidem nullatenus est infinitũ procedendũ. Hucusq; uidetur Ari. demonstratio progressa, nusquam tñ in hoc octauo uisus est perspicuè & lucidè in de colligere unũ primum motorẽ per se subsistentẽ. Attamen si penitus mẽs eius inspiciatur, profecto (quantùm mea fert coniectura) argutè id demonstrauit, postquàm syllogismus cõuincit, deueniẽdũ esse ad aliquod mouẽs, quod sit purus actus, si. binde demonstrauit, illud non posse esse partẽ. Nam pars in compositionem uenit, compo
C sitio aũt manifestè dicit actum & potentiam, quæ puro actui repugnat. Igitur si non est pars, erit per se subsistẽs, quin uerò ipsa per se subsistentia. Atque hoc arbitror apprimè considerandũ ad uenandam Arist. mentem. Hæc autem demonstratio non tantũ de latione secundùm locum procedit, uerùm & de oĩ genere corporalis motus, in quo aliqua sit ratio potentię. Accedit autẽ & singularis ratio de motu quocunq;, quo rei generatio aut corruptio fit. Est enim per se notissimum primũ ens esse ingenerabile. Nã cùm quippiam à seipso generari, manifestã secum inuoluat contradictionem, si primũ ens per se nõ esset perpetuum, nullatenus excogitari posset à quo ge-
D neraretẽ: & ideo ab omni est exemptũ corruptiua passione. Sumitur prẽterea & alia demonstratio ex illo principio, ꝙ cùm uideamus rerum omniũ alias esse alijs præstantiores, necesse est ad unum simpliciter perfectissimũ conscendere, quod omniũ generũ sit mensura, & causa, atque adeo omnium expers peregrinarũ passionũ, quæ ab inferioribus possent illi impingi. Veluti ignis, eò ꝙ ẽ calidiorũ oĩum summus, neutiquã potest ab alijs calefieri. Sed ut ad primã argm̃ respõdeatur, singularis ratio quare Deus non est mobilis secundũ locũ, nec de per se, nec de p
E accidens sumitur ab eius infinita essentia. Inde enim habet, ꝙ non sit diffinitus loco non tm̃ dico, ꝙ nõ sit circũscriptus: nã circũscribi, est cõditio corporis: & ideo neque angeli circunscribunt, aut mẽsurant loco. Sed qđ dico neq; diffinit loco: Quod est dicere. Nõ sic est in loco, ut ratione illius existentię repugnet similiter esse in quocunque alio. Immò sicut sol dum obiectiuè est in oculis meis, non repugnat simul esse in alijs oculis: & sicut sono nõ repugnat simul audiri à multis, ita Deus sic est in cælo, ut pariter suapte nam sit ubique: atq; adeo simul posset esse in rebus omnibus, ẽt si essent infinita. Ex quo sequit, ꝙ nequit moueri: nam quòd omnem replet locum, nec
F locum mutare potest. Deus ergo cępit esse in cœlo, nõ ꝙ ipse mutatus est, sed ꝙ cœlũ ab ipso factũ est: quia nulla res esse potest, nisi. Deus sit in ea. Et ideo neque moto cęlo ullo pacto mouetur ipse. Secus aũt de animę natura, quæ licet in nulla sit parte corporis diffinitiuè, eò ꝙ simul ẽ in omnibus, est tñ diffinitiuè in toto corpore. Ac pari mõ angelo cõuenit esse in loco diffinitiuè. Nã sic est in uno loco, vt simul nõ sit in pluribus diffiũctis. Et ideo dũ ad terras descẽdit (ut ait Damascenus) nõ est simul in cęlo. Igitur respõsio ad tertiũ argumẽtũ est, Deo nõ ideo præcise ꝙprium esse, ut sit immobilis, quia spiri

tus

A tus, est: sed quia infinitus. Motores autem cęlorum, si suis mobilibus unirẽtur, ueluti nobis animæ, consequens fieret, ut per accidens mouerentur, sicuti animæ nostræ motis corporibus: at quoniam (ut superiori qõne monstratũ est) non illis cõiunguntur, ut formæ, sed extenus ut moueant, fit, ut neque per accidẽs moueant ad motũ cęlorũ. Cui uerò parti orbis assistant, docuit Phi. text. 84. ubi ait qđ motor orbis non est in eius centro, sed in circũferẽtia. Neq; uerò intelligit, motorẽ vllum pp primũ ad esse secundũ substantiã totiꝰ circunferentię, & cuilibet eius parti, sicuti anima adest singulis partiũ

B corporis: qm̃ unus angelus, qui finita creatura est, non posset secundũ substãtiam tã uasto assistere loco, ut cuilibet assisteret parti. Neq; uerò (ut S. Sho. 1. p. q. 51. & 52. autor est) intelligẽtia aliquã sibi partẽ orbis uendicat, quæ nũc est in oriente, & postea in occidenti: nã aliàs moueretur ad motũ orbis, sicuti dũ inter nos mouẽt assumpta corpora: sed est in dextra parte cœli, puta in oriente: unde cœlum mouet, in quo ideo toto est duntaxat secũdũ uirtutẽ.

¶ At uerò de Deo secundũ intellectum & uoluntatẽ tractare, quẽadmodũ secundũ hæc est omnino immutabilis, lineas Phi. longe transcẽderet. Satis er-

C go est superiores rõnes ad hanc quoq; conclusionẽ extendere. Enimuerò usque adeo est purus actus, ut nulla i eo excogitari possit potentiæ ratio. Quapp neq; species ullas à se distinctas recipere ullo mõ põt neq; actũ intelligẽdi, sed per suã simplicissimã essentiam & se ipsum intelligit, & reliqua uniuersa. Conclusionẽ hãc præfatæ rõnes cõmonstrãt. Primũ si tales hꝛet, species, uel actus à se distinctos, illa essent eius accidentia. Tunc sic arguitur uel à sua essentia essent producta, uel ab alio: nõ ab alio, qm̃ sicut repugnat suæ essẽtię ab alio gigni, ita & quippiã aliũde mẽdicare: Nã tunc eius perfectio formę eius illi aduenire, qui intelligere. n. perfectio rei est. Et præterea sicut ipse est perfectus, ita qcqd in illo est, alias eẽt mutabilis: nil ergo aliũde recepit. Qđ illa accidentia à sua essentia non producant, probat. Nã cũ recipere, potẽtiã dicat passiuã quasi materialẽ, producere aũt actiuã & formalẽ, necesse esset i essentia Diuina duas distinctas rõnes distinguere, quasi materiæ & formæ, quæ eius simplicitati repugnant. Est ergo Diuina essentia eminenter omnia, ac ueluti omniũ, speculum, per quam adeo Deus & se ipsum prius natura intelligit, & se intelligendo cuncta cognoscit. Quocirca quamuis res tempore succedant semper sunt tamen ei

D præsentes. Enimuerò ab æterno decreuit mundum condere eo tẽpore, quo condidit & res cunctas seruare tempore, quo sunt, & non seruare tempore quo non sunt. Et ideo nullus in eo discursus est. Non enim per essentiam suam cognoscit creaturas, sicuti nos ex principijs elicimus conclusiones. Sed simplici intuitu in sua essenita uidet omnia, sunt effectus in sua causa, non solum efficienti, sed exemplari, & (quòd Græci aiunt) in sua Idęa. Quapropter cæcitas fuit cõmentatoris cõmento citato non posse mente cernere quomodo possit Deus ex tempore

E res efficere ac mutare sine recenti ulla acnoua cognitione. Quod si Plato sic intellexit primum mouens mouere se ipsum pari errore cęcutiuit. Aristo. enim. 12. Meta. tex. 51. non minùs apertè quàm Theologi asseruit, quòd Deus se ipsum, & omnia per se ipsum intelligit, estque sua essentia intellectio. At qui ut ĩtellectus eius immutabilis est, eadem ratione & eius uoluntas. Quicquid enim unquam uoluit, in suaque futurum est uoluntate, ab æterno semper uoluit. Vt mundum edere tempore, quo edidit, & reliqua omnia mutare, & gubernare pro suis cuiusq; tẽporis articulis & momentis, quibus & generatione aduenium, & corruptione abeunt. Sed hæc iam lineã prę-

F sentis

A tis loci prætereunt. Ex his denique fit consequens, sic Deum esse immutabilem, ut illi sit hoc proprium. Nam ut corporea missa faciamus, quæ compertissimum est cuncta esse mobilia, atque animas nostras, quę motis corporibus mouentur. Spirituales etiam angelorum substantiæ mutabiles sunt omnino. Nō quidem eo prorsus modo, quo res materiales: nam res istæ corporeæ sublunares sunt quidem naturaliter mutabiles secundùm substantiam propter naturalem materiæ appetentiam alterius formæ, quæ appetentiū, cùm non sit in materia cœlorum duntaxat mouetur secundum locum. Angeli ve
B rò à materia omnino alieni in generabiles quidem sunt, & in corruptibiles, atq; adeo suapte natura perpetui. Atta men secundum obedientiam, quæ in ipsis est, & potentiam, quæ est in Deo, sicuti ex nihilo & supra naturam creati sunt, ita possunt & ī nihilum redigi. Et præterea in eis quoddam genus motus secundum intellectū, quatenus inferiores à superioribus illuminantur, & secūdum uoluntatem, quatenus per electionem mediorum rēdunt in finē. Sed de his nihil ad præsens negotium.

¶ Secvndvs articulus quæstionis est de unitate primi motoris, ad quem altera conclusione respondetur. Deus
C est maxime unus. Conclusionem hāc, qua fides nostra prædicat, Ari. tex. 48. duabus rationibus probat. Prima est illa peripateticorum maxima, Frustra fit per plura, quòd fieri potest per paucio ra: motus aut uniuersi ad unum principium reduci possunt: ergo unum sufficit principiū. Altera ratio sumitur ex continuate motus. Experimur enim in his inferioribus, semper esse motus, quorū alij, aliis succedūt, continuatio aūt, quæ ex pluribus cōstat, per accidēs est illa uerò, quæ sunt peraccidens, reducēda sunt ad illa, quæ sunt per se: ut omnia calida reducēda sūt adignē, qui est oīū principiū. Necesse est ergo deue nire ad unū primū mobile, q uno p se continuo motu mouentur: unū autem D mobile ab uno primo motore mouetur, ergo. Simili rōne uetitur. 1. de cęlo tex. 90. & 12. meta. tex. 49. Verū ħ p- spicatoribus alius rōnibus cōfirmatur eadē cōclusione. Prima ē illa supra tacta, q exipo Dei noie sumīt. Est. n. deus purus, ac summus actus, oīm in se pfectiones eminentissimè continēs: at uerò si duos admiseris Deos, necesse est aliquid in uno existere, per q ab alio di stinguatur. Nam indiuiduū est, (secūdū Porph. cuius collectio proprietatū nū quàm eadem in alio erit: id autē debet esse ad perfectionē pertinens: igitur si eadem re altercaret, non erit summè perfectus, & ideo neque Deus. Alia ra- E tio sumitur ex eius omnipotentia. Et enim si duo sint Dij, respondendum est, quò ad suos effectus cōcurrunt. Nā si concurrunt tanquām duæ causæ, uel altera est alteri subordinata, & tunc illa, quæ subordinatur, non est prima, atque adeo nec est Deus: si autem ex æquo concurrunt per modum unius, tunc uel una per se sufficeret, & tūc alter Deus esset superuacaneus, quòd à natura Dei abhorret. Si autem neuter per se sufficeret, neuter esset omnipotens, qua utrique ratione neque esset Deus. Eadem pene demonstratio sumitur ex ratione finis. Deus enim notione sua docet esse ultimū omniū finē, F duo autem fines supremi esse nequeū, ergo neque duo Dij. Minor patet: quoniā uel unus ordinatur, referturq; in alterum, uel secus: si refertur, ergo non est Deus: si autem neuter refertur in alterum, neuter est Deus, quia non omnia referuntur in ipsum. ¶ Ad argumentum autem in contrarium, respondetur, Deum esse unū nō quidē unitate, ut est principiū numeri, qui ex diuisione quantitatis cōflatur: est aūt unus unum est propria passio entis. Nō quòd illic sit propriè priuatio diuisionis, quia priuatio dicit imperfectionem, sed quantùm ad apprehensionem nostrā, nō cognoscitur nisi per modū remotionis:

A motionis: scilicet quòd neq; neque illud, neque in se habet hoc aut illud, quod non sit idem ipse.

Text. lxxxviij. Quod autem hoc necesse est in per se esse.

Quæstio Quinta.

VTRVM PRIMVS motor & duratione infinitus sit, atque adeò impartibilis.

B PARTE negatiua arguitur sic. Si Deus, uel uirtute infinitus esset, uel duratione, hoc esset quia sua essentia esset infinita, nam ratione essentiæ reliquæ illi perfectiones attribuuntur, essentia autem eius non est infinita, ergo nec uirtus, nec duratio. Minor probat à signo. Si qua res ita esset in uno loco, ut non esset in alio, illa esset finita quantũ ad locum, nam hac ratione ĩ superiori quæstione diximus (omnem creaturam diffiniri loco) ergo à simili ea essentia est finita, quæ ita est hęc, vt sit à quacunq; alia distincta, Deus autẽ tali ratione est hæc res, vt nulla sit alia, sed à quacũq; distinguat, ergo est essen

C tiæ finitæ. ¶ Secundò arguitur sic. Diuina perfectio per suos effectus innotescit, ergo si esset infinitus duratione, ab æterno produxisset mundum: constat aũt (ut supra conclusum est) non fuisse nisi in tempore, nulla ergo rõne colligere possumus illũ esse durationeinfinitũ. Tertiò arguitur ex eodẽ principio. Si Deus esset infinitę uirtutis, id nobis inde innotesceret, q̃ põt producere infinitũ: illud aũt lib 3. monstratũ est esse impossibile: ergo non est infinitæ uirtutis. Et confirmatur argumẽtũ. Si esset infinitę uirtutis, posset mobile in instanti mouere: nã quo uirtus maior est, eo mouet minori tempore: ergo simili proportione illa uirtus, quæ est infinita, mouebit in non tpe: conse D quens aũt est impossibile: ergo & añs. ¶ Quartò denique arguitur contra tertiam partẽ quæstionis. Arist. nulla alia ratione probat, primũ motorẽ esse indiuisibilem, quàm ex eo, quòd est uirtutis infinitæ, quæ esse nequit in magnitudine ergo. Si ratio illa falsa est, fit; ut conclusio sit falsa. In contrariũ est authoritas Aristo. qui text. 49. & infra docet primum motorẽ esse perpetuũ, tex. autem 86. ex perpetuitate motus colligit esse infinitæ uirtutis: & quia talis esse non potest in magnitudine, cõcludit tandem esse impartibilem.

E ¶ QVAESTIONEM hanc tum quia in cõmẽtarijs, quantũ se extendunt Arist. rationes, satis est enodata, tùm qa firmiores alias adhibere, negotiũ esse Metaphysicũ, atq; Theologicũ, breuibus expedimus, singulis conclusionibus ad singulas trium partiũ rñdentes. ¶ Prima est, Deus ẽ sempiternę durationis. Hanc Arist. ex perpetuitate motus elicuit, cuius demõstrationẽ habes à tex. 49. & ifrà satis expositã. At verò cùm rei ueritas non admittat mundũ fuisse æternũ, alia est probatio expetenda. Illud autẽ principium, q̃ potuit saltem angelos & cęlos ab ęterno producere, parùm præsenti negotio deseruit: quã doquidem illud æternitatem Dei supponat potius quam præbeat. Aeternitas ergo Dei (ut probè ait S. Tho. 1. p. q. 10.) ex eius immutabilitate colligitur. Enimuerò cũ Deus idem sit, quòd summũ ens, & purus actus, ab omni ratione potentiæ immunis, fit ut neutiquàm sit ab aliquo producibilis: à se autem ipso produci contradictionẽ implicat, ut suprà dicebamus: necesse est ergo, ut sit per se ipse perpetuus. Quin uerò necessarium est, ut eius essentia intelligi nequeat nisi existens. Nostra enim, & omnium creaturarũ essentia, & quidditas, nõ utiq; sua natura includit existere: nam hominẽ esse animal rationale, & quatuor & tria esse septẽ, ut ait Augustinus, quãuis mundus non es-

F Nota egregiã D. Angelici Doc. Aquinatis rationẽ de Dei immẽsi æternitate.

set,

A set,haberent perpetuam & necessariã ueritatem: sed tunc huiusmodi quiditates esse acquisiuerunt,quando mũdus conditus est: essentia uerò Dei de sua intrinseca ratione includit existere:tum quia Deus omnem complectitur perfectionem:& existere perfectio est tum maximè, ꝙ si sua essentia non includeret esse, nullus relinqueretur excogitabilis modus, quo posset illud acquirere. Adde, quòd Dei ęternitas non solùm in hoc consistit,quòd neq; initium habuerit,neque habiturus sit finem,uerùm in hoc, quod nulla sit in eo successio,aut mutabilitatis umbra,
B sed omnia sint immobiliter permanẽtia. In Deo,inquam, neque gignere est aliud, quàm genuisse: sed semp genuit & generat: intellexit, & intelligit: uoluit & vult sine aliqua temporis differentia. Hæc autẽ iam lineas excedũt huius loci. Igitur ad secundum argumentum,quod huic conclusioni obijcebatur,negatur consequentia. Potuit nanque Deus mundum, quantùm ad partes eius perpetuas) ut supra disputatum est)condere, nõ tamen decuit ob rationes,quas supra explicuimus.

¶Secunda conclusio. Deus est infinitę uirtutis. Et hanc quoque conclusionem Aristote.capit. ult.ratione motus à posteriori demonstrauit hoc
C pacto. Deus mouet infinito tempore: ergo posset mouere infinitum mobile, si ex parte rei mobilis esset possibile. Probatur consequentia. Mouere infinito tempore, est efficere motum infinitum per accidens, mouere autem infinitum mobile, est efficere infinitum motum per se. Ea autẽ, quæ sunt per accidens,reducuntur tanquã in causam,ad id quod est per se:ut ea, quæ sunt accidentaliter calida ad ignem, qui est per se calidus, ergo Deus habet uirtutem quantùm est de se mouendi infinitum mobile: hoc autem arguit infinitam uirtutem: ergo Deus est infinitæ uirtutis. Exponuntur ambæ partes prioris assumptę. Motum esse infinitum,contingere potest duo- D
bus modis, uidelicet aut ratione magnitudiuis,hoc est spatij, per quod fit motus,aut ratione subiecti, quo mouetur. Ratione spatij accidentarium est,ꝙ motus duret in infinitum: ex eo ꝙ circulare mobile finitum identidẽ repetit spatium infinities:& ideo sufficit ad hoc uirtus finita motricis intelligentiæ, quæ sit perpetua, & infatigabilis. Per se autem motus est infinitus, quando mobile est infinitum (v.g.) si secũdum longitudinem esset infinitum,tunc si transiret per certum signum nunquam absolueret motum.
E Cõcludit ergo Arist.ꝙ primus motor debet,quantum est de se,habere uirtutem sic mouendi:quãuis repugnet,nõ solũ mobile dari ĩfinitũ,uerùm & ipso dato repugnet moueri,ut li.3. demonstratũ est. Hæc ergo demõstratio intra lineas naturalium principiorũ aliquã habet energie dignitatẽ. At uerò quãuis diuina attributa ut bonitas,& sapiẽtia,& reliqua p ea, quæ facta sunt intellecta,ut cunque conspiciantur, tamen omnipotentia eius,infinitaq; virtus non plenè potest per eius effectũ innotescere. Infinitum.n.maior est, q̃ potẽtia creaturarum receptiua. Credo enim satis monstratum fuisse in tertio libro, nullatenus Deum posse produ-
F cere infinitum in actu, puta,uel infinitam essentiam (nam illa esset Deus) uel infinitam corporis molem,uel infinita actu separata. Non quidẽ ob imbecillitatem Diuinæ uirtutis, sed ex eo,ꝙ rebus ipsis creatis ratio infiniti repugnat:sicuti non potest facere, ut res eadem ignis sit simul & aqua: infinita ergo uirtutis Dei,quam fides nos nostra docet,à priori monstrãda est ex essentię infinitate. Primo nãq; principio (ut li.3.tex.25.& 30.uisum est)antiqui omnes philosophi infinitum tribuerunt: licet errabãt credentes esse corporeum. Ratio ergo infiniti in re materiali inperfectionem dicit. Est.n. materia de se infinita,i.non limitata ad

certam

A certam speciem vel quantitatem finitur autem per formam constituẽtem certam speciẽ, quam certa consequitur quantitas.

¶Materiam autem sic finiri à forma, est perfici: & ideo infinitum materiale dicit imperfectionem. Ratio autem infiniti in forma uice uersa dicit perfectionem: quoniam formam receptibilem esse in materia per quam coarctatur ad esse huius indiuidui, imperfectio est simpliciter. Quo circa ratio infinitatis in Deo hæc est, ꝙ sua essentia non habet esse quoquo pacto receptum, sed (uti supra dicebamus) sit per ipsum esse illuminatum, atque adeo

B eminenter omnes in se perfectiones continens. Creaturæ etenim materiales habent formas in materia susceptas, atque adeo limitatas: angeli uerò esse saltem receperunt in sua creatione participatum: Deus autem per se est ens. Ratio est metaphysica, qua Sanct. Th. 1.p.q.7. utitur: sed profectò alia ad rem esse non potest aptior. Nã munus metaphysicę est altissimas contemplari causas: quæ cum nostris sensibus sint alienissimæ, nihil mirum si non sint nobis adeo peruiç, sicut quæ sunt ante oculos. Hinc colligunt philosophi, Deum non esse in genere, sed esse extra omne genus, quia per nullã

C contrahitur differentiam: contrahi. n. infinitati aduersatur: ut in prædicamẽtis dicebamus.

¶Igitur ad primum argumentũ in contrariũ, quo arguebatur, ex eo, ꝙ Deus est una res ab alijs omnibus distincta, esse finitũ, negatur consequentia. Non enim distinguitur indiuiduo sicuti inter se creaturæ. Hæc etiam materialis res differt ab illa numero sub eadẽ specie: quia habet formam receptã in hac materia hoc loco, & tempore. &c. quę faciunt rem esse finitam: angelus autẽ differt ab alio, quia limitatam habet speciem ab alio distinctam. At uerò Deus nõ sic, sed quia per se abstractus est à quacunque aliorum ratione, differt ab alijs: seu potius alia differunt ab ipso: quia in ipso nulla est differẽtię ratio. Ad tertium autẽ iam responsum est ꝙ non plenè eius uirtus innotescit per eius effectus: quia neq; potest tota extra se effundi: eò ꝙ creatura non est capax infiniti. Et pari modo respondetur ad confirmationẽ. Negatur. n. cõsequẽtia. Si Deus est infinitę uirtutis potest mouere in nõ tempore: quia repugnat intrinsecę rationi motus fieri nisi in tempore. Potest quidem Deus unã rem in duobus simul locis ponere, sed ꝙ ab uno per motum transeat in alterum in instanti, nõ est factibile. Si quę autem rationes ab effectu infinitatem Dei utcunque monstrare possunt, prima est supposita creationis fide. Aliqd enim ex nihilo producere, uidetur arguere uirtutem infinitam. Neque cauillatio quorundã uim eneruat argumenti. Aiunt enim rem quampiam, ut lapidem, non excedere ipsum nihil maiori distãtia, quàm sit perfectio eiusdem lapidis, quæ est finita: & ideo producere lapidem, non arguere nisi uirtutem finitã. Quòd autẽ hæc cauillatio sit potius, quàm responsio, patet quoniã uirtus producentis non tantùm è re producta æstimanda est, uerum ex modo etiam producendi, aliàs cõtendum esset, non requiri maiorem uirtutem ad creandum ex nihilo lapidem, quàm ad educendum eum de potentia materiæ. Igitur si rem educere de potentia materię, arguit aliquam perfectionẽ: educere de minori potentia maiorem arguet, ut inflammare lignum uiride, quàm siccum, unde quantò educitur de minori potentia, tantò maior requiritur uirtus: ergo producere ex nihilo arguit infinitam. Alij cõtendunt id demonstrare ex perpetuitate mundi. Fieri nanque potest per Dei omnipotentiam, ut mundus creatus in tempore perpetuò duret: potest ergo successiuè infinitas producere res. Sed hoc profectò, licet arguat uirturem Dei esse sempiternam, non tamen palàm mon-

D E F

strat

A ſtrat eſſe infiniti uigoris, etiam ſi omnes conſeruaret: quoniam nunquã peruenietur ad infinita in actu. Illud autẽ potentius eſt argumentum ad id demonſtrandum: puta ꝙ quacunque rerum ſpecie data, poteſt Deus perfectiorem producere. Etenim quãuis iſto modo aſcendẽdo deueniri nequeat ad ſpeciem infinitè perfectam. Eſt tamen argumentũ quòd uirtus Dei quemcunque excogitatũ perfectionis gradum excedat. Id autẽ non intelligitur poſſibile, niſi illa uirtus ſit infinita. Sed de his ſatis. ¶ Tertia cõcluſio. Deus eſt incorporeus, atque omnino indiuiſibilis. Cõcluſio eſt Ariſt. in calce huius li

3. Conclu.

B b i. Sed non aliter eã demonſtrat, quã arguendo ex infinita uirtute hoc pacto. Primus motor eſt infinitæ uirtutis: infinita autem uirtus eſſe nõ poteſt in quantitate: ergo eſt impartibilis. Minor autem innititur illi principio, ꝙ uirtus in quantitate agit ſemper ex neceſſitate naturæ ſecundùm ultimum ſuæ potentiæ: atque adeo produceret infinitum, & moueret in non tempore, quod eſt impoſſibile. At uerò probatio hæc ſupponit, quòd uirtus quæ eſt incorporea, nõ poſſit agere per intellectum & uoluntatem liberè: ſed ſicut ignis aut ſol. Verumtamen hoc non eſt neceſſarium. Nam licet intel-

2

C lectus & uoluntas potentiæ ſint indiuiſibiles, haud tamen repugnat eſſe in corpore, ſicut ſunt in nobis. Ariſt. ergo licet demonſtret, quòd uirtus infinita non poſſit eſſe forma extenſa, non tamen demonſtrat Deum non habere corpus, ſicut habet homo. Demonſtratur autem ex alijs eius principijs, quæ in hoc Phyſicorum opere habentur. Nam res corporea non mouet niſi mota, vt inductio per ſingula demonſtrat. Cæli quippe non influunt in hæc inferiora, niſi moti neq; res ulla harum inferiorum mouet, niſi mota. Primus autem motor demonſtratus eſt eſſe immobilis: ergo eſt incorporeus. Et præterea cùm ſit omnium cauſa debet carere omni potẽtiæ ratione: corpus autem omne rationem habet potentiæ: nam quando aliam non haberet, ex eò quòd eſt continuum, eſſe

D

E diuiſibile.

Præterea id demonſtratur ex eius nobilitate. Deus.n. eſt entium nobiliſſimum ſpiritus autẽ corpore nobilior: ergo nihil in Deo eſt, quod non ſit ſpiritus. Quin uerò cùm neque ex materia & forma componatur, ut res materiales, neque ex quantitatis partibus, ut formæ corporeæ, neq; ex ſubiecto & accidente, qualis compoſito eſt in angelis, neque aliunde recipiat, neque (uti modò dicebamus) ex genere proprio, & contrahente differentia cõſtet, ſit, ut non ſolum ſit impartibilis, uerũ rerum omnium ſimpliciſſimus. In quo noſtra eſt beata fœlicitas: qua utinam

F

per eius gratiam perfrui ad eius gloriam mereamur per infinita ſeculorum ſecula. Amen.

Finis Quæſtionum Octaui, atque vltimi Phyſicorum.

BIBLIOTECA ROMA VITTORIO EMANUELE

S. ROMÆ S. ANDREÆ

CIOCIOMICCIO MARIL
Via Borgo
Vittorio 28
ROMA
LIBRERIA DI LIBRI